UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
AA000 404 884 9

REESE LIBRARY
UNIVERSI
Received
Accession No. 5

PA
6105
V24
v.109 Valpy -
Delphin classics.

David McKeith
JAN 28 1946

Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles

Form L 1
PA
6105
V24
v.109

This book is DUE on the last date stamped below

JAN 28 1942

Form L-9-15m-8,'26

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA.

VOL. III.

Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/delphinclassics109valp

P. OVIDII NASONIS

OPERA OMNIA

EX EDITIONE BURMANNIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

NOTITIA LITERARIA

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITA.

73930

VOLUMEN TERTIUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1821.

FREE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

50786

Et genus, et virtus? quam non, ut cetera desint,
Forma movere potest? certe mea pectora movit.
At, nisi opem tulero, taurorum afflabitur ore:
Concurretque suæ segeti, tellure creatis 30
Hostibus: aut avido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
Tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor.
Cur non et specto pereuntem? oculosque videndo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum, 35
Terrigenasque feros, insopitumque draconem?
Di meliora velint. Quanquam non ista precanda,
Sed facienda mihi. Prodamne ego regna parentis,
Atque ope nescio quis servabitur advena nostra,

possit tangere ejus *elegantia, quanquam reliqua desiderentur? Sane tetigit meum cor. At, nisi juvero, inficietur spiritu taurorum, et dimicabit cum hostibus terra genitis, sua segete; aut objicietur feralis præda rapaci draconi. Si ego hoc tulero, tum me agnoscam ortam ex tigride, et gerere ferrum et silices in corde. Quamobrem etiam non video procumbentem, et reos facio oculos spectando? quamobrem non incendo tauros adversus illum, et crudeles terrigenas, et draconem pervigilem? Dii lætiora concedant. Quanquam non ista mihi roganda, sed facienda. Egone tradam regna genitoris, et nescio quis peregrinus incolumis erit nostro auxilio, ut per*

concupis.—26 Heins. *Quam* ex var. lect. unius Voss. vulg. *Quem.*—27 Heins. ex Lov. et uno Med. hic etiam *quam:* vulg. *Quem.*—28. 29 *Ore movere* multi ex melioribus: quod si admittimus, versu proximo pro *taurorum ore*, erit reponendum *igne* cum prim. Mor. O. pr. Hamburg. et aliis duodecim. *Afflabitur aura* Grævianus pro diversa lectione.—30 Septem Codd. *Occurretque.* Mss. Bersm. et plurimi alii *suæ segetis;* sic et editi quidam.—32 Berolin. *tunc me.* —34 Plurimi *non expecto;* quinque *conspecto;* Barb. *aspecto;* pr. Gron. *amplector.*—37 Heins. *meliora, velim.*—38 R. et Vivian. *perdamne.* Med. unus

NOTÆ

29 *Taurorum*] Ignivomi erant, æripedes; domandi, ut iis terra subigeretur; cui draconis dentes Jason concrederet; ex quibus armati terrigenæ erumperent ferro delendi.

30 *Suæ segeti*] De armatis hominibus loquitur, qui ex satis draconis dentibus exsurgentes, Jasonis satoris seges dicuntur.

31 *Draconi*] Immanis ille erat et pervigil, qui vellus aureum custodiebat.

34 *Cur non et specto*] Ingeniosissime seipsam a crudelitate dehortatur Medea, quæ ad usque crudelitatis metas ultimas pervadit quibus terreatur. Quam vero ex plurimis criminibus et miseriis nosmet extricaremus, ea methodo, si extrema quæque pereurreremus.

37 *Quanquam non*] Quam vero paucissimis Christianis contigit, sapienter saluti suæ manum admovere, Deique esse administris quem poscunt adjutorem! Perverse enim voluptatum suarum vindicem cupiunt plerique.

Ut per me sospes, sine me, det lintea ventis, 40
Virque sit alterius; pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc, aliamve potest præponere nobis,
Occidat ingratus. Sed non is vultus in illo,
Non ea nobilitas animo est, ea gratia formæ,
Ut timeam fraudem, meritique oblivia nostri. 45
Et dabit ante fidem: cogamque in fœdera testes
Esse Deos. Quid tuta times? accingere; et omnem
Pelle moram. Tibi se semper debebit Iason,
Te face solenni junget sibi: perque Pelasgas
Servatrix urbes matrum celebrabere turba. 50
Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque,
Et natale solum, ventis ablata, relinquam?
Nempe pater sævus, nempe est mea barbara tellus,
Frater adhuc infans: stant mecum vota sororis.

me salvus vela tradat ventis sine me, et sit maritus alterius, ego Medea tradar supplicio? Siquidem potest istud præstare, vel præferre nobis aliam, ingratus pereat. Verum non ea est illius facies, non ea generositas in ingenio, aut elegantia pulchritudinis, ut metuam dolum, et contemtum nostri beneficii. Atque prius obstringet fidem: et vocabo Deos testes ad fœdera. Quid metuis cum sis certa? Aggredere, et submove omnem cunctationem. Jason debebit se semper tibi, te sibi adjunget tæda solenni, et cantaberis a populo per urbes Græcas servatrix matrum. Ergo ego deseram sororem, et fratrem, et patrem, et Deos, et terram patriam avecta ventis? Scilicet genitor est terribilis, scilicet mea terra est barbara, frater adhuc

etiam *regna paterna.*—41 Idem Cod. *Utque sit.*—42 Berolin. *aliamne.*—43 V. et unus Heins. *Decidat ingr.* Heidelb. *illo est.*—44 O. et quatuor alii *ea mobilitas.* Heins. vult *grat. morum.*—46 Leid. *in fœdere.*—47 Lov. et Bas. *stulta times.*—48 R. *semp. præbebit.*—50 Bas. et pr. Med. *celebr. turma.*—53 Plures *est mihi.* Quidam τὸ *est* non habent. Unus Bas. *et mea.*—54 Med.

NOTÆ

41 *Pœnæ*] Quam perfidæ pater Æeta infliget.

49 *Face*] Nuptiis faces adhiberi solitas sæpius jam admonuimus.

Pelasgas] Græcas; antiqui enim fuerunt Græciæ populi qui Pelasgi dicti sunt, errabundi, a Pelasgo Jovis filio nonnullis denominati, qui et Pelasgiæ provinciæ infra Macedoniam nomen dederunt.

51 *Ergo ego*] Seipsam increpat; quod statim mutabit.

Germanam] Chalciopen, quæ Phryxo nupserat.

Fratrem] Absyrtum.

53 *Nempe*] Illud est quod dixi: amore statim immutata est Medea.

54 *Sororis*] Quæ de filiorum salute anxia, quos Argonautæ naufragium passos cum in Græciam patrimonii repetendi causa navigarent, opportune servaverant, Medeæ sororis opem implorabat. Atque adeo rationes omnes dissolvit Medea, quæ suo

Maximus intra me Deus est. Non magna relinquam; 55
Magna sequar: titulum servatæ pubis Achivæ,
Notitiamque loci melioris, et oppida, quorum
Hic quoque fama viget, cultusque, artesque virorum:
Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
Æsoniden mutasse velim: quo conjuge felix 60
Et Dis cara ferar, et vertice sidera tangam.
Quid? quod nescio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis,
Nunc sorbere fretum, nunc reddere; cinctaque sævis
Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo? 65
Nempe tenens quod amo, gremioque in Iasonis hærens,

infans; desideria sororis faciunt mecum. Deus maximus est in me: non omittam magna: sequar magna, laudem liberatæ juventutis Achivæ, et cognitionem terræ mitioris, et urbes, quarum hic etiam laus est clara, et cultus, et artes virorum, et Æsonidem, quem ego optarim mutasse cum opibus quas totus mundus continet; quo marito dicar beata et Diis accepta, et tangam astra capite. Quid quod nescio qui montes dicuntur congredi in mediis aquis, et Charybdis infensa navibus nunc haurire æquor, nunc egerere; et Scylla vorax circumdata feris canibus latrare in mari Siculo? Nimirum amplectens quod amo,

unus *fata sororis*.—56 Vett. fere omnes, teste Ciofano, *serv. puppis;* Lov. *gentis. Achææ* unus Heins.—58 Pro *virorum*, plerique *locorum*, quod impense placet Heins. modo paulo ante legatur *soli* pro *loci*. Burm. nescit, an non præstet, *cultusque habitusque virorum*, quæ sæpe jungantur. Unus etiam Leid. *actusque:* et pr. Med. Bernegg. et unus Mor. *colonum*.—59 Bas. unus *Non ego pro rebus*.—61 Gron. unus *Dis grata*.—62 Alii *occurrere*, vel *incurrere in*

NOTÆ

amori officiebant.

56 *Pubis Achivæ*] Argonautas dicit ex omni juventute Græca delectos.

59 *Quem*] Jasonem, scilicet, Æsonis filium.

60 *Mutasse*] Ut suum faceret, intellige: pro quo omnia dedisset.

61 *Vertice sidera*] Quod de iis dicitur qui ad supremam felicitatem pervenisse crediti.

62 *Quid? quod*] Non his sequendum Jasonem, quod voluit Commentator; immo potius relinquendum sibi suasisse Medeam, arbitror.

63 *Montes*] Cyaneas dicit, seu Symplegades insulas, vel potius scopulos, in ipso Ponti Euxini ostio non magno intervallo distantes, qui, oblique navigantibus quia videntur concurrere, poëtis fingendi multa licentiam præbuerunt.

Charybdis] Gurges est in freto Siculo, obvia quæque absorbens, iterumque revomens.

65 *Scylla*] Scopulus est in freto Siculo e regione Charybdis; quem fecisse volunt Scyllam Phorci filiam, Circes veneficiis in monstrum pulcherrimæ fœminæ specie pectore tenus mutatam, cui canum aut luporum capita vel etiam serpentis cauda addita. Sed de his antea.

66 *Nempe*] Jam sibi, quod objecit, infirmat.

Per freta longa trahar. Nihil illum amplexa verebor:
Aut, si quid metuam, metuam de conjuge solo.
Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpæ
Imponis, Medea, tuæ? quin aspice quantum 70
Aggrediare nefas: et, dum licet, effuge crimen.
Dixit: et ante oculos rectum, pietasque, pudorque
Constiterant: et victa dabat jam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras:
Quas nemus umbrosum, secretaque sylva tegebant. 75
Et jam fortis erat, pulsusque residerat ardor;
Cum videt Æsoniden: extinctaque flamma revixit.
Et rubuere genæ; totoque recanduit ore.
Ut solet a ventis alimenta assumere, quæque
Parva sub inducta latuit scintilla favilla, 80
Crescere; et in veteres agitata resurgere vires:

et manens in sinu Jasonis vehar per vastum mare: illum tenens nihil timebo: aut si quid verear, vereor de solo marito. Atque appellas connubium, Medea, et insignis pulchris nominibus crimen tuum? Immo vide quantum scelus incipias, et dum datur, vita crimen. Absolvit: et Æquum, et Pietas, et Pudor hæserant præ oculis; et Amor jam discedebat victus. Ibat ad vetera altaria Hecates Perseidos, quæ sylva opaca et arbores occultæ velabant. Et jam firma erat, et amor deturbatus remissus erat, cum aspicit Æsoniden; et ignis oppressus recanduit. Malæ sunt pudore suffusæ, et rubuit toto vultu. Quemadmodum exigua scintilla, et quæ tecta est sub injecto cinere solet capere escam ab aura, et augeri, et mota renovari in anti-

und.—67 Leid. *In freta. Trahar* sec. V. pr. Bas. opt. Thuan. et duo alii; vulg. *ferar:* unus Gron. *sequar.* Idem Cod. cum uno Heins. *nih. hunc. Verebor* est in plurimis: nonnulli autem *timebo.*—69 Alii *Conjug. putas.* Strozzæ *pretiosaque;* Langerm. *vitiosaque.* Unus Pat. *speciosanc.*—70 Fr. *Præponis,* vel *prætendis, Med.*—73 Pr. Bas. *Institerant:* Sixii *Contigerant.*—75 Burm. conj. *sacrataque sylv.* Vulg. etiam *tegebat:* O. et tres alii *tenebat.*—76 Heins. ex Codd. dedit *fortis;* ceteri *fractus.* In multis etiam *resederat ard.*—77 *Revixit* a pr. Gron. Arund. aliisque compluribus; vulg. *reluxit.*—78 Nonnulli vett. *Erubuere gen.* In uno Ciofani *totoq. excanduit;* Briantii *expalluit;* Sprotii Cod. *repalluit:* Francius volebat *incanduit.*—79 Alii *Utque sol. vent.*

NOTÆ

74 *Hecates*] Tam multa et tam diversa tradunt de Hecate ista, ut vix certi quicquam de ea dici possit. Quidam, cum quibus facit Poëta noster, illam Persæ faciunt filiam, quæ Æetæ patruo, Solis filio, nupserit, cui Circen, Medeam, et Absyrtum peperit: atque eam cum Diana, Luna, et Proserpina confundunt. Absurdissima prorsus, quæ non minus absurde quilibet ad bonam frugem redigere studeat; siquidem Ethnicorum sunt a vero Deo aversorum deliria.

76 *Ardor*] Amor.

Sic jam lentus amor, jam quem languere putares,
[Ut vidit juvenem, specie præsentis inarsit.]
Et casu, solito formosior Æsone natus
Illa luce fuit. Posses ignoscere amanti. 85
Spectat; et in vultu, veluti nunc denique viso,
Lumina fixa tenet: nec se mortalia demens
Ora videre putat: nec se declinat ab illo.
Ut vero cœpitque loqui, dextramque prehendit
Hospes, et auxilium submissa voce rogavit; 90
Promisitque torum; lacrymis ait illa profusis:
Quid faciam video: nec me ignorantia veri
Decipiet, sed amor. Servabere munere nostro:
Servatus promissa dato. Per sacra triformis
Ille Deæ, lucoque foret quod numen in illo, 95
Perque patrem soceri cernentem cuncta futuri,
Eventusque suos, per tanta pericula jurat.

quos calores; sic jam segnis amor, quem jam crederes marcescere, excitatus est forma præsentis, postquam aspexit juvenem. Et forte filius Æsonis fuit speciosior solito, illa die. Posses veniam dare amanti. Intuetur; et habet oculos intentos in ejus *faciem, quasi nunc primum vidisset: neque arbitratur insana se cernere vultus humanos; neque deflectit ab illo. Postquam autem cœpit loqui hospes, et manum corripuit, et petivit opem verbis supplicibus, et pollicitus est lectum; illa dicit non sine lacrymis prorumpentibus, Quid agam scio, neque ignorantia æqui me fallet, sed amor. Tutus eris auxilio nostro: sospes memineris stare promissis. Ille jurat per sacra Deæ triformis, et divinitatem quæ erat in illo luco, et per parentem soceri futuri intuentem omnia, et per successus*

et *alim. resumere:* unde Heins. *hinc veteres alim. resumere vires.*—82 *Lentus* pr. R. et tres alii; vulg. *lenis:* Genev. *lætus.*—84 Multi Codd. *cas. subito.*—85 Unus *possis ignosc.* duo *ignosci posset:* unus Heins. *ut amanti ignoscere posses. Amori* etiam Gronovius legebat.—86 In quibusdam *vult. tanquam tunc,* vel *tum denique.*—88 Alii *se detorquet;* unus Heins. *demittit.*—89 Quidam Codd. *Ut vidit;* et sic Gron. qui, cum V. et Med. pro var. lect. habet *Utque viro.*—92 Med. unus *fac. en vid.*—94 *Servatus* in Ma. et aliis opt. scriptis; vulg. *Servata.*—96 In Bas. uno, et Pal. uno *servantem* pro *cernentem.*—97 Alii

NOTÆ

92 *Veri*] Pro Æqui, boni, et hones i.

94 *Triformis*] Hecaten dicit, quæ cum una sit, triplex vulgo putatur, Luna in cœlis, Diana in terris, et Hecate in inferis: quam etiam triplici capite equi, canis, et hominis, nonnulli, aliis alii, finxerunt.

96 *Soceri*] Solem dicit, Æetæ patrem; quanquam proprie Æetem ipsum socerum Jason appellare debuisset.

97 *Eventus*] Quos in tantis periculis perinde sibi lætos optat, ut fidem servabit.

Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
Edidicitque usum; lætusque in castra recessit.
Postera depulerat stellas Aurora micantes: 100
Conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum;
Consistuntque jugis. Medio Rex ipse resedit
Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno.
Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Æripedes tauri: tactæque vaporibus herbæ 105
Ardent. Utque solent pleni resonare camini,
Aut ubi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas volventia flammas,
Gutturaque usta sonant. Tamen illis Æsone natus 110
Obvius it. Vertere truces venientis ad ora
Terribiles vultus, præfixaque cornua ferro;
Pulvereumque solum pede pulsavere bisulco;
Fumificisque locum mugitibus implevere.

suos, et per tanta discrimina. Creditus, continuo accepit gramina incantata, et perdoctus est eorum usum; atque hilaris domum rediit. Sequens Aurora deturbaverat sidera radiantia; populi concurrunt in campum sacrum Martis, et hærent in collibus. Rex ipse purpura indutus, et conspicuus sceptro eburno sedit in media turba. Ecce tauri æripedes expirant ignem naribus adamanteis, et gramina afflata igni incenduntur. Et sicuti camini referti consueverunt strepere, aut cum saxa excocta fornace terrena æstuant irroratione aquarum fluentium; sic pectora volventia intus ignes, et fauces ardentes perstrepunt. Nihilominus filius Æsonis obvium procedit. Feri arrexerunt horrendos oculos, et cornua ferro instructa ad vultus venientis, et percusserunt terram pulverulentam pede bifido, et impleverunt

suos, et tant.—98 In Dominic. *Credulus, acc.* nonnulli etiam *Creditur.*—99 *Castra* pro vulg. *tecta* ex Lov. recepit Burm. Edd. quoque habent *recedit.*—101 Codices hic variant: sex *agrum* habent; duo, *antrum;* tres, *aurum:* unus, *durum Mavortis in arvum;* alius, *magnum.*—102 O. *Constiterantque simul: med.* In quibusdam *ips. sedebat.*—103 In nonnullis vett. *innixus eburn.*—104 Lov. et Sprotii *Ecce adamantinis.*—106 Heins. pro *Ardent* malit *Arent.*—107 Pro *terrena,* Burm. conj. *Tyrrhena.* Cum enim in Etruria multæ fuerint figulinæ, veri non esse dissimile, et calcem ibi esse coctam.—114 Alii *mug.*

NOTÆ

101 *In arvum*] Campum dicit Marti sacrum, ubi æripedes tauri domandi, draconis dentes seminandi, terrigenæ prius delendi quam ad lucum Jason pergeret, et ex fago vellus aureum deriperet.

104 *Adamanteis*] Quas ignis efflatus non posset destruere.

105 *Æripedes*] Ex ære a Vulcano factos.

107 *Silices*] Calcem dicit.

114 *Implevere*] Ecquid terribilem

Diriguere metu Minyæ. Subit ille; nec ignes 115
Sentit anhelatos, (tantum medicamina possunt,)
Pendulaque audaci mulcet palearia dextra:
Suppositosque jugo pondus grave cogit aratri
Ducere, et insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus implent, 120
Adjiciuntque animos. Galea tum sumit aëna
Vipereos dentes; et aratos spargit in agros.
Semina mollit humus, valido prætincta veneno:
Et crescunt, fiuntque sati nova corpora dentes.
Utque hominis speciem materna sumit in alvo, 125
Perque suos intus numeros componitur infans;
Nec nisi maturus communes exit in auras:
Sic ubi visceribus gravidæ telluris imago
Effecta est hominis, fœto consurgit in arvo:
Quodque magis mirum, simul edita concutit arma. 130

tocum mugitibus fumantibus. Minyæ obstupuerunt pavore. Ille accedit, neque tangitur flammis efflatis, tantum valent incantamenta; atque palpat manu pendentia palearia, et cogit tauros *submissos jugo trahere ponderosum onus aratri, et findere agrum insolitum. Colchi stupent; Minyæ acclamant, atque addunt animos. Tum* Jason *capit ex galea ænea dentes draconis, et jacit in arvum subactum. Terra emollit semina ante imbuta potenti medicamine; et augentur; et dentes sparsi mutantur in nova corpora. Et quemadmodum puerulus induit formam hominis in ventre matris, atque fingitur intus per suos numeros, neque prodit in aërem publicum nisi maturus; sic ubi absoluta est species hominis in visceribus terræ prægnantis, erigitur in campo pleno: et quod magis stupendum, movet arma una nata. Quos*

impleverunt.—115. 116 Alii pro *ignes* habent *illos*, vel *ullos;* et tunc *anhelatus* pro *anhelantes:* multi etiam *ignes...anhelatos. Sentit* pro vulg. *Sensit* Heins. ex nonnullis legendum suadet.—119 Med. tert. et novem alii *ferr. præscindere.*—120 *Implent* Heins. dedit ex melioribus; multi *augent.*—123 In uno Ciofani *Sem. tollit.* Alter R. *gelido prætinct.* Cant. et Leid. unus *calido;* Jun. *madido;* Bas. *nigro. Prætincta* olim dedit Constant. Fanens. alii *præuncta:* R. unus, et unus Gron. habet *præcincta.*—126 O. et Fragm. Boxhorn. *suos artus numero.*—129 In uno Ciofani, uno V. et Excerpt. Mor. *Perfecta est.* Unus Heins. *fœtum...arvum.*—130 Berolin. et Heidelb. *mirum est.* Deinde Leid. *contulit,*

NOTÆ

et productum audis taurorum mugitum? Ea gratia spondæum in quinta sede posuit Naso.

122 *Vipereos*] Qui pars erant dentium Draconis a Cadmo interfecti, a Pallade ad Æeten missi, ut quidam tradiderunt.

123 *Valido*] Quippe quod armatos homines ex dentibus educeret.

Quos ubi viderunt præacutæ cuspidis hastas
In caput Hæmonii juvenis torquere paratos;
Demisere metu vultumque animumque Pelasgi.
Ipsa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum:
Utque peti juvenem tot vidit ab hostibus unum, 135
Palluit; et subito sine sanguine frigida sedit.
Neve parum valeant a se data gramina, carmen
Auxiliare canit; secretasque advocat artes.
Ille, gravem medios silicem jaculatus in hostes,
A se depulsum Martem convertit in ipsos. 140
Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres;
Civilique cadunt acie. Gratantur Achivi:
Victoremque tenent; avidisque amplexibus hærent.
Tu quoque victorem complecti, barbara, velles;
Obstitit incepto pudor: et complexa fuisses; 145
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris: agisque

ubi Græci conspexerunt nitentes jaculari hastas mucronis exquisiti in caput juvenis Hæmonii, depresserunt faciem et cor pavore. Ipsa etiam quæ illum securum præstiterat exterrita, atque exanimata est cum advertit juvenem solum impugnari a tot hostibus; et statim gelida, facta est exsanguis. Et ne herbæ a se oblatæ parum possint, cantat carmen opiferum; et accersit artes arcanas. Postquam ille projecisset magnum lapidem in hostes medios, convertit in ipsos aciem a se summotam. Fratres terra sati procumbunt per plagas reciprocas, et intereunt bello sociali. Græci gratulantur, et amplectuntur victorem, et manent in amplexibus. Tu etiam, barbara, cuperes tenere victorem; verecundia impedivit inceptum: at amplexa esses; sed cura famæ compescuit te ne faceres. Quod conceditur, gaudes secreto amore, et gratias agis

unus Gron. *concitat, arma.*—131 *Præacutæ* est ex scriptis plerisque; alii *peracutæ.*—132 *Paratos* Med. vulg. *parantes;* Mss. Bersm. *per aures:* Francius malebat *parentes.*—133 Plurimi scripti *Dimisere.* O. *Dimis. metum;* unde Heins. *Divisere metum vultuq. animoq.* A. *submisere.* Med. aliique *vultusque animosque.*—135 Heidelb. *pet. vid. juv. tot ab host.*—138 Alii *adjicit, addidit, admovet, adjuvat artes.*—145 Vett. Edd. *et;* vulgo *at.* Bothius suadet *aut;* et præc. vs. *Te* pro *Tu.* Heins. hunc versum tollendum censet.—147 Berolin.

NOTÆ

132 *Hæmonii*] Jasonem dicit Thessalum; nam et ab Hæmo monte Thessaliæ vicino, aut Æmone Deucalionis filio, Thessalia Hæmonia seu Æmonia dicta.

134 *Quæ tutum*] Medea, scilicet, quæ lapidem inter armatos conjicere Jasonem docuerat. Quo quidem lapide seditio intelligitur, ex qua bellum, tum, vel etiam potentissimorum, exitium mutuum.

Carminibus grates, et Dis auctoribus horum.
Pervigilem superest herbis sopire draconem;
Qui crista linguisque tribus præsignis, et uncis 150
Dentibus horrendus, custos erat arietis aurei.
Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi;
Verbaque ter dixit placidos facientia somnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistant;
Somnus in ignotos oculos subrepit: et auro 155
Heros Æsonius potitur: spolioque superbus,
Muneris auctorem secum, spolia altera, portans,
Victor Iolciacos tetigit cum conjuge portus.

incantamentis, et Diis auctoribus eorum. Restat sopire graminibus draconem insopitum, qui quidem *crista et tribus linguis conspicuus, atque acutis dentibus terribilis, custos erat velleris aurei. Postquam in hunc injecit herbas succi Lethæi, terque protulit voces inducentes quietum soporem, quæ possint pacare æquor concitum, et flumina agitata, sopor illabitur in oculos somni nescios; et Heros Æsonius potitur auro; atque elatus spolio, et ferens secum altera spolia auctorem doni, victor appulit ad portus Iolciacos cum uxore.*

Quam lic.—150 Vulg. *erat arboris aureæ.* In altero Hamburg. *arietis auri;* unde Heins. emend. *arietis aurei.*—152 Plurimi libri *carmine succi.*—153 *Dix. gravidos fac.* ex Pal. faciebat Gebhard. Crepund. III. 19.—154 Sprotii lib. *conc. flumina. Sistant* ex octo libris; vulg. *sistunt.* Lov. *in immotos.* Vulg. *ocul. advenit;* Fr. *devenit:* quidam libri scripti et Edd. *ubi venit:* unus Mor. *nunc,* alius *huic,* unus Voss. *sibi venit:* Heins. conj. *subrepit.*—156 Unus V. *Her. Hæmonius.* In uno Ciofani *spol. superbit.*—158 Alii scribunt *Colchiacos;* vel etiam *Cecropios* habent. Pro *tetigit* Gron. et quatuor alii *tenuit.* In uno

NOTÆ

150 *Tribus*] Trisulca videtur serpentum lingua, quia eam celerrime vibrant.

152 *Lethæi*] Id est, oblivionem inducentis; somniferi.

154 *Quæ mare*] Nihil non incantamentis tribuisse veteres in superioribus vidimus.

155 *Ignotos*] Draconis, scilicet, pervigilis.

Auro] Vellere aureo, vel auro certe, quod ex Græcia Phryxus abstulisset; vel eo, quod perforatis tabulis, et velleribus, transverso flumine suspensis, Colchi ex suis fluviis, auri ramenta vehentibus, colligere putabantur. Jam diu enim auri sacra fames homines in maxima pericula conjecit. Alii ad mores fabulam referunt, a quibus Medea, ut vox sonat, Consilium intelligitur; quo animi impetus, libidinosique ejus affectus, tauris, armatis hominibus, draconibus quibuslibet pejus homini insidiantes, sopiuntur, franguntur, et domantur.

157 *Muneris auctorem*] Medeam, scilicet, quæ noctu ad velleris aurei custodes per dolum admissa, simul Argonautas introduxit, raptoque vellere cum Jasone aufugit.

158 *Iolciacos*] Thessalicos: fuit enim Iolcus urbs Thessaliæ, non longe a mari, Jasonis patria.

Fab. II. Æson ex Sene in Juvenem.

Jason, postquam Medeam abductam a parentibus in Græciam duxit, et promisso sibi conjugio copulavit, multis rebus expertus ingenium ejus, petiit ut parentem suum Æsonem senectute elisum in adolescentiam reduceret. At illa, nondum amore deposito, quem ex ejus juventute ceperat, nihil denegando ei, aënum constituit, herbarumque genera, quarum scientiam habebat, variis regionibus quæsita incoquens, postquam animadvertit stipitem, quo versabat herbas, in arborem oleam, oneratam baccis, esse conversum, quæ despumata aëno in terram deciderant, in herbam lætissimam esse conversa, maturatum tempus existimans, Æsonem interemtum madentibus herbis immiscuit: et, ut promiserat conjugi, ex senectute in pristinum vigorem videtur perduxisse.

Hæmoniæ matres pro natis dona receptis,
Grandævique ferunt patres; congestaque flamma 160
Thura liquefiunt, inductaque cornibus aurum
Victima vota cadit. Sed abest gratantibus Æson,
Jam propior leto, fessusque senilibus annis.
Cum sic Æsonides: O cui debere salutem
Confiteor, conjux, quanquam mihi cuncta dedisti, 165
Excessitque fidem meritorum summa tuorum;
Si tamen hoc possunt: quid enim non carmina possint?
Deme meis annis, et demtos adde parenti.

11. *Matres Hæmoniæ et senes patres portant munera pro filiis receptis, et thura cumulata liquescunt in igne, et victima promissa habens cornua illita auro mactatur. Sed Æson jam vicinior morti, et confectus senio deest gratulantibus. Cum ita Æsonides: O uxor, cui agnosco me debere salutem, tametsi mihi omnia indulsisti, et numerus tuorum beneficiorum superat fidem, si tamen carmina hoc possunt; quid enim carmina non possint? tolle de meis annis et adjice sublatos meo patri. Neque*

Heins. *Victor ad Hæmonios intrat.*—160 Alii *congest. flammæ.*—161 Nonnulli vett. *Thur. liquefaciunt.* Heins. ex melioribus dedit *inductaq.* vulg. *indutaq.*—162 *Cadit* Bersm. Cod. et pr. Gron. alii *facit.* Unus Heins. *gratatibus æs.*—164 Vulg. *Tum sic.*—167 Lov. et duo alii *hoc possis:* multi vett. *possint* in utroque loco.—168 Quidam *meos annos:* unde Heins. *meis annos;* et idem

NOTÆ

159 *Dona*] Adeoque Diis gratias agunt.

161 *Inducta*] De more in majoribus hostiis.

Nec tenuit lacrymas. Mota est pietate rogantis:
Dissimilemque animum subiit Æeta relictus. 170
Non tamen affectus tales confessa, Quod, inquit,
Excidit ore pio, conjux, scelus? ergo ego cuiquam
Posse tuæ videar spatium transcribere vitæ?
Nec sinat hoc Hecate; nec tu petis æqua: sed isto,
Quod petis, experiar majus dare munus, Iason. 175
Arte mea soceri longum tentabimus ævum,
Non annis revocare tuis. Modo Diva triformis
Adjuvet; et præsens ingentibus annuat ausis.
Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent,
Efficerentque orbem. Postquam plenissima fulsit, 180
Ac solida terras spectavit imagine Luna:
Egreditur tectis, vestes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:
Fertque vagos mediæ per muta silentia noctis
Incomitata gradus. Homines, volucresque, ferasque 185

compescuit fletus. Tacta est Medea *pietate orantis: et Æeta desertus venit in mentem disparem. Non tamen professa ejusmodi affectus, Quod, ait, nefas, erupit ex ore tuo, marite? Ego igitur credar posse transportare in quenquam tempus vitæ tuæ? Neque Hecate hoc concedat, neque tu poscis justa: verum, Jason, nitar exhibere donum majus isto quod poscis. Enitemur nostra scientia producere ætatem soceri, non repetere annis tuis: modo Dea triformis faveat, et benigna adsit magnis conatibus. Tres deerant noctes, ut cornua integra Lunæ concurrerent, et implerent orbem. Postquam plenissima splenduit, ac vidit terras tota forma, prodit domo* Medea *tecta amictu soluto, nuda uno pede, sparsam habens comam per humeros nudos; et sola dirigit gressus incertos per alta silentia mediæ noctis. Sopor tran-*

paternis pro *parenti.*—170 Vulg. *sub pater Acta rel.* in nonnullis *pater Æta:* quidam *sub. Aëta,* et *τὸ pater* ejiciunt. Heins. nostram lectionem proposuit. —171 Heidelb. *Nec tamen.*—172 *Or. pio* ex scriptis dedit Heins. alii *ore tuo.* —173 Vulg. *videor spat.*—174 Alii *Non sinat.*—177 Multi *ann. renovare.*— 181 Heidelb. *Ac solita.*—182 Cant. et N. cum multis aliis *rest. exuta relictas* Quidam *abducta recinctas;* vel *incincta reductas.*—183 Nonnulli *Nud. pedes.*

NOTÆ

170 *Dissimilem*] Utpote impium.

171 *Tales*] Quales ex pio Jasonis pectore in patrem erumpebant.

179 *Tres aberant*] Nondum plena erat Luna; quo tempore circiter efficacius ‘ despumat in herbas,’ et largius ‘ virus lunare ministrat,’ ut scripsit Lucan.

183 *Nuda pedem*] Ex solenni ritu. Ita et Virgil. Æneid. IV. ‘ Unum exuta pedem vinclis, in veste recincta.’

Solverat alta quies: nullo cum murmure sepes,
Immotæque silent frondes; silet humidus aër:
Sidera sola micant. Ad quæ sua brachia tendens
Ter se convertit; ter sumtis flumine crinem
Irroravit aquis; ternis ululatibus ora 190
Solvit: et in dura submisso poplite terra,
Nox, ait, arcanis fidissima, quæque diurnis
Aurea cum Luna succeditis ignibus, astra,
Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris
Adjutrixque venis, cantusque, artesque magarum, 195
Quæque magas, Tellus, pollentibus instruis herbis;
Auræque, et venti, montesque, amnesque, lacusque,
Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis adeste:
Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus, amnes
In fontes rediere suos: concussaque sisto, 200
Stantia concutio cantu freta; nubila pello;
Nubilaque induco: ventos abigoque vocoque:
Vipereas rumpo verbis et carmine fauces:

quillus habebat homines, et aves, et feras: sepes sine omni strepitu, et folia quieta tacent; aër madidus tacet, sola astra splendent: ad quæ porrigens suos lacertos ter se convertit; ter aspersit aquis haustis ex fluvio comam; ternis clamoribus aperuit os; atque genu posito in solo arido, Nox, inquit, certissima secretis, atque sidera splendida, quæ succenturiata estis Luci diurnæ cum Luna, tuque triceps Hecate quæ conscia nostris ausis et opifera ades, et incantamenta, et artes Magarum, et Terra quæ illis præbes potentia gramina, et auræ, et venti, et montes, et fluvii, et stagna, et Dii omnes sylvarum, et Dii omnes noctis adeste; quorum beneficio, quando libuit, fluvii recurrerunt in suas scaturigines ripis stupentibus, cohibeo maria quæ mota sunt, et cico quieta carmine, fugo nebulas, et nubes immitto, expello et arcesso ventos, elido vocibus et cantu guttura serpentum, et quatio vivas rupes, et quercus erutas suo solo, et cogo montes trepidare, et Terram boare, et umbras prodire ex

Quidam *nudis hum.* Menard. Cod. *incomta capill.*—186 Olim vulg. *nullo cum murmure serpens, Sopitis similes nullo cum murmure sepes Immotæque, &c.* Quies recte quidem *serpere* dicitur, quando latenter membris infunditur; sed quo jure additur *nullo cum murmure!* Tum repetitio eorundem verborum vs. seq. molestissima est. Itaque Naugerius, Scaliger et Heins. viderunt, legendum esse, *sepes, Immotæque,* mediis exclusis, quæ etiam absunt a Mss. quibusdam. Sic Gierig. Bothius hosce versus sic protulit, et lectionem suam fusius defendit: *nullo it cum murmure serpens Sopitæ similis; nullo cum murmure sepes, &c.*—190 Fr. et alii meliores, teste Heins. *ternis ululatibus;* vulg. *ternisq. et hiatibus;* alii etiam *ternis hiatibus.*—191 Pr. R. *in duras...terras:* Gron. *immunda...terra.* Deinde *demisso popl.* cod. Menard.—195 *Magarum,* et mox *magas* unus Arg. et Thysii: alii *magorum, magos.*—196 Bernegg. *instr. armis.* —197 In lib. Briantii, et Abbatis *Auraque, vent.*—199 Malebat Francius *rip. arentibus.*—201 Voss. *concut. nutu.*—203 Unus A. *rump. herbis;* Bonon. *rum-*

Vivaque saxa, sua convulsaque robora terra,
Et sylvas moveo; jubeoque tremiscere montes; 205
Et mugire solum, Manesque exire sepulcris.
Te quoque, Luna, traho, quamvis Temesæa labores
Æra tuos minuant. Currus quoque carmine nostro
Pallet avi; pallet nostris Aurora venenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetastis; et unco 210
Haud patiens oneris collum pressistis aratro.
Vos serpentigenis in se fera bella dedistis:
Custodemque rudem somni sopistis: et aurum,
Vindice decepto, Graias misistis in urbes.
Nunc opus est succis, per quos renovata senectus 215
In florem redeat, primosque recolligat annos.
Et dabitis: neque enim micuerunt sidera frustra;
Nec frustra volucrum tractus cervice draconum
Currus adest. Aderat demissus ab æthere currus.

sepulcris. Duco te etiam, Luna, quamvis æra Temesæa leniant tuos labores. Currus etiam avi pallet nostro carmine; Aurora fit pallida nostris succis. Vos mihi oppressistis ignes taurorum, et coëgistis collum impatiens jugi ferre curvum aratrum. Vos incendistis invicem angnigenas in sæva certamina: et somnum induxistis custodi pervigili, et misistis aurum in urbes Græcas vindice eluso. Nunc opus est venenis, per quæ senecta reparata revertatur ad florem ætatis, et denuo sumat primos annos. Atque offeretis; nam neque astra incassum nituerunt: neque currus adductus cervice draconum alatorum frustra adest. Currus devolutus ab æere

---

poque herb. Heins. conj. *Vipereasq. herbis et rumpo carm.* Alter A. *pro verbis carm.*—204 Leid. *sax. traho, conv.*—207 Constant. Fanens. *Temesæa* ex bonis codd. dedit pro vulg. *temerata.* Quidam alii *concussa;* Strozzæ *pulsata;* Menard. *percussa;* V. *infrænata.*—208 Langerm. et Gron. tert. *tu. minuunt;* Bonon. et unus Heins. *vincant.* Nonnulli *cursusque a carm.*—209 Vulg. *Pallent, et,* vel *aut,* vel *ac pall. Expallet* ex cod. suo profert Barthius. Heins. emend. *Pallet avi; pall.*—211 *Haud pat.* meliores; alii *Impatiens.*—212 Tert. R. unus Leid. et tres alii *nova bella.*—213 In uno Ciofani *Custod. gravem somno.* Plures etiam alii *rudem somno.*—215 R. et Sprotii *revocata sen.* Unus Mor. *renov. juventus.* Heins. tentabat *socero renov. sen. In flor. ut red.*

NOTÆ

207 *Temesæa æra*] Pro quibusvis ex ære ad tinnitum paratis instrumentis posuit; quorum sono vim carminum, quæ audire non posset Luna, frangere se veteres arbitrabantur. Est vero Temesa Brutiorum oppidum ære clarum.

209 *Avi*] Solis nempe, quem curru vehi voluerunt.

212 *Serpentigenis*] De armatis hominibus loquitur, qui ex draconis a Jasone seminatis dentibus nati erant.

213 *Custodem*] Draconem pervigilem, de quo supra.

Quo simul ascendit, frænataque colla draconum 220
Permulsit, manibusque leves agitavit habenas ;
Sublimis rapitur : sublataque Thessala Tempe
Despicit, et creteis regionibus applicat angues :
Et quas Ossa tulit, quas altus Pelion herbas,
Othrysque, Pindusque, et Pindo major Olympus, 225
Perspicit : et placita partim radice revellit ;
Partim succidit curvamine falcis aënæ.
Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis,
Multa quoque Amphrysi : neque eras immunis, Enipeu :
Nec non Peneæ, nec non Spercheides undæ 230
Contribuere aliquid, juncosaque littora Bœbes.
Carpit et Euboica vivax Anthedone gramen,

aderat. In quem statim atque insiliit, atque deliniit colla frænata draconum, et concussit manibus lævia lora, in altum tollitur, et ex sublimi intuetur Thessala Tempe subjecta, et admovet dracones regionibus creteis; atque legit gramina quæ Ossa, quæ excelsus Pelion, et Othrys, et Pindus, et Olympus major Pindo protulerunt, et partim revellit radice probata, partim succidit curvamine falcis æreæ. Multæ etiam herbæ probatæ sunt in ripis Apidani, multæ etiam Amphrysi; neque eras inutilis, Enipeu: fluvius etiam Peneus atque Spercheus aliquid contulerunt, nec non littora juncosa Bœbes. Colligit etiam herbam vivacem ex Anthedone Euboica, nondum

—220 V. duo Leid. et duo alii *Quem sim.*—222 *Sublataque* Burm. ex uno Gronov. dedit, ut vs. 355. 'sublatus in aëra.' Ceteri tamen Mss. *subjectaque*, quod Burm. posthabebat tanquam superfluum ; cum *despicere* jam significet, Ex alto despectare subjecta loca. Conj. et *subvectaq.*—223 Multæ ex vett. Edd. *et cretis.*—225 Alii scribunt *Otryxque et Pindus et Pindo.*—226 Berolin. *Aspicit, et plantas.* Plures etiam alii *et placitas.*—227 Jun. *falc. aduncæ ;* Leid. *acutæ.*—228 Multi scribunt *quoque Eridani ;* unus Bas. *Epidani.*—229 Scribitur etiam *Enipheu.*—230 Sic Heins. vs. fingit. Vulg. *non Peneus ;* Thuan. *Peneos ;* Bernegg. et multi alii *Peneidos ;* unus Gron. *Penei ;* Cant. et alii *Peneios. Sperchiades* etiam plerumque legitur.—231 *Bœbes* correxit Regius,

NOTÆ

222 *Tempe*] Eo nomine appellabatur locus Thessaliæ amœnissimus juxta Peneum, supra a Poëta descriptus.

223 *Creteis*] Creta abundantibus; qualis quidem est Thessalia.

224 *Ossa, Pelion*] Sunt hi omnes montes Thessaliæ.

227 *Aënæ*] Ex veneficarum disciplina.

228 *Apidani*] Thessaliæ est fluvius, in Peneum influens.

229 *Immunis*] Quia et Enipeus, cum ceteris quos recenset Naso Thessaliæ fluviis, Medeæ herbas subministravit.

231 *Bœbes*] Bœbeidis Thessaliæ lacus juxta Bœben, cujus meminit Strabo.

232 *Anthedone*] Urbs fuit Bœotiæ, ad Euripum seu Euboicum sinum posita.

Nondum mutato vulgatum corpore Glauci.
Et jam nona dies, curru pennisque draconum,
Nonaque nox omnes lustrantem viderat agros; 235
Cum rediit: neque erant tacti, nisi odore, dracones;
Et tamen annosæ pellem posuere senectæ.
Constitit adveniens citra limenque foresque;
Et tantum cœlo tegitur; refugitque viriles
Contactus; statuitque aras e cespite binas, 240
Dexteriore Hecates, at læva parte Juventæ.
Quas ubi verbenis, sylvaque incinxit agresti;
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri
Conjicit; et patulas perfundit sanguine fossas. 245
Tum super invergens liquidi carchesia Bacchi,

cognitam corpore verso Glauci. Et jam nona dies et nona nox conspexerat Medeam *percurrentem campos curru et pennis draconum, cum rediit, neque dracones erant refecti nisi odore, et tamen exuerunt pellem longævæ senectutis. Adveniens substitit citra limen et januam; et tantum cœlo velatur, atque secubat a marito, et ponit duo altaria ex cespite, dexteriore Hecates, at parte sinistra juventæ. Quæ postquam circumdedit verbenis, et frondibus sylvestribus, non longe eruta terra, sacra facit in duabus fossis: atque immittit cultros in jugula ovium nigrarum, et spargit scrobes apertas cruore. Tum super invertens pocula liquidi vini, atque invertens ærea*

cum *Phœbes* olim legeretur.—232 Alii *Carpsit et.*—234 *Et jam* plerique; unde Heins. *Et jam nona dies:* alii *Nona dies illam curr.* Berolin. *Non. di. etiam curru.* —236 Alter Twisden. et duo Med. pro var. lect. *er. pasti.*—238 Pat. *foremque.* 240 Heidelb. *de cesp.*—241 Idem cum multis aliis *Dexteriorem.* Leid. *Hecatæ. Ast* habet Berolin. cum vett. pro vulg. *at.*—242 Berolin. *Has ubi.* Strozzæ *ulvaque:* unde Heins. conj. *ulva incinxitq. palustri;* vel, *atque ulva inc. agr.* Deinde Jun. *includit;* alter Strozzæ *incussit;* Med. et alius *intexit.* —243 Omnes fere scripti *proc. ejecta.*—246 Unus Ciofani *sup. infundens.*

NOTÆ

233 *Glauci*] Qui piscator in Deum marinum mutatus; de cujus metamorphosi infra l. XIII. vs. 904.

237 *Posuere*] Tanta vis erat herbarum.

241 *Juventæ*] Quæ alio nomine Hebe dicitur, juventutis Dea.

242 *Verbenis*] Est verbena herba notissima, in sacris assidua, cujus nomine quælibet aris adhibitæ sæpe intelliguntur.

244 *Atri*] Rite hæc omnia; sacrificium nempe Diis inferis de nocte, nigræ pecudes, in fossam depressa earum guttura, vasa ænea, inversa omnia.

246 *Invergens*] 'Vergere,' inquit Servius, 'est conversa in sinistram partem manu ita fundere, ut patera convertatur, quod in sacris inferis fit: fundere autem est supina manu libare, quod fit in sacris supernis.'

Æneaque invergens tepidi carchesia lactis;
Verba simul fundit, terrenaque numina poscit:
Umbrarumque rogat rapta cum conjuge regem,
Ne properent artus anima fraudare seniles. 250
Quos ubi placavit precibusque et murmure longo;
Æsonis effœtum proferri corpus ad aras
Jussit: et in plenos resolutum carmine somnos,
Exanimi similem, stratis porrexit in herbis.
Hinc procul Æsoniden, procul hinc jubet ire ministros: 255
Et monet arcanis oculos removere profanos.
Diffugiunt jussi. Sparsis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidasque faces in fossa sanguinis atra
Tingit: et intinctas geminis accendit in aris. 260
Terque senem flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.

pocula calidi lactis, una voces profert, et vocat Deos terrestres, et precatur Deum Umbrarum cum uxore sublata, ne festinent privare anima membra senilia. Quos postquam delinivit precibus et longo murmure, imperavit exhaustum corpus Æsonis produci ad altaria, et extendit in graminibus passis alte sopitum Æsonem et similem mortuo. Cogit Jasonem et servos hinc procul recedere, atque hortatur arcere oculos profanos a mysteriis. Admoniti abeunt. Medea fluente coma incedit circum altaria incensa more Bacchantium, et imbuit tædas multifidas in scrobe nigra sanguine, et accendit imbutas in duobus altaribus. Atque ter purgat senem igne,

Vulg. etiam *carches. vini,* quod Heins. emend. ex Codd. *Bacchi:* plurimi etiam *mellis,* quod Ciofano placebat.—247 Berolin. *Alteraque;* plures alii *Æneaque.*—248 Vulg. *num. lenit:* pr. Med. *levit;* Fl. S. Marci *livit:* alii *fudit, mulcet, placet:* plerique vett. *poscit:* Heins. conj. *pascit.*—250 Plures habent *anim. privare senili.*—251 Alii *et carmine.*—252 In libro Abbatis *produci corp.* sic et multi alii; duo *perduci.* Undecim *ad auras;* quinque *in aur.* —254 A. unus *Exanimo sim.* Med. *stractis;* unus Heins. *fractis.* Alter Heins. *stratas...herbas.* Voss. *in aris.*—256 Med. et Gron. *Et jubet.* Med. unus *oc. revocare.*—257 Quædam Edd. *passis Medea.* Leid. *spars. per colla.*—259 Alii *sang. atri.*—260 Multi *et infectas: intinctas* est ex Bernegg. pr. Hamburg. aliisque. Francius volebat *ab aris.*—261 Arg. *sanguine lustr.* Menard. et unus

NOTÆ

247 *Carchesia*] Pocula sunt, quæ Græcis tantum nota esse scripsit Macrobius.

249 *Rapta cum*] Plutonem dicit cum Proserpina ab eo rapta, ut supra vidimus.

250 *Seniles*] Æsonis, cujus causa hæc omnia Medea paraverat.

261 *Ter*] 'Numero,' nempe, 'Deus impare gaudet;' atque omnia certis numeris et certis ritibus absolvi debere, neque id sine causa, rebantur. Quanquam rebus in se sacris ad execrandas incantationes abuti, quantum scelus!

Interea validum posito medicamen aëno
Fervet; et exultat; spumisque tumentibus albet.
Illic Hæmonia radices valle resectas,
Seminaque, floresque, et succos incoquit acres. 265
Adjicit extremo lapides Oriente petitos,
Et, quas Oceani refluum mare lavit, arenas.
Addit et exceptas Luna pernocte pruinas,
Et strigis infames, ipsis cum carnibus, alas;
Inque virum soliti vultus mutare ferinos 270
Ambigui prosecta lupi. Nec defuit illic
Squamea Cinyphii tenuis membrana chelydri,

ter aqua, ter sulfure. Interea potens medicamen bullit in admoto cacabo, et salit, et albicat spumis turgescentibus. Illic excoquit radices excisas valle Hæmonia, et semina, et flores, et succos acres. Addit lapides, allatos ex ultimo Oriente, et arenas quas aquæ recurrentes Oceani abluerunt. Adjicit insuper pruinas collectas Luna pernocte, et alas turpes strigis, cum ipsis carnibus, et intestina lupi dubii soliti mutare faciem feram in hominem. Neque ibi defuit spolium squameum tenuis che-

Heins. *sulf. purgat;* Strozzæ *spargit.*—262 *Validum posito* est ex Bernegg. Fl. S. Marci, aliisque: quidam *validum positum;* vel, *valido positum:* vulg. legitur *calido positum.*—263 Bothius malit *Fervit;* quo vitetur ὁμοιοτέλευτον *Fervet, albet.*—264 Unus Heins. *rad. falce.*—265 Vulg. *Seminaque et flor.*—266 Dominic. *Addidit extr.* ita et Thuan. et Menard. Plurimi *Addit et.*—268 Alii *Addidit exc.* Leid. et Sixii *exc. media de noc.* unus Heins. et Thysii *lunares noc.* Gron. *per lunam;* alius *luna sub. Pernocte* pro vulg. *de nocte* ascriptum Zulichemii Cod. unde recepit Heins.—269 Leid. *strig. informes,* quod Burm. elegantius putat.—270 Unus Heins. *Inq. hominem;* alius *homines.*—271 Leid. *Ambiguum.* Vulg. etiam *def. illi;* multi *illis:* at septem *illic,* quos Heins. sequi-

NOTÆ

268 *Pruinas*] Illud est proculdubio, quod 'spumam Lunæ,' et 'Lunare virus' Lucanus vocitat, apud quem magicæ hujusmodi farraginis plurima invenies. Nefandam supellectilem coëgerunt plurimi, viri etiam sancti doctique, de quibus Farnabius in indice Poëtico sub titulo 'Magiæ vis.' Ast vero, nisi aliter usus postulet, optime fecerit, qui mature hæc omnia spreverit: nobismet ipsi siquidem effluimus, cum ad inania illa defluimus; nobisque nosmet veræ Magiæ, immo Dei æternæ Sapientiæ, immiscendi nunquam redimendum tempus corripimus.

269 *Strigis*] Quæ avis est nocturna mali ominis, magno capite, rostro adunco, in cujus generis volucres sagas vetulas infantibus, quorum sanguinem sugerent, vel quibus ubera admoverent, insidiantes, sese vertere fabulati sunt; quamobrem præsertim infames.

271 *Ambigui*] Quia luporum induere formam, quos lycanthropos dixerunt, crediderunt veteres: quæ fabula multorum hodieque credulitatem invasit.

Prosecta] Eo nomine, itemque *prosiciæ*, appellabantur viscera seu intestina quæ in sacrificiis prosecuissent.

272 *Cinyphii chelydri*] Testudinis aquaticæ, cujus generis habet Cinyps

Vivacisque jecur cervi: quibus insuper addit
Ora caputque novem cornicis sæcula passæ.
His et mille aliis postquam sine nomine rebus 275
Propositum instruxit mortari barbara munus;
Arenti ramo jampridem mitis olivæ
Omnia confundit; summisque immiscuit ima.
Ecce vetus calido versatus stipes aëno
Fit viridis primo: nec longo tempore frondem 280
Induit; et subito gravidis oneratur olivis.
At quacumque cavo spumas ejecit aëno
Ignis, et in terram guttæ cecidere calentes;
Vernat humus: floresque, et mollia pabula surgunt.
Quod simul ac vidit; stricto Medea recludit 285
Ense senis jugulum; veteremque exire cruorem
Passa, replet succis. Quos postquam combibit Æson

lydri Cinyphii, aut jecur longævi cervi: quibus adhuc adjicit rostrum et caput cornicis passæ novem sæcula. Postquam barbara paravit Æsoni medicamen inceptum his et mille aliis rebus sine nomine, omnia miscet ramo jam diu arido mitis olivæ, atque confudit quæ in profundo erant cum iis quæ erant in summo. Ecce virga immersa ferventi lebeti fit primo viridis: nec multo post emittit folia, et statim tegitur gravibus oleis. At quacumque calor excussit spumas profundo cacabo, et guttæ calidæ ceciderunt in terram, ea virit, et flores et tenuia gramina crescunt. Quod statim atque Medea advertit, evaginato gladio aperuit guttur senis, et morata dum vetus sanguis esset exhaustus, implet succis. Quos postquam Æson absorbuit

tur.—272 Gron. *membr. colubri.*—274 Heins. conj. *Ora cap.* Quædam Edd. habent *fœdera pass.*—276 Mss. fere omnes *instr. mortali:* sed cum in uno glossa addita esset, 'id est, in mortario,' Heins. dedit, *mortari,* quod et Barth. Advers. XXXI. 3. conjecerat, et approbat Burm.—278 *Confundit* omnes fere libri; nonnulli autem *confudit:* unus Heins. *perfundit.* Deinde Pat. *admiscuit;* Genev. *remiscuit,* quod placet Burm.—280 Berolin. *temp. frondes.*—281 In Bas. *Invenit; et.*—282. 283 Leid. *spumæ* pro *spumas:* V. *guttæ...recentes;* et tres libri *cruentæ.* Cod. Menard. *spum. ejectat:* alii *subjecit, injecit, adjecit, dejecit.*—284 Arg. *Floret hum.* Bas. *Fervet.* Quinque Codd. *pab. crescunt;* Leid. *sumit.*—285 Heidelb. *strictoque...reclusit.* Sec. Pal. et duo alii *resolvit;* tres

NOTÆ

Africæ propriæ fluvius.

273 *Vivacisque*] Ansonius de ætate animalium: 'Ter binos deciesque novem super exit in annos, Justa senescentum quos implet vita virorum: Hos novies superat vivendo garrula cornix, Et quater egreditur cornicis sæcula cervus.' Quæ credat qui poterit.

276 *Mortari*] Vulg. *mortali;* Æsoni, scilicet. Non placet, quod de *mortari* pro mortario conjecit clariss. Heinsius.

281 *Vernat*] Ut veris tempore solet, virescit.

Aut ore acceptos, aut vulnere; barba comæque
Canitie posita nigrum rapuere colorem.
Pulsa fugit macies: abeunt pallorque situsque; 290
Adjectoque cavæ supplentur sanguine venæ;
Membraque luxuriant. Æson miratur, et olim
Ante quater denos hunc se reminiscitur annos.

Fab. III. Liberi nutrices in Juventam.

Liber Pater, ut animadvertit Æsonis senectutem remediis Medeam expulisse, petit ut proinde suis nutricibus ferret auxilium, easque in adolescentiæ vigorem reduceret: cujus auctoritate compulsa eisdem remediis, quibus Æsonem, in primitias reduxit, Liberoque æternum beneficium dedit.

Viderat ex alto tanti miracula monstri
Liber: et admonitus juvenes nutricibus annos 295
Posse suis reddi; petit hoc Æetida munus.

aut acceptos ore aut plaga, barba et capilli contraxerunt atrum colorem candore amisso. Macies expulsa recessit: pallor et squalor excedunt, et venæ capaces turgescunt cruore addito; et artus luxuriant. Æson stupet, et se talem recordatur fuisse *ante quadraginta annos.*

III. *Bacchus conspexerat ex cœlo prodigia tanti miraculi, et videns ætatem juvenilem posse reponi suis nutricibus, accipit hoc beneficium a Tethy.*

alii libri *recidit.*—288 Ex plerisque dedit Heins. *acceptos;* vulg. Edd. *exceptos.* —289 Leid. *nigr. cepere;* Lov. *sumsere;* unus Heins. *posuere.*—291 Gron. *Advectoque*, quod Burm. non inelegans videtur: alii *adductoq. abjectoq. abductoq. ejectoq. Sanguine venæ* Heins. dedit ex pr. Mor. aliisque compluribus. In Cælest. *corpore venæ;* in multis aliis *corp. rugæ.*—293 Nauger. ex pr. Bas. emend. *hunc:* reliqui cum vulg. *nunc.* Post hunc vs. plures habent illum: *Dissimilemque animum subiit ætate relicta*, quem jam improbavit Constant. Fan. Huc translatus videtur e vs. 170.—295 Cant. *et attonitus.*—296 Berolin.

NOTÆ

288 *Barba*] Medea, inquit Palæphatus, herbam invenit, quæ canos capillos in nigros verteret. Prima quoque lavacrum calidum invenit, cujus vis medica vegetiores redderet homines et sanitati restitueret. Eam quoque testatur Diogenes apud Stobæum, rationem invenisse, qua molles et inertes fortes et prudentes fierent. Atque hinc locus datus fabulæ.

290 *Situs*] Squalorem dicit, seu pædorem, quo senes præsertim, non sine quadam lanugine, qualem in locis sole carentibus conspicimus, solent horrescere.

296 *Æetida*] Vulg. *Tethye;* apud quam Oceani uxorem latuisse Bacchum, dum Lycurgum fugeret, fabulæ tradiderunt.

FREE UNIVERSITY CALIFORNIA

Fab. IV.

Peliades, Peliæ filiæ, herbis impulsæ, postquam viderunt arietem gravatum ætate in agni speciem transfiguratum, ambitiosius a Medea petere cœperunt, ut Peliæ parenti earum restitueret, quam temporis processione amisisset, juventutem; quod ut illa accepit, cupiens inimicum Jasonis data occasione punire; impulit eas parentem interficerent, et laceratum in aënum fervens dimitterent. Quod ut factum est, currum draconibus junctum conscendit, et per aëra elata, conspectum inimicorum profugit.

Neve doli cessent; odium cum conjuge falsum
Phasias assimulat: Peliæque ad limina supplex
Confugit. Atque illam (quoniam gravis ipse senecta)
Excipiunt natæ. Quas tempore callida parvo 300
Colchis amicitiæ mendacis imagine cepit.
Dumque refert, inter meritorum maxima, demtos
Æsonis esse situs; atque hac in parte moratur;

iv. *Neve fraudes omittantur, Phasias fingit odium falsum cum marito; atque fugit supplex ad fores Peliæ: et* ejus *filiæ, quoniam ipse tardus senio, illam excipiunt: quas brevi astuta Colchis delusit specie fictæ benevolentiæ. Dumque narrat atque recenset in numero maximorum beneficiorum, senium Æsonis esse sublatum,*

et Heidelb. *capit hoc.* Pro *hoc* Heins. conj. *hos*, scil. annos. Deinde vulg. *hoc a Colchide.* Sed Heins. dedit *Æetida* ductu Mss. in quibus *Æthide* aut *a Thetide.* Verbis enim rogandi interdum geminus Accusativus additur. Alii aliter. *Ab Æthide* primus Med. et sex alii: *ab Œtide* primus V. et aliique quinque: *ab Æthide* Cant. *ab Etheide* Arund. *ab Ethelide* primus Moreti: *a Theide* tertius Med. *a Cetide* primus Pal. et quartus Med. *a Ethide* sec. Pal. In nonnullis vetus lectio penitus erasa. Alter Hamburg. et Genev. *a Thetide.*—299 Lov. *grav. ille.* Idem *senectæ:* Berolin. *senect. est.* —300 Thuan. *Accipiunt nat.*—301 *Mendacis* ex melioribus Ciofanus dedit;

NOTÆ

297 *Doli*] Medeæ, scilicet, fraudibus assuetæ.

298 *Phasias*] Medea ipsa, a Phasi Colchorum fluvio sic dicta.

Peliæ] Qui Pelias, Æsonis frater, Thessaliæ regnum sibi a fratre commissum quod Jasoni adulto restitueret, per fraudem retinebat: quamobrem, dolis quoque, et simulato Jasonis odio, Medea illum de medio tollere aggreditur.

301 *Colchis*] Medea.

302 *Meritorum*] Quibus ingratum Jasonem sibi maxime devincire studuerat.

303 *Situs*] Æsonis dicit senium, de quo supra.

Moratur] Ut puellis illis suum quoque patrem ad juveniles annos revocandi studium injiceret.

Spes est virginibus Pelia subjecta creatis,
Arte suum parili revirescere posse parentem. 305
Jamque petunt: pretiumque jubent sine fine pacisci.
Illa brevi spatio silet; et dubitare videtur:
Suspenditque animos ficta gravitate rogantes.
Mox ubi pollicita est, Quo sit fiducia major
Muneris hujus, ait: qui vestras maximus ævo est 310
Dux gregis inter oves, agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:
Cujus ut Hæmonio marcentia guttura cultro
Fodit, et exiguo maculavit sanguine ferrum; 315
Membra simul pecudis, validosque venefica succos
Mergit in ære cavo. Minuuntur corporis artus:
Cornuaque exuitur, nec non cum cornibus annos:

atque insistit in hac parte orationis, *spes est injecta filiabus Peliæ, patrem suum posse juvenilibus annis restitui simili arte. Atque id poscunt; et hortantur indesinenter convenire de mercede. Illa aliquantulum tacet; et videtur hærere, atque incertas facit mentes precantium simulata gravitate. Mox postquam promisit, Ut fides, inquit, hujus beneficii sit certior, dux gregis qui est provectior ætate inter oves vestras, fiet agnus medicamento. Continuo laniger exhaustus multis annis adducitur, cornu sinuato circum vacua tempora: cujus postquam venefica aperuit flaccidum jugulum cultro Hæmonio, et tinxit ferrum pauco cruore, miscet simul artus pecudis et potentes succos in profundo cacabo. Membra corporis contrahuntur, atque spoliatur cornibus et annis cum cornibus; et mollis balatus auditur medio*

vulg. *fallacis.* In Arg. *imag. duxit,* quod Burm. verum videtur.—304 Gron. *Pel. sublata;* unde Heins. *subnata.*—305 Priscianus lib. v. et multi vett. scripti *par. reviviscere:* septem *juvenescere;* quod placet Heins.—306 Hunc vs. spurium Heins. judicat. Burm. *idque* ex uno Heins. in *jamque* mutavit, ut impatientia declaretur; *jam* enim sæpe i. q. statim. Deinde in uno Ciofani legitur *pretium juvenis;* in altero *pretiumq. volunt.*—308 *Rogantes* Heins. profert ex Codd. vulg. *rogantum.*—310 Heidelb. *qui vestri;* alius *nostri.*—313 Mor. et octo alii *sua temp.* Heidelb. *temp. ferro.*—317 Vulgo legitur *minuunt ea corp.* Cant. *minuunt en;* unus Heins. *minuunt e;* unde Burm. *min. se:* alter cum A. *minuuntur.*—318 Vulg. *Corn. exuerant:* alter Erfurt. *exurit;* Græviа-

NOTÆ

305 *Parili*] Quali arte Æson pristinæ juventuti restitutus fuerat.

308 *Ficta gravitate*] Quasi difficile fuisset tantum beneficium impetrare; quod quidem eo Medea simulabat, ut magis rogantum accenderet desiderium, ipsa vero proditionis suspicione liberaretur.

311 *Dux gregis*] Arietem dicit.

314 *Marcentia*] Annis senioque flaccida.

315 *Exiguo*] Non enim sanguine abundant animalia senio confecta.

318 *Cornua exuitur*] Græcismus est, quali quidem gaudent poëtæ.

Et tener auditur medio balatus aëno.
Nec mora ; balatum mirantibus, exilit agnus : 320
Lascivitque fuga ; lactantiaque ubera quærit.
Obstupuere satæ Pelia : promissaque postquam
Exhibuere fidem ; tum vero impensius instant.
Ter juga Phœbus equis, in Ibero gurgite mersis,
Demserat ; et quarta radiantia nocte micabant 325
Sidera ; cum rapido fallax Æetias igni
Imponit purum laticem, et sine viribus herbas.
Jamque neci similis, resoluto corpore, regem,
Et cum rege suo custodes somnus habebat,
Quem dederant cantus, magicæque potentia linguæ. 330
Intrarant jussæ cum Colchide limina natæ :
Ambierantque torum. Quid nunc dubitatis inertes ?

aëno. Nec mora, agnus erumpit stupentibus balatum ; et exultat fuga, et restigat ubera lactantia. Filiæ Peliæ admirando hæserunt ; et postquam promissa præbuerunt fidem, tum vero acrius urgent. Sol ter exuerat jugo equos ingressos Oceanum occidentalem, et astra splendentia radiabant quarta nocte, cum Ætias imponit igni puram aquam, et gramina inutilia. Jamque somnus morti similis oppresserat regem, corpore prostrato, atque custodes cum rege suo, quem quidem somnum *incantamenta, et vis magicæ linguæ creaverat. Filiæ admonitæ subierant cubiculum cum Colchide, utque circumsteterant lectum. Quid nunc hæretis pigræ ? Nu-*

nus *exsurgunt ;* Bersm. Cod. scriptus *exuitur.*—321 Fl. S. Marci *Lasc. fugam ;* et post *fuga* in Cod. Bernegg. litera erat erasa ; unde Heins. *fugax.* Alii habent *lactentiaque :* Gebhard. Crepund. III. 7. legit *lactantiaq.* et exponit, copia lactis extantia, turgentia.—324 Vulg. *Ib. flumine,* quod et ipsum defendi posse e Tibull. II. 6. 2. III. 4. 18. Heins. docet.—325 Pro *Demserat,* Gron. *Merserat ;* septem libri *Presserat.*—326 Leid. *cum calido,* Burm. putat, pro *valido.*—328 Gron. Mor. et multi alii *neci similem.*—329 *Suo* Heins. ex melioribus ; vulg. *suos.*—330 Alii *Quem dederat.*—332 Burm. conj. *Quid io*

NOTÆ

322 *Promissa*] Quibus sese ad restituendam Peliæ juventutem Medea obstrinxerat.

323 *Exhibuere fidem*] Quandoquidem aries Medeæ opera agni lasciviam recepisset.

324 *Ter juga*] Hoc est, tres dies effluxerunt. Fingitur vero Sol curru vehi, quem equi quatuor trahunt, nocte postquam ad occiduum mare pervenerunt, in quod Sol ipse mergi videtur, suo jugo solvendi.

Ibero gurgite] Oceanum dicit Atlanticum, in quod Iberus Hispaniæ fluvius illabitur.

326 *Ætias*] Medea, Æetæ filia, fallere assueta.

328 *Resoluto corpore*] Perinde vero somno jacet corpus, viribusque suis prope destitutum videtur, ac si mortuum foret.

Stringite, ait, gladios: veteremque haurite cruorem;
Ut repleam vacuas juvenili sanguine venas.
[In manibus vestris vita est ætasque parentis.] 335
Si pietas ulla est, nec spes agitatis inanes;
Officium præstate patri: telisque senectam
Exigite; et saniem conjecto emittite ferro.
His, ut quæque pia est, hortatibus impia prima est:
Et ne sit scelerata, facit scelus. Haud tamen ictus 340
Ulla suos spectare potest: oculosque reflectunt;
Cæcaque dant sævis aversæ vulnera dextris.
Ille, cruore fluens, cubito tamen allevat artus;
Semilacerque toro tentat consurgere: et inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens; 345
Quid facitis, natæ? quid vos in fata parentis
Armat? ait. Cecidere illis animique manusque.
Plura locuturo cum verbis guttura Colchis
Abstulit, et calidis laniatum mersit aënis.

date enses, inquit, atque extrahite veterem sanguinem, ut repleam inanes venas sanguine juvenili. Vita atque anni vestri patris sunt in vestris manibus. Si pietas est aliqua, nec spes concepistis frustraneas, bene mereamini de parente, atque expellite senium cultris, atque tabum educite immisso ferro. His monitis, ut quæque est pia, prima est impia; et ne sit nefaria admittit nefas. Nulla tamen potest videre suos ictus; et detorquent oculos, atque aversæ infligunt plagas incertas crudelibus manibus. Ille tamen in sanguine mersus sustinet membra cubito, et semilacer conatur exsilire lecto, atque medius inter tot enses, porrigens lacertos exsangues, Quid agitis, filiæ? inquit; quid vos ad arma compellit contra vitam vestri *patris? Animi et manus earum elanguerunt. Colchis oppressit jugulum et voces plura locuturi, et discerptum projecit in ferventem cacabum.*

dubit.—333 Unus Bonon. *auferte cruor.*—335 Hunc vs. spurium judicabat Heins.—338 Quidam Codd. *Exentite*, et *Eximite.*—339 Berolin. *imp. primo.* —343 Vulg. *subito tamen;* quidam Codd. *subitos:* Dan. Heins. ex vett. *cubito* suadet. Alii scribunt *tent. cons.*—345 Bothius *squallentia brach.*—346 Vetustiores *gnatæ* pro vulg. *natæ:* et *quid* pro *quis.* Gron. et Pat. *in funera patris.* —347 Multi *animusque.*—349 Bas. *calid. jugulatum.* Optimi scripti *mersit;*

NOTÆ

339 *Ut quæque*] Earum nomina recenset Hyginus, quarum Alcestis sola parentem ferro violare reformidavit.

349 *Mersit*] Atque ibi discerptum reliquit, miserrimis deflendum filiabus, quæ pudore, mœrore, et metu sese, Pelia patre sublato, in Arcadiam receperunt. De qua fabula Diodorus lib. v.

Fab. V. VI. VII. VIII. et IX. Cerambus in Avem. Draco in Saxum. Juvencus in Cervi figuram. Corythus in speciem Monumenti. Mæra in Canis figuram.

Medeam fugientem docet Othryn montem Thessaliæ petiisse, in quem diluvio Deucalionis Cerambus Nympharum auxilio pennis delatus sit, et in montem Parnassum, qui est altissimus. Hinc Pitanen Æoliæ urbem relinquentem, vidisse draconem in saxum esse transfiguratum. Deinde Idæum nemus adisse, in quo Liber pater juvencum transfiguratum in cervi figuram subtraxit. Nec minus, qua Corythi pater parvo conditus est sepulcro: et qua Mæra in canis figuram est conversa.

Quod nisi pennatis serpentibus isset in auras, 350
Non exemta foret pœnæ. Fugit alta, superque
Pelion umbrosum, Philyreia tecta, superque
Othryn, et eventu veteris loca nota Cerambi.
Hic ope Nympharum sublatus in aëra pennis,
Cum gravis infuso tellus foret obruta ponto, 355
Deucalioneas effugit inobrutus undas.
Æoliam Pitanen a læva parte relinquit,
Factaque de saxo longi simulacra draconis:

v. vi. vii. viii. ix. *Quod nisi in aërem prorupisset alatis draconibus, non impune tulisset: sublimis erasit et super Pelion opacum et domum Philyreiam, et super Othryn, et sedes antiqui Cerambi eventu inclytas. Hic raptus in aërem alis, auxilio Nympharum, cum graris terra fuit oppressa mari immisso, vitavit intactus aquas Deucalioneas. Deserit a sinistra parte Pitanen Æoliam, et imaginem*

tres *misit;* Langerm. *mittit. Aënis* pro vulg. *in undis* sex scripti.—351 Tres libri *Non excepta;* unus Leid. et duo alii *crepta.*—352 Alii scribunt *Phylireaque.* —353 Mss. varie hic nomen exhibent, *Carambi, Cerambri, Cherambi, Cheraulí, Chrambi, Celandri.*—355 Jun. *grav. effuso.*—357 Alii scribunt *Phitanen;* et

NOTÆ

352 *Philyreia tecta*] Quia in illis Thessaliæ montibus versatus Chiron Saturni et Philyræ filius.

353 *Loca nota*] Parnassum dicit, quo etiam appulisse Deucalionis naviculam finxerunt poëtæ.

Cerambi] Hujus obscurissima est fabula; quem in avem nonnulli, melius alii in scarabæum mutatum fuisse tradiderunt.

356 *Deucalioneas*] Quæ Deucalionis tempore terram devastaverunt; de quibus supra, lib. I.

357 *Pitanen*] Urbs est Æolica, haud procul a Caici fluminis ostio, in minore Asia.

Idæumque nemus : quo, nati furta, juvencum
Occuluit Liber falsi sub imagine cervi ; 360
Quaque pater Corythi parva tumulatur arena :
Et quos Mæra novo latratu terruit agros.

Fab. X. XI. et XII. Coæ Matronæ in Boves. Telchines in Scopulos. Alcidamantis filia in Columbam.

Ab his regionibus digressam Eurypyli urbem contigisse, in qua Coæ matronæ in cornutas boves transfiguratæ sunt, propter effectum, quod Veneri suam formam anteposuerant. Dehinc Telchinas Ialysios transgressam, quos Jupiter propter odium conjugis suæ Junonis subjecit mari : quorum regione relicta ad Cæam urbem pervenisse, in qua Alcidamantem scribit ex filia vidisse procreatam columbam esse.

Eurypyliqué urbem, qua Coæ cornua matres

oblongi serpentis factam de lapide ; et sylvam Idæam, qua Bacchus celavit juvencum furtivum sub specie cervi : et qua genitor Corythi sepultus est exigua arena : itemque campos quos Mæra tremefecit novo latratu.

x. xi. xii. Deserit insuper *urbem Eurypyli, qua matres Coæ induerunt cor-*

part. reliquit.—359 Pr. Med. *quo prati*, nonnulli *raptum*, *furt.*—361 In scriptis quibusdam est, *Quosque chymera :* in uno R. *Quosque Megera :* in duobus, *Megora :* in altero, *Meira. Quos quoque mera* Bas. *meta* Gron. unus : *Quosque mecra* Arg. *Et qua mæra* Gron. Quidam etiam *lustratu* pro *latratu.*—

NOTÆ

358 *Draconis*] De Lesbio illo loqui videtur, de quo postea Metam. xi. qui quod Orphei caput in Hebrum abjectum, et ad Lesbum inde delatum, morsu violare tentasset, ab Apolline in saxum mutatus fuit. Atque ita optime locorum ratio se habebit, siquidem juxta Lesbum, vel saltem ex ejus insulæ adverso, sita est Pitane, quæ loca una cum dracone ad sinistram Medea reliquerit.

359 *Idæumque nemus*] Phrygium dicit ; nam et alius in Creta fuit mons Ida, qui non a sinistra Medeæ iter facienti parte cum Lesbo et Pitane stare potuisset.

Juvencum] Fuit Thyoneus Bacchi filius, ut scripsit Airo ad Hor. Od. i. 17. quem Phrygiis pastoribus juvencum volunt abegisse, cujus causa ab illis requireretur : ipsum vero ne furtum patesceret in venatorem, juvencum in cervum, a Baccho mutatum fuisse.

361 *Quaque*] Cebrenam dicit Troadis oppidulum, ubi, Strabone auctore, Paris, qui ex Œnone suscepit Corythum, sepultus fuit.

362 *Mæra*] Icarii fuit canis nomine Mæra, quæ Erigonæ patrem a pastoribus peremtum ululatibus suis indicavit : unde et Deorum voluntate in cœlum translata, et communiori nomine Canicula dicta. Verum de ea hic agi non est verisimile, siquidem in Attica Mæram illam fuisse constat,

Gesserunt, tum cum discederet Herculis agmen:
Phœbeamque Rhodon, et Ialysios Telchinas, 365
Quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
Jupiter exosus fraternis subdidit undis.
Transit et antiqua Cartheia mœnia Ceæ,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat nasci potuisse columbam. 370

Fab. XIII. et XIV. Cycnus in Olorem. Hyrie in Stagnum.

Post hæc lacum Hyries, et Cycni Tempe: in quibus locis cum Phyllius quidam gravi amore pueri teneretur, et imperio ejus volucres indomitas ac leonem manum pati coëgisset, tanrumque vicisset, neque ideo labor ejus potiendi merces extitisset, indignatus, cum se ex præcipiti loco odio laboris jaceret, in volucrem Olorem conversus est. Hyrie autem mater ejus flendo assidue casum filii sui, in stagnum Deorum misericordia delicuit, quod sui nominis esset.

Inde lacus Hyries videt, et Cycneia Tempe,

mua, quo tempore exercitus Herculis abiret: et Rhodon Phœbæam, et Telchinas Ialysios, quorum oculos inficientes omnia aspectu Jupiter exosus subjecit aquis fraternis. Præteriit etiam muros Cartheios antiquæ Ceæ, qua pater Alcidamas erat admiraturus mitem columbam potuisse oriri de corpore filiæ.

XIII. XIV. *Postea intuetur stagna Hyries, et Tempe Cycneia, quæ cycnus repen-*

363 Libri vett. teste Ciofano, *Ceæ* pro *Coæ*.—366 Barb. *ocul. subito mutantes;* A. *ipsoq. imitantes:* Med. unus *ipso vitantes;* Med. *imitantes;* plurimi vett. Edd. et scripti *mutantes*.—369 Cant. et quinque alii *Alcid. placidæ;* pr. Mor. *placitam;* unus Gron. *placido*. Lcid. et A. *de pectore*.—371 Unus Heins. *vid.*

NOTÆ

cum jam quæ ad Medeæ sinistram essent loca Naso percurrat.

363 *Eurypyli urbem*] Con dicit in Co Ægæi maris insula, quam urbem obsidione cinxisse Herculem, Eurypylumque regem una cum filiis mactasse, ex veteribus in Homerum et Theocritum commentariis constat.

Cornua Gesserunt] Junonis, aut Veneris odio: nam de illis diversa tradunt, fabulaque est obscurissima.

365 *Rhodon*] Quæ insula est Mediterranei maris Soli sacra, ejus Colosso olim nobilissima.

Ialysios] Qui Ialysum unam ex Rhodi urbibus tenuerunt.

Telchinas] Fuerunt Telchines Ialysi incolæ ex Creta profecti, periti artifices, sed fascinatores, quos Jupiter perdidit.

368 *Cartheia*] A Carthea Ceæ insulæ urbe, quæ quidem Cea Atticæ ab Oriente est opposita in mari Ægæo.

Quæ subitus celebravit olor. Nam Phyllius illic
Imperio pueri volucresque ferumque leonem
Tradiderat domitos: taurum quoque vincere jussus
Vicerat; et, spreto toties iratus amore, 375
Præmia poscenti taurum suprema negarat.
Ille indignatus, Cupies dare, dixit: et alto
Desiluit saxo. Cuncti cecidisse putabant:
Factus olor niveis pendebat in aëra pennis.
At genitrix Hyrie, servati nescia, flendo 380
Delicuit: stagnumque suo de nomine fecit.

tinus frequentavit. Nam Phyllius illic obtulerat alites et crudelem leonem superatos jussu pueri: domuerat etiam taurum coactus domare; atque amore toties contemto indignans nolebat tradere taurum petenti eum *pro ultima mercede. Ille dolens, Voles, inquit, prabere: atque se præcipitem dedit de rupe. Omnes arbitrabantur afflictum esse: mutatus in Cycnum tollebatur in aërem pennis candidissimis. At mater Hyrie ignara* ejus *salutis exhausta est lacrymando, et fecit lacum de suo nomine.*

hæc Cyc. Heins. vult, *Hyr. adiit, Cyc.* Alii scribunt *Cygneia.*—372 Unus Med. *sub. celebrabat*; Burm. vult *celebrarat.* Pro *Phyllius*, multi vett. *filius.*—373 In uno Bas. et Bernegg. *fer. draconem.*—375 Heins. cum aliis dedit *spreto;* vulg. *stricto:* in uno Med. *stracto.* Deinde in Med. et A. *tot. delusus;* unde Burm. conj. *et pacto toties delusus amore:* et Bersm. et Pontanus edidere *amori.*—376 Alii *supr. negavit;* in quibusdam vett. *negabat.*—378 Berolin. *Desiliit.*—379 Alii *in aëre.*—380 Heins. dedit *servati* ex uno Med. vulg. *servatum:* Fl. S. Marci, Bernegg. et pr. Hamburg. *servari.*—381 Regius suadet

NOTÆ

371 *Lacus Hyries*] Id est, quem fecit Hyrie Cycni mater, amissi filii dolore in illum soluta.

Cycneia Tempe] Non Thessalica illa celeberrima dicit, sed Bœotica Teumesia, a vicino Teumeso monte appellata, quæ a Cycni casu Poëta jam videtur denominasse.

373 *Pueri*] Cycni, scilicet, cujus amore Phyllius ille tenebatur.

Volucres] Vultures dicit, quos amoris præminm Cycnus quoque petiverat, ut ex Antonini Liberalis Metam. didicimus.

377 *Ille*] Puer Cycnus, scilicet.

Fab. XV. XVI. XVII. XVIII. et XIX. Combe in Avem. Calaureæ rex cum conjuge in Volucrem. Menephron in Feram. Cephisi nepos in Phocam. Eumeli filia in Volucrem.

Ab his locis digressam Pleurona pervenisse, in qua urbe Combe, cum Phasnei filii occiderentur, Deorum misericordia effectum est, ut in avem transformaretur. Ab his Calauream Latoniam, ubi regem cum conjuge in volucrem versum. Deinde Cyllenen adiisse, ubi Menephron, ne cum matre concumberet, a Jove in feræ speciem transfiguratus est. Post eorum casum profectam vidisse Cephisum nepotis sui exitium deflentem, qui ab Apolline in phocam transfiguratus fuerat. Item domum Eumeli adisse, lugentis filiam in volucrem cessisse.

Adjacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe.
Inde Calaureæ Letoidos aspicit arva,
In volucrem versi cum conjuge conscia regis. 385
Dextera Cyllene est: in qua cum matre Menephron
Concubiturus erat, sævarum more ferarum.
Cephison procul hinc deflentem fata nepotis

xv. xvi. xvii. xviii. xix. *Pleuron posita est ad illum; in qua Combe Ophias vitarit plagas filiorum agitatis alis. Inde videt campos Calaureæ Latoidos, conscios regis mutati in avem cum uxore. Cyllene est dextera: in qua Menephron erat concubiturus cum genitrice, pro consuetudine crudelium ferarum. Hinc pro-*

Delicait; alii *Delituit.* Med. et Mor. *nom. dixit.*—382 Gron. *Pleuros;* Mycillus corr. *Brauron.*—383 Berolin. *notorum:* Constant. Fanens. conj. *natarum.*—384 Quidam *Latoidos;* et *attigit,* vel *astitit,* pro *aspicit:* Noricus habet *astat in arva.*—386 Alii *Cyllena:* et in plurimis scriptis *est* non apparet.—387 V. *rapidarum mor.* unde Heins. *rabidarum.*—388 Pal. et duo alii *fata so-*

NOTÆ

382 *Pleuron*] Quæ Ætoliæ est urbs multum ab Hyries lacu et Bœotia dissita: quamobrem *Brauron* reponendum cum viris doctis arbitror, qui Atticæ vicus est Geographis notissimus, Bœotiæ vicinus.

383 *Ophias*] Ophii filia, cujus hactenus, minimo quidem, aut certe nullo damno, obsoleta fabula.

384 *Calaureæ*] Quæ insula est sinus Argolici, inter Cretam et Peloponnesum, Demosthenis morte nota.

Letoidos] Quam Latona pro Delo dicitur cum Neptuno permutasse.

385 *Regis*] Cujus nequidem nomen scire licet: quanquam ea causa flere non libet.

386 *Cyllene*] Mons est Arcadiæ.

Respicit in tumidam Phocen ab Apolline versi :
Eumelique domum lugentis in aëre natam. 390

Fab. XX. XXI. et XXII. Ephyre in Serpentem. Phineus et Periphas in Aves. Polypemonis neptis in Volucrem.

Aliquando etiam Ephyren contigisse versam * pennis viperinis, in qua urbe primum ex fungis edita existimantur corpora. Ibi cum parente Creusam consumtam venenis, nec minus natos ab ipsa interemtos, Jasone relicto. Inspectis itaque casibus miserorum, venisse etiam Athenas, ubi Phineum et Peripham in aves conversos. Item neptem Polypemonis volucrum explesse numerum.

Tandem vipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. Hic ævo veteres mortalia primo
Corpora vulgarunt pluvialibus edita fungis.
Sed postquam Colchis arsit nova nupta venenis,

cui spectat Cephisum lugentem fata nepotis mutati ab Apolline in grandem vitulum marinum ; et domum Eumeli flentis filiam in aëre.

xx. xxi. xxii. *Denique* Medea *pervenit Corinthum Pirenida pennis draconum. Antiqui dixerunt corpora humana hic orta primis temporibus ex fungis pluvialibus. Sed postquam nova nupta flagravit venenis Colchis, et mare utrumque*

roris.—389 Heins. vult *Despicit. Tumidam* sex scripti ; vulg. *timidam;* duo *nitidam.*—390 Mycillus, pro *natam,* censet *natum* legendum.—395 *Utrumq.*

NOTÆ

388 *Cephison*] Plures fuerunt eo nomine fluvii, sed hic de Bœotio agi verisimile est.

389 *Phocen*] Vitulum dicit marinum.

390 *Eumeli domum*] Patras dicit Achaiæ urbem maritimam, in qua regnavit Eumelus ; cujus filius, Antheas, Triptolemi a patre hospitio accepti currum, dormiente illo, conscendit, ex quo dejectus interiit. Atque adeo pro *natam,* legendum esse autumant *natum.* Antheam insuper Eumeli filiam fuisse dicunt nonnulli, quam in avem mutatam Eumelum luxisse conjiciunt.

391 *Ephyren*] Corinthum dicit, ab Ephyre Oceani filia, quæ ibi prima habitavit, sic dictam.

Pirenida] A Pirene fonte, qui ad Acrocorinthi, montis Corintho imminentis, radices situs.

394 *Nova nupta*] Creusam dicit Creontis Corinthiorum regis filiam, quam tamen alii Glaucen nominant. Ad eam vero Medea, quod sibi a Jasone præposita esset, dolens, coronam itemque vestem venenis imbutam misit, quæ vel longius positum ignem conciperent, ex quo non Creusa modo sed Creontis regia tota deflagravit.

Flagrantemque domum regis mare vidit utrumque; 395
Sanguine natorum perfunditur impius ensis:
[Ultaque se male mater, Iasonis effugit arma.]
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces: quæ te, justissime Phineu,
Teque, senex Peripha, pariter videre volantes, 400
Innixamque novis neptem Polypemonis alis.

Fab. XXIII. Spuma Cerberi in Venenum.

Ab his novissime excipitur ab Ægeo, nec minus jungit fœdus. Inter hæc Theseus Ægei filius, errore et laboribus plenus, excipitur a patre, cui protinus Medea parat venenum, quod Aconiton appellatur. Hercules enim cum ad Inferos descendisset, missus ab Eurystheo, ut canem tricipitem ad superos perduceret, postquam eum in regionem Ponticam perduxit, territum animadvertit ex novitate aëris vomitum profudisse. Notato itaque loco, spumam ejus conversam in venenum esse repertum est, quod Græci Aconiton nominant, quia nascitur in cautibus.

Excipit hanc Ægeus, facto damnandus in uno:

spectavit domum regis incensam, gladius impius tingitur sanguine filiorum: et mater se male ulta est, vitavit arma Jasonis. Hinc abrepta draconibus Titaniacis, subit arces Palladias, quæ conspexerunt pariter te, æquissime Phineu, teque, senex Peripha, volantes, et neptem Polypemonis sustentatam novis alis.

XXIII. *Ægeus hanc accipit, vituperandus in hoc uno facto: neque hospitium est*

---

tredecim ex vett. alii *utroq.* Berolin. *mare vid. reg.* Heidelb. *male vid. utroq.* 397 Nec hunc vs. pro genuino habet Heins. Bothius servandum censet; et post *arma* delet periodum; et vs. seq. pro *Hinc* legit *Ac;* et, sententia ita constituta, versus inter se optime cohærere putat.—399 Idem vult *justissima Phini;* citatque, ad confirmandam emendationem, argumenta Muncker. ad Fab. 20. 21. 22.—401 *Innixamq.* tres Med. Fl. S. Marci, Urbin. N. Bernegg.

NOTÆ

395 *Utrumque*] Inter quæ posita est Corinthus.

396 *Natorum*] Mermeri et Pheretis, quos ex Medea Jason susceperat, ipsa dolore amens in patris vindictam mactavit. Quanquam a Corinthiis trucidatos alii voluerunt.

398 *Titaniacis*] Ex Titanum sanguine ortis; vel quos a Titane, seu Sole, Medea cum curru acceperat.

399 *Palladias*] Athenas dicit, cui urbi nomen suum imposuisse Minervam sæpe jam diximus.

401 *Polypemonis*] Cui et Procrustes nomen fuit, quem quidem latronem Theseus occidit. De nepti, ut neque de Peripha et Phineo, non habeo quod referre possim.

402 *Ægeus*] Qui Thesei pater.

Nec satis hospitium est, thalami quoque fœdere jungit.
Jamque aderat Theseus, proles ignara parenti;
Qui virtute sua bimarem pacaverat Isthmon. 405
Hujus in exitium miscet Medea, quod olim
Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris.
Illud Echidneæ memorant e dentibus ortum
Esse canis. Specus est tenebroso cæcus hiatu:
Est via declivis, per quam Tirynthius heros 410
Restantem, contraque diem radiosque micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante catenis,
Cerberon abstraxit: rabida qui concitus ira
Implevit pariter ternis latratibus auras,
Et sparsit virides spumis albentibus agros. 415

satis, jungit etiam jure connubii. Jamque Theseus advenerat filius incognitus patri, qui pacem firmaverat in Isthmo bimari sua virtute. Medea parat in hujus cladem aconiton quod olim advexerunt secum a regionibus Scythicis. Illud dicunt satum ex dentibus canis Echidneæ. Est antrum obscurum caliginoso aditu; est iter devexum per quod heros Tirynthius abstraxit vinculis implicitis adamante Cerberum reluctantem, et detorquentem oculos a die et radiis splendidis; qui impulsus ira rabiosa simul replevit aërem triplici latratu; et infecit virentes campos

plurresque alii; vulg. *innexamq.* alii *annexamq.* vel *annixamq.* unus *advectamq.*—402 Heidelb. *fact. damnatus.*—403 Jun. et Fl. *quoq. fœdera.*—404 Regius vult *prol. ignota.* Berolin. *parentis.*—405 *Qui* ex melioribus rescripsit Heins. vett. *Ut*, vel *Et.*—408 Tres libri *Ill. Lethæi.*—409 Arg. Menard. et duo alii *cæco tenebrosus.*—410 *Est*, incommoda repetitione, displicet Heins. unde legendum censet *In Maryandinis, per, &c.* vel, *In Peryandinis*, apud quos aconiton nascebatur. Burm. si quid mutandum esset, præferret *prius.* Bothius, pro *est*, vult rescribere vulg. *et.*—413 Heins. reposuit *abstraxit*, quia verb. solenne in hac re: vulg. *attraxit.*—414 Displicet Bothius *pariter ternis;* et emendat

NOTÆ

404 *Ignara*] Quia Æthram uxorem apud Pittheum patrem Trœzene commorantem, non ante filium, siquidem eum pareret, ad se mittere Ægeus jusserat, quam saxum cui calceos et ensem subjecerat, per se adultus revolvere posset.

405 *Isthmon*] Corinthiacum dicit, quem latrones insederant a Theseo peremti, ut in epistolis vidimus.

407 *Aconiton*] Herba veneni, ut aiunt, præsentissimi, quam quidem ex Cerberi canis ad superos ab Hercule tracti bile natam fuisse volunt.

408 *Echidneæ*] Quia ex Echidna monstro natus Cerberus.

409 *Specus*] Eam dicit per quam ad Inferos descendisse Herculem fabulæ finxerunt, quæ apud Heracleam Ponticam ostenditur, ubi copiose Aconitum nasci scripsit Plinius.

410 *Tirynthius heros*] Herculem dicit a Tirynthe patria.

414 *Ternis*] Ex ejus triplici ore erumpentibus.

Has concresse putant; nactasque alimenta feracis
Fœcundique soli, vires cepisse nocendi.
Quæ, quia nascuntur, dura vivacia caute,
Agrestes aconita vocant. Ea conjugis astu
Ipse parens Ægeus nato porrexit, ut hosti. 420
Sumserat ignara Theseus data pocula dextra;
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa sui generis; facinusque excussit ab ore.
Effugit illa necem, nebulis per carmina motis.

Fab. XXIV. Sciron in Petram.

Post hæc referunt, festos dies agentes laudes Thesei, quemadmodum taurum Marathonium interemisset, ut etiam Procrusten, Cercionisque necem peregerit, qui trabes opponebat hostibus, ita ut victi exanimarentur ab eis: Scironem quoque Neptuni, solitum iter facientibus tendere insidias: qui postquam a Theseo est interfectus, ejus ossa fluctibus agitata scopulis inhæserunt: unde Scironides petræ sunt appellatæ ab ejus nomine.

At genitor, quanquam lætatur sospite nato; 425
Attonitus tantum, leti discrimine parvo,

spumis albis. Has credunt coactas, et nactas succum feracis et fœcundæ terræ, assumsisse potentiam nocendi. Quæ vivacia, quia progerminant in dura rupe, rustici appellant aconita. Ipse pater Ægeus illa obtulit filio tanquam hosti, uxoris dolo. Theseus nescius acceperat oblata pocula dextra; cum parens cognovit in capulo eburno ensis indicia suæ stirpis, et depulit scelus ab ore. Illa vitavit mortem, nebulis actis per cantus.

XXIV. *At pater Ægeus, quamvis gaudet filio incolumi, stupens tantum facinus*

pariter trinis. — 415 Thuan. duo *alb. herbas.* — 416 Berolin. *nactas*, omisso *que.* Gruterus ex Pal. profert *alim. furoris.* — 417 Bothius *Fœcundumq. solum.* — 418 Heins. cum uno Bas. *quia nascantur.* — 419 Idem *acon. vocent.* — 422 Pro *eburno*, unus Med. *eburneo:* duo alii *eburni.* — 424 Pal. duo *tenebris per.* — 425 Berolin. *quanq. lætetur.* — 426 Vulg. *Atton. tamen est ingens discr.* vett. plerique *tamen est geniti*, vel *leti;* pro *tamen* unus Leid.

NOTÆ

419 *Aconita vocant*] Etymologia quidem Græca, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, a cote, quod in cotibus nascatur.

Conjugis] Medeæ scilicet, quæ, ut regni successionem ad filium Medum derivaret, advenientem Theseum e medio tollere properabat.

423 *Signa sui generis*] Id est, quibus prolem suam cognoscere ante instituerat, cum saxo ensem cum calceis supposuit.

Facinus] Aconitum nempe quod ipse Theseo propinaverat.

424 *Nebulis*] Quibus illa delituit.

Committi potuisse nefas, fovet ignibus aras,
Muneribusque Deos implet: feriuntque secures
Colla torosa boum, vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo 430
Illuxisse dies. Agitant convivia patres,
Et medium vulgus: nec non et carmina, vino
Ingenium faciente, canunt. Te, maxime Theseu,
Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri:
Quodque Suis securus arat Cromyona colonus, 435
Munus, opusque tuum est. Tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem:
Vidit et immitem Cephesias ora Procrusten:

potuisse patrari, levi intervallo mortis, incendit altaria; et cumulat Deos donis; et secures percutiunt colla nervosa taurorum habentium cornua religata tæniis. Nullus dies dicitur illuxisse majori cultu feriatus Erechthidis illo. Patres et ipsa plebs frequentant epulas; atque Baccho stimulante ingenium cantant versus. Te mirata est Marathon, maxime Theseu, sanguine tauri Cretæi; et tuum est donum atque opus quod agricola tutus ab apro Cromyonios colit agros. *Terra Epidauria vidit progeniem clavigeram Vulcani a te obrutam: regio Cephesias vidit quoque ferum*

et unus Heins. *tantum;* unde Heins. *tantum, leti discr.*—427 Unus Mor. *Admitti pot.*—430 Alii *Erechtidis;* Bas. et Bersm. Mss. *Erechteidis;* plurimi *Erechtæis.*—431 Unus Med. *celebrant conv.*—433 Bothius emend. *nec non hæc carm.*—435 *Suis* Heins. suadet; alii *suam:* duo vett. *suum.* Alii quoque scribunt *Cremyona.*—438 Alii *Cephisias;* R. *Cephasias;* O. et alius *Cepheias.*—

NOTÆ

427 *Committi*] Vide annon cæsura in quartam sedem rejecta facinoris et stuporis faveat atrocitati.

430 *Erechthidis*] Atheniensibus, ab Erechtheo rege sic dictis.

432 *Carmina canunt*] Quibus quidem Thesei virtutem celebrabant. Poëta fabulas suas ingeniose connectit.

434 *Marathon*] Urbs est agri Attici.

Cretæi] Taurum dicit efferatum, Cretam infestantem, quem domandum Eurystheus Herculi proposuit. Illum vero ad se perductum Eurystheus dimisit, quem cum Atticam devastaret Theseus mactavit.

435 *Suis*] Cromyoniam dicit suem a Theseo interfectam, quæ Cromyonem agri Corinthiaci vicum infestabat.

436 *Tellus Epidauria*] Fuit Epidaurus Peloponnesi oppidum Æsculapii templo clarum.

437 *Prolem*] Periphetan dicit circa Epidaurum latrocinia sua exercentem, qui a κορύνῃ seu clava Corynetas dictus est.

438 *Cephesias ora*] Cephisi oram intellige quæ Eleusim præterfluit, ubi Procrusten latronem Theseus occidit.

Procrusten] Hic hospites in lecto quodam prostratos, longiores decurtabat, breviores extendebat.

Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusin.
Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus; 440
Qui poterat curvare trabes; et agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën, Lelegeia mœnia, limes
Composito Scirone patet: sparsique latronis
Terra negat sedem, sedem negat ossibus unda: 445
Quæ jactata diu fertur durasse vetustas
In scopulos. Scopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos annosque tuos numerare velimus;
Facta premant annos. Pro te, fortissime, vota
Publica suscipimus: Bacchi tibi sumimus haustus. 450

Procrusten peremtum: *Eleusis Cerealis vidit mortem Cercyonis. Ille Sinis interiit, perverse usus ingentibus viribus; qui poterat flectere* firmas *arbores; et cogebat a fastigio ad terram pinus late disjecturas corpora* hominum. *Iter ad Alcathoëa* et *muros Lelegeios est securum et apertum Scirone occiso: et Terra et Aqua recusat locum ossibus disjecti latronis, quæ diu agitata tempus dicitur mutasse in Petras:* et *nomen Scironis illis manet. Si velimus recensere laudes tuas et annos tuos,* præclara *gesta superent annos. Concepimus vota publica pro te, o invicte: in tui gratiam indulgemus Baccho. Regia* domus *personat acclamationibus*

439 *Eleusin* dedit Heins. ex plurimis Codd. vulg. *Eleusis.*—440 Quidam *ille senex;* Vivian. *ferox: senis* est in nonnullis.—442 Nonnulli *lat. sparsurus.*—443 Schott. Obs. II. 8. legit *Alcathoi,* quod Burm. non displicet.—444 R. *Deposito Scir.* Idem cum aliis *sparsisque.*—448 Multi Codd. *animosque.* Pr. Med. *ann. suos.* Duo *memorare vel.*—449 Heins. *premant;* alii *premunt,* vel *prement.* Mss. Bersm. *te, justissime;* Thuan. *Fidissime:* Sixii *certissima vota.*—

NOTÆ

439 *Cercyonis*] Qui viatores in palæstra victos, aut etiam certare recusantes, interficiebat.

Cerealis] Quia in illo Atticæ vico majora Cereris mysteria celebrabantur.

440 *Sinis*] Latro fuit Isthmum obsidens, qui obvios quosque ad diversas pinus vi maxima inflexas alligabat, quibus emissis miseri distraherentur. Pari vero supplicio a Theseo affectum fuisse eum refert Pausanias.

443 *Alcathoën*] Megara dicit, urbem inter Peloponnesum, Atticam, et Bœotiam, ab Alcathoo Pelopis filio, restitutam.

Lelegeia] A Lelege ædificata.

444 *Composito Scirone*] Quia hunc Scironem, in illis locis grassantem, quæ ab eo Scironia saxa dicta sunt, ex iisdem scopulis Theseus in mare deturbavit, ex quibus alios latro ille pedibus, quos sibi lavari jubebat, præcipites dare solitus fuerat.

447 *Scopulis*] Scironides petræ dicuntur.

449 *Facta premant*] Id est, Annos numero facta superabunt.

Vota] Thescia significat, quæ ab Atheniensibus in Thesei honorem festa instituta.

Consonat assensu populi precibusque faventum
Regia: nec tota tristis locus ullus in urbe est.

Fab. XXV. Arne in avem Monedulam.

Arne cum insulam Sithona, in qua genita esset, hosti Athenas oppugnanti, capta pulchritudine auri, vendidisset, ne pro meritis supplicia penderet, in volucrem monedulam est transfigurata, quæ adhuc amore splendoris ejus tenetur.

Nec tamen (usque adeo nulli sincera voluptas;
Solicitique aliquid lætis intervenit) Ægeus
Gaudia percepit nato secura recepto. 455
Bella parat Minos: qui quanquam milite, quanquam
Classe valet; patria tamen est firmissimus ira:
Androgeique necem justis ulciscitur armis.
Ante tamen bellum vires acquirit amicas:
Quaque potens habitus, volucri freta classe pererrat. 460
Hinc Anaphen sibi jungit, et Astypaleia regna;

populi, et precibus benevolentium; neque locus ullus lugubris est in tota urbe.

XXV. *Neque tamen (usque adeo nulli lætitia pura, atque aliquid tristis objicitur festivis) Ægeus sensit voluptatem tutam, filio recuperato. Minos vocat ad arma; qui tametsi potens est militibus, et navibus, est tamen tutissimus ira patria; et vindicat mortem Androgei æquis armis. Tamen ante bellum comparat copias auxiliares, et qua creditus est valere, percurrit maria celeri classe. Hinc sibi adjungit Ana-*

450 Heins. *tibi ducimus.*—451 Gron. et Bernegg. *Cons. assensus:* pr. Med. et unus Bas. *affectu.*—453 Unus lib. *non tam.* R. Cant. Bernegg. et duodecim alii *At:* in uno Heins. et duobus V. *Sed:* N. et duo alii *Et.* R. unus *nulli,* omisso *est:* multi *nulla est,* quod et Burm. præfert. Bernegg. *sincer. est nulla vol.* Sprotii Cod. *secura* pro var. lect.—454 Alii *Solicitumque.*—455 Cant. et duo alii *Gaud. suscepit;* quatuor *præcepit;* Lov. et Boxhorn. *non cepit.*—456 Plurimi Codd. *est fortissimus.*—458 Langerm. *nec. dignis.*—459 *Bellum* Heins. dedit ex tert. Med. et quinque aliis: vulg. *bello.*—460 Vulg. *Quaq. patent aditus;* multi ex vett. *patens;* deinde Fl. S. Marci exhibet *Quaq. potens habitus.*—461 *Astypaleia* pro vulg. *Styphaleia* dedit Regius.

NOTÆ

456 *Minos*] Jovis filius, rex Cretæ, qui Atheniensibus pestem imprecatus, quod filium Androgeum per invidiam occidissent, grave quoque adversus eosdem bellum excitavit.

461 *Anaphen*] Cretici pelagi est insula.

Astypaleia] Ab Astypalæa insula superiori vicina.

Promissis Anaphen, regna Astypaleia bello:
Hinc humilem Myconon, cretosaque rura Cimoli,
Florentemque Cythnon, Scyron, planamque Seriphon,
Marmoreamque Paron, quaque impia prodidit arcem 465
Sithonis accepto, quod avara poposcerat, auro.
Mutata est in avem, quæ nunc quoque diligit aurum;
Nigra pedem; nigris velata monedula pennis.

Fab. XXVI. Formicæ in Homines.

Æacus Jovis et Æginæ filius cum Asopidem insulam conjugis nomine incoleret, et gravi pestilentia, Junonis ira, populum amisisset, precibus et misericordia a Jove impetravit, ut, vastata insula, quot formicæ in ea apparuissent, tot versæ in hominum facies desideratam multitudinem explerent. Neque immerito, siquidem ex hujusmodi animalibus creverant, Myrmidones sunt appellati. Formicæ enim Græce myrmices appellantur. Porro autem sensus hos Cephalo sciscitanti narrat Æacus.

At non Oliaros, Didymæque, et Tenos, et Andros,

phen et regna Astypaleia, Anaphen pollicitis, regna Astypaleia bello: hinc parvam Myconon, et campos cretosos Cimoli, et claram Cythnon, Scyron, et Seriphon planam, et Paron marmoream, et qua impia Sithonis prodidit arcem, auro sublato, quod avara expetierat. Versa est in avem, quæ etiamnum amat aurum; atra pedibus, monedula tecta atris pennis.

xxvi. *At non Oliaros, et Didymæ, et Tenos, et Andros, et Gyaros, et Peparc-*

Illius enim nominis insula nulla in Archipelago. Vs. seq. delendum censebat Mar. Accurs. et deest in multis Mss.—463 Alii scribunt *Myconen, Myconem, Myconum;* et quidam *rur. Tymoli.*—464 Pro *Cythnon*, alii *Siphnon*, vel *Tyron*, vel *Syron.* Pro *Scyron* scribunt *Cypron*, vel *Gyron. Plenamque* est in uno Leid.—465 Alii *prod. Arnen.*—468 Nonnulli conj. *Rubra ped.* Heidelb.

NOTÆ

463 *Myconon*] Est Mycone seu Myconus Ægæi insula, una ex Cycladibus.

Cimoli] Quæ insula est in Cretico mari inter Sporadas.

464 *Cythnon*] Hæc cum tribus sequentibus inter Cycladas recenseturr.

465 *Quaque*] Locus hic procul dubio corruptus, cui salutiferam manum admovere ob fabulæ obscuritatem prorsus difficile.

466 *Sithonis*] Thracia aliqua mulier, a Sithonia Thraciæ parte.

467 *Mutata*] Vides locum corruptum esse, nec satis hæc inter se cohærere.

468 *Nigra*] Rubris pedibus esse monedulas, quibus monetæ amor et furacitas nomen dedit, scripserunt alii.

469 *Oliaros*] Sunt hæ omnes ex Cycladibus.

Et Gyaros, nitidæque ferax Peparethos olivæ, 470
Gnosiacas juvere rates. Latere inde sinistro
Œnopiam Minos petit, Æacideia regna.
Œnopiam veteres appellavere: sed ipse
Æacus Æginan genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantæque virum cognoscere famæ 475
Expetit. Occurrunt illi Telamonque, minorque
Quam Telamon, Peleus, et proles tertia Phocus.
Ipse quoque egreditur, tardus gravitate senili,
Æacus; et quæ sit veniendi causa requirit.
Admonitus patrii luctus suspirat, et illi 480
Dicta refert rector populorum talia centum:
Arma juves oro pro nato sumta; piæque
Pars sis militiæ. Tumulo solatia posco.
Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, et urbi

thos fertilis splendidæ olivæ opem tulerunt navibus Cretensibus. Postea Minos venit Œnopiam regna Æacideia, a parte læva. Antiqui dixerunt Œnopiam; sed ipse Æacus vocavit Æginam, nomine matris. Populus accurrit, et optat cernere virum tantæ existimationis. Telamon, et Peleus junior quam Telamon, et Phocus tertius filius, obviam illi procedunt. Ipse etiam Æacus lentus tarditate senili egreditur; et petit quæ sit causa adventus. Rex centum civitatum recordans luctus paterni suspirat, et illi narrat talia: Precor ut tuearis arma capta pro filio, et sis purs pii exercitus: peto consolationem sepulcro. Ad quem Asopiades respondit: Poscis

Nigr. pedes.—469 Quidam *Olearos; Didyme;* et *Senos* scribunt.—474 Alii *Æginam.*—475 Sixii Cod. *Turb. ruunt.*—476 Pro *Expetit*, multi *Excipit.* Heins. varia conj. *Percupit, Exigit, Rex cupit, Plebs avet.*—478 Langerman. *quoque ingreditur;* Med. *aggreditur.*—485 Heidelb. *Non facienda.*

NOTÆ

470 *Gyaros*] Hanc inter Sporadas recensent nonnulli, quæ ad Cycladas referri debet. Sterilissima fuit, quo etiam noxios Romani deportabant.

Peparethos] Inter Cycladas etiam numeratur.

471 *Gnosiacas*] Minois, scilicet, cui Gnosus urbs Cretica regia fuit.

472 *Œnopiam*] Æginam dicit insulam in Sinu Saronico, Æacidarum origine marisque imperio olim nobilem, cujus nomen mutavit Ægina Asopi filia, Æaci mater, illuc a Jove translata.

Æacideia] Ubi Æacus Jovis filius regnavit.

476 *Telamon*] Æaci filius.

480 *Luctus*] Propter Androgeum Minois filium interfectum.

481 *Rector*] Minos, Cretæ insulæ centum urbibus olim celebris rex ipse celeberrimus.

483 *Solatia*] Quippe Manibus gratissima olim credita necis vindicta.

484 *Asopiades*] Æacus ex Ægina Asopi filia ortus.

75930

Haud facienda meæ: neque enim conjunctior ulla 485
Cecropidis hac est tellus. Ea fœdera nobis.
Tristis abit, Stabuntque tibi tua fœdera magno,
Dixit: et utilius bellum putat esse minari,
Quam gerere, atque suas ibi præconsumere vires.
Classis ab Œnopiis etiamnum Lyctia muris 490
Spectari poterat; cum pleno concita velo
Attica puppis adest, in portusque intrat amicos:
Quæ Cephalum, patriæque simul mandata ferebat.
Æacidæ longo juvenes post tempore visum
Agnovere tamen Cephalum; dextrasque dedere: 495
Inque patris duxere domum. Spectabilis heros,
Et veteris retinens etiamnum pignora formæ,
Ingreditur; ramumque tenens popularis olivæ:
A dextra lævaque duos ætate minores
Major habet, Clyton et Buten, Pallante creatos. 500

impossibilia, et non admittenda meæ civitati; neque enim ulla est terra magis amica hac Cecropidis: ea fœdera nobis. Mœstus discedit, atque, inquit, Magno tibi constabunt tua fœdera: et satius ducit esse bellum minitari quam intentare, atque ibi ante perdere suas opes. Classis Lyctia poterat videri ex mœnibus Œnopiis; cum naris Attica impulsu pleno velo appellit, et subit portus amicos, quæ vehebat Cephalum, atque una jussu patriæ. Æacidæ juvenes agnoverant Cephalum quamvis non visum a longo tempore, et dextras junxerunt, et duxerunt domum genitoris. Heros clarissimus, et habens etiamnum indicia pristinæ formæ, ingreditur; et gerens ramum olivæ domesticæ, ætate provectior, habet a dextra et sinistra,

—486 Alii *est hac.*—487 In uno V. Cant. Jun. multisque aliis *fœd. damno.*—488 Gron. et Thuan. *util. bello;* Lov. *bellis.*—490 *Etiamnum* pro *etiamnunc* rescripsit Heins.—491 Idem cum tribus scriptis malit *conc. vento.*—492 Ex Codd. dedit Heins. *in portusque:* vulg. *et portus.*—493 *Cephalon* unus Heins. qui et malebat *patriæque suæ.*—494 Berolin. *post tempora.*—498 Duo Med. *ramumq. ferens.* Gron. *candentis;* pro quo Heins. malebat *canentis olix.*—499 Alii *Et dextr.*—500 Nonnulli *Bruten,* unde Meurs. Reg. Att. II. 6. facit *Bryten,* a quo Brytadarum familia apud Atheniensis descen-

NOTÆ

486 *Cecropidis*] Atheniensibus, quibus a Cecrope rege illud nomen.

490 *Lyctia*] Cretensis, in qua quidem classe Lyctus etiam urbs Cretæ suos habebat milites.

493 *Cephalum*] Deionis, vel, ut alii volunt, Mercurii, et Herses, quam Cecrops genuit, filium, virum formosissimum; quem etiam Aurora amavit.

498 *Popularis*] Quam quidem olivam, pacis signum, Athenis Minerva jucundissimum munus olim exhibuit, cum nomen suum urbi imposuit.

500 *Major*] Ipse Cephalus natu grandior.

Pallante] Qui Pallas Pandionis Atheniarum regis fuit filius.

Postquam congressus primi sua verba tulerunt;
Cecropidum Cephalus peragit mandata, rogatque
Auxilium; fœdusque refert, et jura parentum:
Imperiumque peti totius Achaidos addit. .
Sic ubi mandatam juvit facundia causam, 505
Æacus in capulo sceptri nitente sinistra,
Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athenæ.
Nec dubie vires, quas hæc habet insula, vestras
Ducite, et omnis eat rerum status iste mearum.
Robora non desunt: superat mihi miles, et hosti. 510
Gratia Dis; felix et inexcusabile tempus.
Immo ita sit, Cephalus, crescat tua civibus opto
Res, ait. Adveniens equidem modo gaudia cepi;
Cum tam pulchra mihi, tam par ætate juventus
Obvia processit. Multos tamen inde requiro, 515

duos juniores Clyton et Buten Pallante satos. Postquam primi congressus exhauserunt suam orationem, Cephalus exponit jussa Atheniensium, et petit auxilium; et memorat fœdus, et jura majorum; atque adjicit imperium totius Achaiæ affectari. Postquam ita defendisset causam concreditam eloquio, Æacus, læva posita in capulo sceptri, Ne, inquit, opem poscite, Athenæ, sed accipite. Neque credite hæsitanter opes quas hæc insula habet esse *vestras; immo omnis iste splendor rerum mearum discedat. Non careo viribus: superest mihi miles, atque in hostem. Diis gratia, tempus est prosperum et inexcusabile. Immo, inquit Cephalus, ita eveniat, voveo ut tuæ opes augeantur civibus. Equidem modo appellens lætatus sum, cum tam elegans juventus, tam similis ætate mihi occurrit: attamen multos inde exquiro, quos*

debat, ut a *Bute* Butadarum. Pro *Pallante*, Heins. conj. *Teleonte.*—501 Heins. dedit *congressus primi* ex opt. et plurimis Codd. Vulgo *congressi primi;* multi vett. *congressu primo;* quidam *congressi primo*, vel *primum.*—503 Gronovius *Cecropidis Ceph.*—506 Sec. Pal. et unus Bas. *in sceptro regni;* vulg. *in cap. regni:* Noricus pro var. lect. *in capulo gladii.*—508 In uno Ciofani *Nec dubias vir.*—509 In multis *Dicite, et.* Pro *omnis eat* veterrimus Fl. *omnia quæ:* plurimi *omn. ait;* Cant. et alii duo *erat;* totidem *erit:* Heins. emend. *Ducite, communis rerum status iste mearum est.*—510 Vulg. *Rob. nam des.* Heins. ex melioribus *non.* Pro *superat* quinque *superest.* Deinde Codd. plurimi *hostes;* pr. V. *hostes:* Exc. Calandræ *hoc est.* Heins. vult *superat sat militis, hospes.* Bothius levissima mutatione sic locum constituit: *Ducite! ut omnis eat: (rerum status iste mearum) Robora n. d. superat m. miles, ut hosti.* Burm. conj. *Ducite, et, ut rerum nunc est status iste mearum, Robora n. d. superat m. miles in*

NOTÆ

503 *Fœdus*] Quod Æginetas inter et Athenienses percussum fuerat.

504 *Peti*] A Minoë, scilicet. Quod, ut causæ suæ faveret, Æacumque periculi metu moveret, Cephalus addebat.

510 *Mihi*] In propriam custodiam.

Quos quondam vidi vestra prius urbe receptus.
Æacus ingemuit; tristique ita voce locutus:
Flebile principium melior fortuna sequetur.
Hanc utinam possem vobis memorare! sine ullo
Ordine nunc repetam: neu longa ambage morer vos, 520
Ossa cinisque jacent memori quos mente requiris.
Et quota pars illi rerum periere mearum!
Dira lues ira populis Junonis iniquæ
Incidit, exosæ dictas a pellice terras.
Dum visum mortale malum, tantæque latebat 525
Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi.
Exitium superabat opem, quæ victa jacebat.
Principio cœlum spissa caligine terras
Pressit; et ignavos inclusit nubibus æstus.
Dumque quater junctis implevit cornibus orbem 530

vidi olim ante receptus vestra urbe. Æacus suspiravit, atque sic locutus est lugubri sono: Lætior fortuna sequetur triste principium. Utinam possem vobis hanc referre! nunc narrabo sine ullo ordine: et ne vos detineam prolixo verborum anfractu, quos expetis mente memori jacent ossa et cinis: et illi quota pars occiderunt rerum mearum! Crudelis pestis immissa est populis ira Junonis infensæ, odio persequentis tellurem appellatam ab adultera. Quamdiu strages credita terrestris, et prava causa tanti mali nos *fugit, certatum est arte medendi. Clades vincebat auxilium, quod superatum vanum erat. Initio aër incubuit terris opaca caligine, et inclusit calores inertes nubibus. Et dum Luna quater implevit orbem cornibus con-*

hostem; vel *superest.*—517 Unus Mor. *voce profatus.*—518 *Sequetur* ex V. et pr. Gron. et Exc. Langerm. placet Heinsio; vulg. *secuta est.*—520 Fl. S. Marci, pr. V. pr. Med. et plures alii *ambag. moreris;* tres *morer te.* Hunc et præcedentes vss. sic Schepperus constituit: *Flebile p. m. f. secuta est; Hanc u. v. p. memorare sine illo; Ordine n. referam, ne, &c.* Heins. in ora cod. sui sic conj. *Hanc u. v. p. memorare sine ullo Ordine. Ne repetam, neu, &c.*—522 Bothius *Hei,* vel *Heu quota.*—524 Quidam Codd. *Excidit exos.*—526 Tres libri *Caus. recens.* Med. unus *noc. cladi.* Heins. *arte medenti.*—527 In duobus V. Capran. Johannis, Briant. et Cælest. *superab. opem, victæque jacebant:* alii *opes, quæ.* Heins. valde metuit, ne hoc hemistichium, *quæ victa jacebat,* sit ab aliena manu, quæ vs. a Nasone mutilum relictum supplere voluerit: conj. tamen *spes victa jacebat.*—530 Vulg. *quat. plenis explevit corn.* in uno Ciofani *plenum complevit;* in Capran. *plenum expletum,* sed postea emend. *plenis explevit:* pr. Gron. et alter Hamburg. *junctis;* et ille quidem

NOTÆ

518 *Melior*] Quia postquam suorum jacturam enarraverit Æacus, Jovis beneficium memorabit.

523 *Lues*] Pestem dicit, cujus descriptionem plerique omnes poëtæ ex Homeri Iliados primo vel etiam ex Thucydide desumserunt.

524 *Pellice*] Ægina, scilicet, Æaci matre, cui, sicuti et aliis omnibus, Juno infensissima.

Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem;
Letiferis calidi spirarunt flatibus Austri.
Constat et in fontes vitium venisse, lacusque;
Milliaque incultos serpentum multa per agros
Errasse; atque suis fluvios temerasse venenis. 535
Strage canum prima, volucrumque, oviumque, boumque,
Inque feris subiti deprensa potentia morbi.
Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros; medioque recumbere sulco.
Lanigeris gregibus, balatus dantibus ægros, 540
Sponte sua lanæque cadunt, et corpora tabent.
Acer equus quondam, magnæque in pulvere famæ,
Degenerat palmas; veterumque oblitus honorum,
Ad præsepe gemit, leto moriturus inerti.
Non aper irasci meminit; nec fidere cursu 545
Cerva; nec armentis incurrere fortibus ursi:
Omnia languor habet: sylvisque, agrisque, viisque
Corpora fœda jacent: vitiantur odoribus auræ.
Mira loquor: non illa canes, avidæque volucres,

currentibus, et *quater diminuta dissolvit orbem plenum, Noti tepentes flaverunt auris pestiferis. Certum est malum irrepsisse in fontes et stagna, atque multa millia anguium serpsisse per campos desertos, et infecisse flumina suis venenis. Vis mali præcipitis cognita primo interitu canum, et avium, et ovium, et boum, itemque ferarum. Miser agricola stupet fortes tauros procumbere inter opus, atque cadere in media lira. Vellera ultro defluunt gregibus laniferis emittentibus balatus languentes, et corpora extenuantur. Equus nuper generosus, et multæ laudis in certamine, contemnit victoriam; atque immemor honorum præteritorum gemit ad præsepe, periturus morbo ignavo. Aper oblitus est frendere: cerva non credere cursu; neque ursi invadere valida armenta. Morbus retinet omnia; atque corpora horrenda strata sunt per nemora, per campos, et per vias. Aër est infectus odoribus. Stupenda*

implevit, cum sec. Pal. et multis aliis.—532 Alii *æstibus Austri*.—535 Gron. *fluv. vitiasse*; tres alii *violasse*.—536 Alii *primo volucr.* Deinde pro *oviumq.* vulg. legitur *aviumq.*—537 Berolin. *subiti depressa*.—538 Alii *Decidere*; et *occidere*.—543 Alii *Degener ad palmas.* Tan. Faber emend. *oblit. avorum.* —544 Vulgo, *morbo moriturus*, pro quo Burm. e vetustioribus *leto m.* dedit, ut evitaretur *κακοφωνία*. Idem monet, posse et *tabo* legi. Heins. conj. *languore obiturus*.—545 Berolin. *non fidere*.—546 Heidelb. *fort. ursus*.—547 Vulg. *sylvis*, et unus Heins. *fluviisque, agrisq.* Med. unus *antrisque*, et Gron. *arvisque viisq.* Duo Med. *agrisq. jugisq.*—548 Alii *odor. herbæ*.—549 Berolin. *Mir.*

NOTÆ

542 *Pulvere*] Qui in certaminibus præsertim pedum attritu excitabatur.

Non cani tetigere lupi: dilapsa liquescunt; 550
Afflatuque nocent; et agunt contagia late.
Pervenit ad miseros damno graviore colonos
Pestis, et in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viscera torrentur primo: flammæque latentis
Indicium rubor est, et ductus anhelitus ægre. 555
Aspera lingua tumet; trepidisque arentia venis
Ora patent: auræque graves captantur hiatu.
Non stratum, non ulla pati velamina possunt:
Dura sed in terra ponunt præcordia: nec fit
Corpus humo gelidum, sed humus de corpore fervet. 560
Nec moderator adest: inque ipsos sæva medentes
Erumpit clades; obsuntque auctoribus artes.
Quo propior quisque est, servitque fidelius ægro;
In partem leti citius venit. Utque salutis
Spes abiit, finemque vident in funere morbi; 565
Indulgent animis: et nulla, quid utile, cura est:
Utile enim nihil est. Passim, positoque pudore,

dico: neque canes, neque aves rapaces, neque lupi cani illa attigerunt: liquefacta diffluunt, atque officiunt halitu, et spargunt late contagia. Lues dimanavit ad infelices agricolas clade majore, atque grassatur intra muros magnæ urbis. Primo præcordia æstuant: atque rubor est signum ignis inclusi, cum difficili respiratione. Lingua aspera turget, atque ora exsiccatu hiant venis exultantibus; et aër infectus attrahitur hiatu. Nequeunt tolerare suppositas vestes, aut ullos amictus: sed immittunt pectora in durum solum: neque corpus refrigeratur terra, sed terra ardet ex corpore. Neque medicus opem fert; et ipsa fera lues invadit eos; atque artes nocent iis qui illas profitentur. Quo quisque propius accedit, et fidelius fert opem morbido, celerius descendit in partem mortis. Et cum spes salutis recessit, et cognoscunt finem mali in obitu, obsequuntur appetitui; neque ullo modo sunt soliciti de eo quod juvet: nihil enim juvat. Hinc inde, et pudore abjecto consistunt

loquar.—550 Unus Med. *Non aridi:* Heins. conj. *ravi.*—553 Menard. et Voss. *in magnis.*—554 Fragm. Boxhorn. *Visc. torpescunt.* Deinde Regius legit *flammisq. fatiscunt.*—555 Pro *ægre* vulg. *igne* vel *igni:* pr. Mor. et alii *oris;* quatuor *ore:* Heins. vult *ægro.* Barthius, *ductus anhelitus: igni Aspera, &c.* —556 Heins. ex melioribus dedit *trepidisq...venis;* alii *tepidisq...ventis.*—557 Idem ex uno Bas. *gravi capt. hiatu.*—559 Pro *Dura* Schepperus legebat *Nuda.*—562 Berolin. *obsunt* omisso *que.*—564 Plurimi *atque salut.*—565 Lov.

NOTÆ

550 *Dilapsa liquescunt*] Pro Dilabuntur et liquescunt.

561 *Moderator*] Medicum dicit.

562 *Obsunt*] Quia dum apud ægros versantur peste quoque corripiuntur.

Fontibus, et fluviis, puteisque capacibus hærent:
Nec prius est extincta sitis, quam vita, bibendo.
Inde graves multi nequeunt consurgere; et ipsis 570
Immoriuntur aquis: alius tamen haurit et illas.
Tantaque sunt miseris invisi tædia lecti;
Prosiliunt: aut, si prohibent consistere vires,
Corpora devolvunt in humum, fugiuntque penates
Quisque suos: sua cuique domus funesta videtur. 575
Et quia causa latet, locus est in crimine. Notis
Semanimes errare viis, dum stare valebant,
Aspiceres; flentes alios, terræque jacentes;
Lassaque versantes supremo lumina motu.
Membraque pendentis tendunt ad sidera cœli, 580
Hic, illic ubi mors deprenderat, exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit? an, quod debuit esse,
Ut vitam odissem, et cuperem pars esse meorum?
Quo se cumque acies oculorum flexerat; illic
Vulgus erat stratum: veluti cum putria motis 585

ad fontes, et flumina, et amplos puteos: neque ante est sitis oppressa potando, quam vita. Multi oppressi non possunt inde sese tollere; atque pereunt in ipsis aquis: nonnullus tamen etiam illas trahit. Et tanta sunt tædia odiosi tori infelicibus, prorumpunt; vel si vires impediunt stare, dejiciunt corpora in terram, et quisque vitant suas domos; suæ sedes cuique videntur exitiales. Et quia causa ignoratur, locus est cognitus in vitio. Cerneres semivivos vagari per vias, dum poterant consistere; alios lugentes, et humi stratos, et torquentes oculos ultimo motu. Atque hinc inde ubi mors corripuerat efflantes animam, *tollunt artus ad astra cœli imminentis. Quid mihi fuit tunc mentis? an, quod oportuit esse, ut vitam odio haberem, et optorem esse pars meorum? In quamcumque partem acumen oculorum sese obverterat, ibi erat plebs jacens: quemadmodum cum poma putrida defluunt ramis agi-*

cum funere.—566 Tert. Med. *et cura, quid u. nulli est.*—570 Cant. *Jamque grav.* Multi vett. *grav. morbo neq.*—572 Nonnulli *aliquis* pro *alius.*—573 Plurimi *prohib. consurgere.*—576 Vulg. *locus est in crimine solus:* unus V. *notus,* alius *magno;* Johannis lib. *totus:* alii *morbi, natus, parvus, parvo.* Heins. scribit *l. e. in crimine: totis Sem. &c.* vel *notis.*—577 In uno V. *stare putabant.*—578 Heins. cum Arund. et duobus aliis *terraque.*—579 In Dominic. *Pessaque;* Berolin. *Passaque.*—580 Pr. Pal. *tendentes,* Fl. S. Marci *tendentia sidera:* pr. Med. *tendentia sidere:* Spirensis *pendentia sidera læti.*—581 Heins. emend. *Hic ubi mors animam deprend. &c.*—582. 583 Vulg. *aut quid d. e. Ni vitam:* Fl. S. Marci *an quod deb.* N. *an quid. Ut vitam* plerique vetustiores: unde Heins. *an, quod...Ut vitam.*—585 Plurimi vett. *cum putrida;* sec. Med. *putrea;* pr.

NOTÆ

571 *Alius*] Quivis æger post aliorum mortem adveniens, quem nequidem immortua cadavera ab aquis, ob ardentem sitim, arcerent.

Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.
Templa vides contra, gradibus sublimia longis:
Jupiter illa tenet. Quis non altaribus illis
Irrita thura tulit? quoties pro conjuge conjux,
Pro nato genitor, dum verba precantia dicit, 590
Non exoratis animam finivit in aris:
Inque manu thuris pars inconsumta reperta est!
Admoti quoties templis, dum vota sacerdos
Concipit, et fundit purum inter cornua vinum,
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri! 595
Ipse ego sacra Jovi pro me, patriaque, tribusque
Cum facerem natis, mugitus victima diros
Edidit: et subito collapsa sine ictibus ullis
Exiguo tinxit subjectos sanguine cultros.
Fibra quoque ægra notas veri, monitusque Deorum 600
Prodiderat: tristes penetrant ad viscera morbi.
Ante sacros vidi projecta cadavera postes:
Ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras.

tatis, aut glandes quercu concussa. Cernis e regione templa excelsa longis gradibus: Jovi dicata sunt. Quis non immisit thura vana illis aris? Quoties dum consors tori fundit preces pro consorte, pater pro filio, efflavit spiritum ad altaria surda; atque pars thuris inventa est integra in manu! Quoties boves adducti ad templa procubuerunt non expectato ictu, dum sacerdos fundit preces, et spargit vinum purum inter cornua! Cum ipse ego sacra facerem Jovi pro me, pro patria, atque tribus filiis, victima emisit horrendos mugitus; atque statim procumbens sine ullis ictibus infecit cultros immissos pauco sanguine. Fibra etiam morbida amiserat signa veri, atque jussa Deorum: fera lues grassatur in præcordia. Conspexi cadavera prostrata ad sacra limina; immo *ad altaria ipsa, ut mors esset magis odiosa.*

Med. et unus Heins. *patria;* unus Bonon. *putea;* unus Thuan. *Punica:* sed vulg. *putria* placet Heins.—586 Alii *agitataque.*—587 Unus Mor. *sublim. celsis.*—589 *Thura tulit* est ex Fl. S. Marci, et Gron. *dona dedit* Leid. et Gron. alter *dabat.*—590 Tum Bas. et Mor. *genetrix.* In uno Ciofani *precan. fudit;* alii *dixit,* vel *fundit.*—591 Unus Heins. *Non exoratas... ad aras.* Ms. Bersm. *vitam finiv.* R. *anim. profudit.*—592 Pr. Med. *pars inconcussa;* unde Heins. *incombusta.*—601 Vulg. *Perdiderat;* nonnulli etiam

NOTÆ

587 *Contra*] In conspectu, e regione. Adverbium est.

588 *Jupiter tenet*] Jovi sunt sacra.

595 *Haud expectato*] Luc, scilicet, non securi, ceciderunt.

600 *Fibra*] Per viscerum partes extremas futurorum veritatem rimari solebant sacerdotes; quæ quidem partes, cum morbo absorptæ essent, nullum indicium habebant.

Pars animam laqueo claudunt; mortisque timorem
Morte fugant: ultroque vocant venientia fata. 605
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras: aut dantur in altos
Indotata rogos. Et jam reverentia nulla est:
Deque rogis pugnant: alienisque ignibus ardent. 610
Qui lacryment, desunt: indefletæque vagantur
Natarum matrumque animæ, juvenumque senumque:
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miserarum turbine rerum,
Jupiter o, dixi, si te non falsa loquuntur 615
Dicta, sub amplexus Æginæ Asopidos isse:

Pars suffocant spiritum fune, atque depellunt metum obitus obitu, et arcessunt fata sponte accedentia. Corpora morti tradita nullis exequiis efferuntur pro more: neque enim valvæ erant capaces exequiarum. Vel sternuntur humi absque sepultura; vel inhonorata tolluntur in excelsos rogos. Neque jam ulla est veneratio: atque certant de rogis, et comburuntur alienis flammis. Nulli sunt qui lugeant: atque animæ nullis lacrymis honoratæ liberorum, et virorum, et juvenum, et senum errant. Neque locus est satis vastus ad sepulcra, neque ligna satis copiosa ad ignes. Stupens tanto impetu rerum miserarum, O Jupiter, dixi, siquidem non falso dicunt te venisse in amplexus Æginæ Asopidos, neque te pudet esse nostrum patrem,

Perdiderant. Bothius conj. *Prodidit, ut.*—605 Unus Arg. *vehementia fata.* Heins. conj. *renuentia.*—607 Unus Med. cum Berolin. *Funer. nullæ cap.* —610 Tres libri *rog. certant.*—612 Vulg. *Natorumque matrumq.* Heins. emendat *Natarum matr.* Quidam Codd. *Natorumq. virumq.* In uno Med. et alio erat *Natorumq. utrumque;* unde Burm. *Natorum nuruumque.*—616 Sic opt. Fl. S. Marci, et Arg. cum A. lib. Dominic. et uno Ma. Variant alii Codd. In quibusdam *Isse sub ampl. quondam Asop. Ægin.* in aliis *Isse sub ampl. Aginæ Asopidos igne:* alii legunt: *Sub quondam ampl. Ægin. Asop. isse.* Constantius Fanensis hoc modo: *Ægin. ampl. sub quondam Asop. isse.* Vel,

NOTÆ

604 *Mortisque*] 'Annon hic furor est, ne moriare mori?' Martialis. Non absimilis fuit tamen Persæ regis Macedonum: 'Cujus,' ut refert Florus, accedentibus Romanis, 'tanta trepidatio fuit, ut pecuniam omnem in mare jusserit mergi, ne periret; classem cremari, ne incenderetur.'

606 *Nullis de more*] Nullo exequiarum honore honestata dicit cadavera, cum ea nequidem portæ capere potuissent quæ efferre studuissent.

609 *Indotata*] Nec thure in rogum ingesto, nec ab amicis collatis muneribus: contra quam vulgo fiebat.

610 *Pugnant*] Quia cujus essent rogi in tanta multitudine minus dignoscebatur.

611 *Vagantur*] Ex fatuorum Ethnicorum opinione, qui insepultorum vel minus splendide compositorum umbras errare dictitabant.

Nec te, magne pater, nostri pudet esse parentem;
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulcro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruque secundo.
Accipio, sintque ista precor felicia mentis 620
Signa tuæ, dixi: quod das mihi, pigneror, omen.
Forte fuit juxta patulis rarissima ramis,
Sacra Jovi, quercus de semine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes, 625
Rugosoque suum servantes cortice callem.
Dum numerum miror, Totidem, pater optime, dixi,
Tu mihi da cives: et inania mœnia reple.
Intremuit, ramisque sonum sine flamine motis
Alta dedit quercus. Pavido mihi membra timore 630
Horruerant, stabantque comæ. Tamen oscula terræ,
Roboribusque dedi: nec me sperare fatebar;

magne pater; vel restitue mihi meos, vel compone me etiam tumulo. Ille indicium fecit fulgure, et tonitru secundo. Admitto, inquam, atque oro ista sint læta indicia tuæ voluntatis: in pignus accipio præsagium quod mihi offers. Forte astitit quercus de semine Dodonæo, Jovi sacra, rarissima vastis ramis. Nos ibi vidimus formicas frugilegas trahentes parvo ore longo ordine magnum pondus, atque tenentes suam semitam per asperum corticem quercus. *Cum copiam admirarer, Totidem, inquam, concede mihi cives, parens optime, atque imple muros vacuos. Quercus excelsa concussa est, atque strepitum edidit, ramis agitatis sine vento. Artus fremuerant mihi timido, et capilli erant erecti horrore. Nihilominus deosculatus sum terram atque quercum: neque testabar me sperare; sperabam tamen, atque servabam*

****

Sub quondam ampl. Ægin. Asop. isse. Regius emendavit, modo ita sit dicendum: *Isse sub ampl. Æg. Asop. olim.*—619 Berolin. *tonitrumq. secundum;* Sprotii Cod. *tonitrusq. secundos.*—620 Ex Berolin. *que* abest.—621 Vulg. *quæ das mihi pignoris om.* et sic duo V. In alio V. Briant. et Cælest. *pignora numen.* Fl. S. Marci, duo Pal. pr. Gron. *quod...pigneror, om.* quod Burm. etiam probat. Berolin. quoque *quæ des.*—622 Pro *rarissima* Burm. conj. *clarissima;* Bothius *celeberrima.*—623 Heidelb. *Sacr. Jovis.*—624 Voss. *nos fructilegas;* Jun. et duo alii *frugiferas.* V. et quatuor alii *aspex. ordine.* A. et Med. *agm. denso.*—628 Edd. *man. supple:* alii Codd. *comple;* alii *reple.*—630 Quidam pro *timore* habent *pudore:* Cant. O. et alii *tremore;* unus Med. *pavore;* Leid. *cruore.*—631 Gron. *horruerunt;* Pal. *torpuerant;* tres *obruerunt.* Deinde Voss.

NOTÆ

619 *Notam*] Favoris signum.

623 *De semine Dodonæo*] Id est, ex illarum quercuum genere, quæ in sylva Jovi sacra, apud Dodonam, Epiri urbem, visebantur: quas quidem quercus vocales fuisse, et oracula edidisse, nonnulli fabulati sunt.

629 *Intremuit*] Firmandi ominis causa.

632 *Nec me sperare*] Splendide pro-

Sperabam tamen: atque animo mea vota fovebam.
Nox subit: et curis exercita corpora somnus
Occupat. Ante oculos eadem mihi quercus adesse, 635
Et ramos totidem, totidemque animalia ramis
Ferre suis visa est; parilique tremiscere motu:
Graniferumque agmen subjectis spargere in arvis.
Crescere quod subito, et majus majusque videri,
Ac se tollere humo, rectoque assistere trunco; 640
Et maciem numerumque pedum, nigrumque colorem
Ponere; et humanam membris inducere formam.
Somnus abit. Damno vigilans mea visa; querorque
In Superis opis esse nihil. At in ædibus ingens
Murmur erat: vocesque hominum exaudire videbar, 645
Jam mihi desuetas. Dum suspicor has quoque somni;
Ecce venit Telamon properus: foribusque reclusis,
Speque fideque, pater, dixit, majora videbis.
Egredere. Egredior; qualesque in imagine somni

mente mea desideria. Nox ingruit; atque sopor invadit corpora defatigata solicitudinibus. Eadem quercus visa est mihi adesse coram oculis, totidem habens ramos, et totidem animalia ramis; atque tremere eadem agitatione; atque diffundere in proximos campos turbam graniferam. Quæ repente visa est augeri, et major atque major fieri, et se efferre supra terram, et stare erecto corpore, et deponere gracilitatem et copiam pedum et colorem atrum, et induere figuram humanam per artus. Sopor excussus est. Experrectus contemno mea somnia; atque doleo nihil esse auxilii a Diis. At murmur magnum erat in regia mea, *atque videbar audire sonos virorum jam mihi insolitorum. Dum dubito ne et hi sint ex sopore, ecce Telamon adest festinans, atque janua aperta, Genitor, inquit, comperies majora spe atque fide* tua. *Prodi. Prodeo, atque video et cognosco tales viros singulatim, quales credide-*

rigentq. comæ.—631 Med. *exerc. pectora.*—636 Vulg. *Et rami totid.* O. *Et totidem pro formicis animalia ramis.*—637 Alii *pariterque.* In uno Ciofani, et Berolin. *tremescere.*—639 Pro *quod* in uno Ciofani *dein:* in Cælest. *dehinc.* Fl. S. Marci *desubito.* Meliores, teste Heins. *majusq. videri.*—640 Barb. et Med. *rect. insistere.*—644 *At* legendum esse contendit Ciofanus, ex omnium librorum fide; multi mallent *sed*, quod est in sec. Pal. et quatuor aliis. Decem *at mœnibus;* tres *in mœn.*—646 Unus A. *quoq. somnum.*—647 Lov. et alter Twisden. *Ecce meus Tel.* Et quidam *properans*, vel *propere.*—649 Burm. mallet

NOTÆ

fecto hominem in re tali, ejusque animi motus, perscribit Poëta; maximaque est ejus in his perspicacitas et diligentia.

640 *Recto*] Qualis est hominum.

646 *Desuetas*] Quia omnes prope tabe interierant.

Somni] Quia nempe res videbatur incredibilis.

Visus eram vidisse viros; ex ordine tales 650
Aspicio, agnoscoque. Adeunt; regemque salutant.
Vota Jovi solvo, populisque recentibus urbem
Partior, et vacuos priscis cultoribus agros;
Myrmidonasque voco: nec origine nomina fraudo.
Corpora vidisti. Mores, quos ante gerebant, 655
Nunc quoque habent; parcumque genus, patiensque laborum,
Quæsitique tenax, et qui quæsita reservent.
Hi te ad bella, pares annis animisque, sequentur;
Cum primum, qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Austros. 660

ram vidisse per simulacra soporis. Accedunt, et salutant me tanquam suum *regem. Rependo vota Jovi, et divido urbem atque arva orba antiquis colonis in novos populos; atque appello Myrmidonas; neque spolio nomina origine. Aspexisti corpora. Iisdem virunt moribus quibus prius imbuti erant: gens parsimoniæ studens, et labori addicta, et servans quod lucrifecit, et reponens parta in futurum. Hi, annis atque audacia similes, comitabuntur te ad pugnas, statim atque Subsolanus, qui te feliciter adduxit, (Subsolanus enim adduxerat,) fuerit versus in Notos.*

imag. noctis, quia *somni* præcessit.—651 Edd. vulg. ex vett. multis *Aspic. noscoque;* pr. Pal. *noscique:* sec. Pal. Cant. pr. Gron. Arund. *Asp. nos mox ade.* pr. et tert. Med. et alii *nos hique*, Heidelb. *nos mox ade.* Heins. suadet *agnoscoq.*—654 Sprotii et Voss. *nom. fallo;* Thuan. *frango.*—655 Sec. Pal. Heidelb. et duo alii *Corp. vidistis.* Fl. S. Marci *anteferebant.*—656 Alii *parcum genus est.*—657 Vulg. *et quod...reservet.*—660 Gron. et sex alii *in Austrum;* Cant. et Voss. *Austro.*

NOTÆ

654 *Myrmidonas*] Μύρμηξ nempe Græcis formica dicitur. Revera vero illud ideo nomen Æginetis impositum quod formicarum more, prædonum metu, in antris degerent, terram foderent et agriculturam exercerent: qui Æaci precibus in homines mutati, quod, docente illo, naves ædificare, hostibus resistere, in hominum denique conspectum prodire inceperint.

660 *Austros*] Quibus ex Ægina Athenas navigatio opportuna.

Fab. XXVII. Cephalus ab Aurora immutatur.

Cephalus de donis refert invicem Æaco de Procride conjuge, et cur, aut unde telum gereret. Cum in monte Hymetto Atticæ regionis venaretur, ab Aurora ob speciem raptus est: quem ut comperit Procridis prioris conjugis amore implicatum a se velle diverti, fecit ut mutata specie remissus Cephalus Athenas contenderet, et eam pollicitis muneribusque tentaret, an pudicitiam puram posset servare. Pluribus itaque rebus ad usum fœminarum comparatis, quibus capi posset, fallacia mentem Procridis elicuit. Quod ut illa comperit; a marito se esse deceptam, pudore exterrita, ut conspectum ejus vitaret, altis se recondidit saltibus. [Cephalus autem amoris impatientia, cum ejus absentiam ferre non posset, precibus impetravit, ut ad se rediret: reversaque canem ei dedit velocissimum, et jaculum inevitabile, quod nunquam frustra jaceretur.]

Talibus atque aliis longum sermonibus illi
Implevere diem. Lucis pars ultima mensæ
Est data, nox somnis. Jubar aureus extulerat Sol:
Flabat adhuc Eurus; redituraque vela tenebat.
Ad Cephalum Pallante sati, cui grandior ætas, 665
Ad regem Cephalus, simul et Pallante creati
Conveniunt. Sed adhuc regem sopor altus habebat.
Excipit Æacides illos in limine Phocus:
Nam Telamon, fraterque, viros ad bella legebant.

xxvii. *Illi exhauserunt longum diem hujusmodi atque aliis colloquiis. Pars diei novissima concessa est epulis, nox sopori. Sol splendidus advexerat lucem; Subsolanus adhuc spirabat, atque impediebat carbasa reversura. Filii Pallantis coëunt ad Cephalum, qui provectior erat ætate; Cephalus et filii Pallantis una adeunt regem: sed somnus gravis adhuc illum tenebat. Phocus excipit illos ad fores: nam Telamon atque ejus frater habebant delectum virorum pro militia. Phocus ducit Atheniens es*

662 Gebhard. Crepund. I. 9. ex Pal. *Detinuere di.* unus A. *implicuere.* Heins. dedit *ultima* ex uno V. pr. et sec. Pal. Calandr. duobus R. aliisque multi *optima;* A. et alter *maxima;* Gruter. *extima.*—663 Pro *jubar aureus* duo libri *niveum jubar;* et unus Pal. *clarum,* et Mor. *clarus, jubar. Attulerat* etiam R. et Leid. unus.—665 Unus Heins. et Thysii *Ad Cephalon.*—666 Heidelb. *Cephalusque simul Pall.*—667 Unus Heins. *sop. artus.*—669 In uno Heins. *ad bella movebant:* in altero et duobus Vatic. Briantii, et Cælest. *Ad bella parabant.* In plurimis etiam veterum, *movebant, monebant, parabant, regebant:* in aliis, *gerebant, vocabant, premebant:* in uno

NOTÆ

669 *Fraterque*] Peleus, scilicet.

Phocus in interius spatium pulchrosque recessus 670
Cecropidas ducit: cum quis simul ipse resedit,
Aspicit Æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu jaculum; cujus fuit aurea cuspis.
Pauca prius mediis sermonibus ille locutus,
Sum nemorum studiosus, ait, cædisque ferinæ: 675
Qua tamen e sylva teneas hastile recisum,
Jamdudum dubito: certe, si fraxinus esset,
Fulva colore foret: si cornus, nodus inesset.
Unde sit ignoro: sed non formosius isto
Viderunt oculi telum jaculabile nostri. 680
Excipit Actæis e fratribus alter: et, Usum
Majorem specie mirabere, dixit, in isto.
Consequitur, quodcumque petit: Fortunaque missum
Non regit; et revolat, nullo referente, cruentum.
Tum vero juvenis Nereius omnia quærit: 685
Cur sit, et unde datum; quis tanti muneris auctor.
Quæ petit, ille refert; sed, quæ narrare pudori est,

in penetralia, atque ornatos secessus regiæ: *cum quibus statim atque sedit, videt Æoliden gerere manu telum paratum ex ligno ignoto, cujus mucro fuit aureus. Ille prius pauca præfatus ex usu communi, Sum, inquit, amans sylvarum, atque necis ferinæ; quo tamen ex ligno sit desumtum jaculum, quod tractas, jamdiu incertus sum: certe si esset ex fraxino, esset colore flavo; si ex corno, nodus inesset. Nescio ex quo ligno sit: sed nostri oculi non aspexerunt hastile missile pulchrius isto. Unus ex fratribus Atheniensibus respondet: atque inquit, Miraberis in isto præstantiam majorem forma. Attingit quicquid appetit; et fors non illi moderatur; et redit sanguine infectum, nemine referente. Tum vero juvenis Nereius percunctatur cuncta; quamobrem, et unde oblatum; quis auctor tanti doni. Ille reddit quæ poposcit; sed tacet*

Pal. pro var. lect. *ciebant*, quod et placet Heins.—671 *Ducit* pro vulg. *duxit* Heins. dedit ex melioribus.—672 Alii *Asp. Eioniden:* et pr. A. pr. Mor. sec. Pal. et alii *ignara* pro vulg. *ignota.*—673 Burm. mallet *ænea cusp.*—674 Multi *serm. ante;* Heins. putat *inde.*—679 Berolin. *formos. illo.*—680 N. sec. Med. et Ms. Bersm. *tel. jactabile.*—681 Voss. *de fratr.*—687 Hanc. lect. de-

NOTÆ

672 *Æoliden*] Cephalum Deionis filium, Æoli nepotem; siquidem Deionem Apollodorus inter Æoli liberos recenset.

674 *Mediis*] Id est, quæ in medium sine omni peculiari scopo proferri solent.

676 *Sylva*] Pro Ligno.

681 *Alter*] Clytus nempe, seu Butes; de quibus supra.

684 *Non regit*] Levis fortunæ vicibus obnoxium negat jaculum, quod semper ad scopum perveniret.

685 *Nereius*] Phocus, scilicet, quem ex Psamathe Nerei filia Æacus sustulit.

Qua tulerit mercede, silet: tactusque dolore
Conjugis amissæ, lacrymis ita fatur obortis:
Hoc me, nate Dea, (quis possit credere?) telum 690
Flere facit, facietque diu, si vivere nobis
Fata diu dederint. Hoc me cum conjuge cara
Perdidit: hoc utinam caruissem munere semper!
Procris erat (si forte magis pervenit ad aures
Orithyia tuas) raptæ soror Orithyiæ. 695
Si faciem moresque velis conferre duarum;
Dignior ipsa rapi. Pater hanc mihi junxit Erechtheus:
Hanc mihi junxit Amor. Felix dicebar, eramque:
(Non ita Dis visum est) ac nunc quoque forsitan essem.
Alter agebatur post sacra jugalia mensis; 700
Cum me, cornigeris tendentem retia cervis,
Vertice de summo semper florentis Hymetti

quæ indecorum est referre, et qua mercede acceperit; atque mœrore commotus propter uxorem perditam, sic incipit, lacrymis profluentibus: Hoc jaculum, nate Dea, (quis possit fidem adhibere?) mihi movet fletus, et movebit diu, si fata nobis concesserint vivere diu. Hoc me prodidit cum dilecta uxore: utinam caruissem semper isto dono! Procris (si forte potius Orithyia pervenit ad aures tuas) erat soror Orithyiæ ablatæ. Atque equidem *ipsa dignior abripi, si velis componere formam et mores utriusque. Pater Erechtheus mihi hanc dedit conjugem; Amor hanc mecum sociavit. Beatus credebar, atque eram: (non ita placitum Diis) et nunc etiam essem forte. Secundus mensis erat post sponsalia, cum Aurora rutila me conspicit mane disjectis tenebris, ex fastigio Hymetti semper florentis qui pone-*

dit Heins. ex Fl. S. Marci; qui habet *Q. p. i. r. ceterum narr. pudori:* vulg. *ref. et cetera nota pudore*, vel *pudori:* alii *Quæ patitur pudor, ille refert; et cetera narrat*, vel *differt;* unde Burm. *Qua patitur pudor, ille refert; et cetera narrans, Qua, &c.*—689 Unus Med. *Conj. avulsæ.*—690 Beroliu. *quis posset.*—695 *Raptæ* Heins. dedit ex V. et Dominic. vulg. *magnæ:* in quibusdam *Spartæ*, quod Heins. putat pro *spretæ:* in pr. Erfurt. erat *parvæ.*—696 Unus Leid. et unus Thuan. *mor. velim.*—698 Heins. conj. *junx. Hymen.*—699 Plerique vetustiores *at nunc;* tres *ac;* sec. Med. *ut;* Fl. S. Marci *aut:* Heins. conj. *quin.*—700 Mor. unus *Nonus ageb.* Urbin. N. sec. Med. *post acta;* cod. Strozzæ *festa:* Heins. vult *pacta.*—702 Quidam scribunt *Hymeti.*—

NOTÆ

688 *Mercede*] Proeri nempe uxori pro communicato lecto jaculum ab ipsa Cephalus accepit: cum sese illa in hospitem mutasset; suam vero esse Cephalus non cognovisset.

690 *Dea*] Psamathe nympha, scilicet, quam Phoci matrem diximus.

695 *Orithyia*] Erechthei Atheniensium regis filia, quam ob formam Boreas rapuisse dicitur.

702 *Hymetti*] Qui Atticæ mons est, thymo, melle, apibus, et marmore nobilis.

Lutea mane videt pulsis Aurora tenebris:
Invitumque rapit. Liceat mihi vera referre
Pace Deæ, quod sit roseo spectabilis ore, 705
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis,
Nectareis quod alatur aquis; ego Procrin amabam:
Pectore Procris erat, Procris mihi semper in ore.
Sacra tori, coitusque novos, thalamosque recentes,
Primaque deserti referebam fœdera lecti. 710
Mota Dea est: et, Siste tuas, ingrate, querelas;
Procrin habe, dixit. Quod si mea provida mens est;
Non habuisse voles. Meque illi irata remisit.
Dum redeo, mecumque Deæ memorata retracto,
Esse metus cœpit, ne jura jugalia conjux 715
Non bene servasset. Faciesque ætasque jubebant
Credere adulterium: prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram: sed et hæc erat, unde redibam,
Criminis exemplum: sed cuncta timemus amantes.

bam plagas cervis cornutis; atque me *auferi repugnantem. Concedatur mihi narrare vera, siue odio Deæ, quod sit pulcherrima facie rosea, quod habeat confinia diei et noctis, quod vivat liquore nectareo; ego amabam Procrin: Procris erat semper mihi in corde, Procris* erat *in ore. Ingerebam sacra lecti, et recentes concubitus, et nuptias mperas, et prima jura tori destituti. Dea est tacta; atque inquit, Reprime tuas querimonias, ingrate; Procrin obtinebis. Quod si meus animus aliquid prospicit, optabis non habuisse. Atque irata me illi reddidit. Dum revertor, atque revolvo mecum Deæ monita, occepi timere, ne uxor non bene custodisset fœdera socia: atque pulchritudo et anni suadebant credere furtum: mores dehortabantur credere. Verum tamen discesseram; verum et hæc, a qua revertebar, erat exemplum adulterii: verum* nos *amantes omnia reformidamus. Nitor fingere quod me*

703 Lov. *Aurea man.* Sprotii Cod. *tenebris Aur. fugatis.*— 705 Berolin. *ros. quod sit.* Quoniam sequitur mox *in ore* hic Burm. pro *ore* malit *auro.*—707 Duo Leid. et unus Gron. *al. equis.*—709 Med. *coëtusque nov.* sec. Med. *cultusq.*—710 Plurimi *des. referam quoque;* unus Med. *referam cur:* Heins. conj. *referam quo?* — 711 Bonon. *ignare, querel.* —712 Jun. *quæ si.* Heins. volebat *quam si mihi pr.*—714 Alii *Ut redeo:* Mss. Bersm. *Dum remeo.*—715 Quatuor scripti *Ecce met.*—716 Heidelb. *ben. servaret.* Deinde plurimi cum Bersm. Codd. *æt. jubebat;* Berolin. *movebant.*—719 Unus

NOTÆ

704 *Rapit*] Formosissimi juvenis amore incensa.

707 *Ego Procrin*] Quam verecunde non amatam Auroram dicit!

710 *Fœdera*] Quibus se totum Procridi devinxerat, sicuti et illa se totam amanti voverat; ita factum, referente Hygino.

Quærere, quo doleam, studeo; donisque pudicam 720
Solicitare fidem. Favet huic Aurora timori:
Immutatque meam (videor sensisse) figuram.
Palladias ineo, non cognoscendus, Athenas:
Ingrediorque domum. Culpa domus ipsa carebat;
Castaque signa dabat: dominoque erat anxia rapto. 725
Vix aditu per mille dolos ad Erechthida facto;
Ut vidi, obstupui: meditataque pæne reliqui
Tentamenta fide: male me, quin vera faterer,
Continui; male quin, ut oportuit, oscula ferrem.
Tristis erat: sed nulla tamen formosior illa 730
Esse potest tristi; desiderioque calebat
Conjugis abrepti. Tu collige, qualis in illa,
Phoce, decor fuerit; quam sic dolor ipse decebat.
Quid referam, quoties tentamina nostra pudici
Repulerint mores? quoties, Ego, dixerit, uni 735
Servor, ubicumque est; uni mea gaudia servo?
Cui non ista fide satis experientia sano

solicitet; utque tentare muneribus fidem pudicitiæ. Aurora favet huic pavori; atque vertit meam formam, (videor sensisse.) Subeo Athenas Palladias nulli cognoscendus, atque intro domum. Ipsa domus vacabat crimine, et indicia faciebat castitatis, atque erat solicita domino ablato. Accessu vix dato ad Erechthei filiam per mille artes, cum intuitus sum obstupui: atque propemodum deserui fidei experimenta animo instituta: ægre me repressi, quin agnoscerem vera; ægre quin, ut decuit, suavia darem. Mæsta erat: rerum tamen nulla potest esse pulchrior illa mæsta; atque flagrabat desiderio mariti sublati. Tu, Phoce, conjice, qualis fuerit vis boni in illa, quam ærumna ipsa sic decebat. Quamobrem dicam, quoties honesti mores coarguerint nostros conatus? quoties dixerit, Ego servor uni, ubicumque est; servo meam voluptatem uni? Cui sapienti istud periculum fidei non sit satis tu-

Heins. *Ominis exempl.*—720 Multi vett. *quid dol.* unus *quæ;* tres *quo;* vulg. *quod.* Alii *statuo* pro *studeo.*—723 Alii *Palladiasque:* A. *Pall. intro:* Med. Heidelb. et Pal. *non agnoscendus.*—724 Alii *dom. illa.*—725 Med. *anx. tardo.* —726 *Aditu...facto* Heins. dedit ex vett. vulg. *aditus...factus.*—727 Heins. conj. *ut stupui.*—730 Berolin. *null. mihi tam.*—731 Berolin. *pot. tristis.* Alii pro *calebat* habent *dolebat.*—732 Plerique vett. *Conj. arrepti,* vel *erepti.*—735 Heidelb. *quot. mihi dix.*—737 Leid. Cant. et quatuor alii *ista fides:* in V. et

NOTÆ

723 *Palladias*] Quibus Pallas seu Minerva nomen suum Græce imposuit, ut jam sæpe dictum.

726 *Erechthida*] Quæ ipsa Procris est, Erechthei filia.

728 *Fide*] Pro *fidei:* antique.

737 *Fide*] Pro *fidei,* iterum; nisi mavis, cum uno Vaticano, *Cui non ista satis fidei.*

Magna foret? Non sum contentus; et in mea pugno
Vulnera; dum census dare me pro nocte paciscor.
Muneraque augendo tandem dubitare coëgi. 740
Exclamo: Male tectus ego en, male pactus adulter,
Verus eram conjux: me, perfida, teste teneris.
Illa nihil: tacito tantummodo victa pudore
Insidiosa malo cum conjuge limina fugit:
Offensaque mei genus omne perosa virorum 745
Montibus errabat, studiis operata Dianæ.
Tum mihi deserto violentior ignis ad ossa
Pervenit: orabam veniam; et peccasse fatebar:
Et potuisse datis simili succumbere culpæ

tum? Non sum expletus; et tendo in meum exitium: dum spondeo pretium pro nocte. Atque cumulando dona, subegi denique vacillare. Vociferor: Ecce ego male occultus, male promissus adulter, eram verus maritus: coargueris me teste, infida. Illa nihil: sed tantum superata secreto pudore vitat domum insidiosam cum perverso conjuge: atque odio habens totam gentem virorum meu injuria, per montes vagabatur studens ministeriis Dianæ. Tum amor acrior pervadit ossa derelicti: precabar ut ignosceret, et agnoscebam me in culpa esse: et potuisse etiam in ejusmodi

uno Ciofani *ista satis fidei.*—739 *Pro nocte paciscor* dedit Heins. ex suis, Muretique Exc. Unus V. et Cælest. *pro nocte loquendo;* alii plurimi, ut et Edd. vulg. *promitto loquendo.* Berolin. *Vuln. tum...spospondi:* Pal. tert. *ferendo;* unus Mor. *locando,* unde Heins. conj. *locanda.*—741 Vulg. *Exclamo, mala: pectora detego: fictus adulter;* et sic in uno Ciofani. In altero et Cælest. *pactus adulter:* sic in Capran. in cujus ora hæ duæ aliæ varietates notatæ sunt, *Exc. mala pactus ego, male p. a.* Vel, *exc. male pacta nego, male p. ad.* In Briantii: *Exc. mala pectora, &c.* ut in V. cujus est hæc lectio, *Exclamo: mea pectora detego: tectus adulter.* In alio, et in uno Fulvii Ursini, *Exclamo: male pacta nego male pactus adulter.* Sed alii duo libri Vatic. eum habent collocatum post illum: *Exclamo: mala pectora detego, &c.* In uno Maffei, *Exclamo, male pactus ego, male fictus adulter.* In altero: *Exclamo, male fictor adest, male fictus adulter.* Nostra lectio est ex Heins. emend. Burm. mallet *Male tectus ego, male fictus adulter.*—746 In duobus V. *stud. operosa:* pr. Mor. *studiisque*

NOTÆ

739 *Census*] Amplas suas divitias pro concubitu.

741 *Fugit*] Atque tum ad Minoëm Cretæ regem pervenit, a quo jaculum inevitabile et canem Lælapa accepit, quem nulla fera posset evitare; quibus quidem muneribus ipsa quoque, specie mutata, Cephalum maritum ad fictum adulterium pellexit, quod et pariter deprehenso exprobravit. Quanquam aliter Hyginus, itemque Ovidius noster.

745 *Offensaque mei*] Quod me offendisset: nam active vox illa plerumque sumitur, offensio passive. Ceterum ea est verecundæ mentis ratio, ut magis quæ culpam arguunt, quam quæ lædunt, fugiat.

746 *Studiis*] Venationi, scilicet.

Me quoque muneribus; si munera tanta darentur. 750
Hoc mihi confesso, læsum prius ulta pudorem,
Redditur, et dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanquam se parva dedisset
Dona, canem munus: quem cum sua traderet illi
Cynthia, Currendo superabit, dixerat, omnes. 755
Dat simul et jaculum; manibus quod (cernis) habemus.
Muneris alterius quæ sit fortuna requiris?
Accipe. Mirandi novitate movebere facti.

Fab. XXVIII. Canis et Vulpes in Saxum.

Thebani, Naiadibus Nymphisque futura prædicentibus, Themidis Deæ, obscura dantis responsa, templum everterunt. Indignata Dea feram immisit, quæ pecora et agrestes vexabat. Ad quam opprimendam cum reliqua Græciæ juventute convenit Cephalus, cum jaculo et Lælape cane, a Procride accepto. Qui cum missus vulpem persequeretur, essetque Cephalus telum conjecturus, utrumque aspexit in saxum commutatum.

Carmina Laiades non intellecta priorum

crimen venire oblatis donis, siquidem tanta dona offerrentur. Redit ad me postquam ea agnovissem, ante ulta pudorem offensum; atque unanimis transmittit annos amabiles. Dat mihi insuper, (sicuti dedisset se tanquam *exiguum munus,) canem, quem cum sua Diana illi daret, dixerat, Antevertet cunctos cursu. Tradit* mihi *una telum, quod,* ut *vides, tractamus manibus. Poscis quæ sit sors alterius doni? Audi. Tangeris novitate facti stupendi.*

XXVIII. *Laiades explicuerat versus non comprehensos acumine priorum, atque vates*

operata.—751 Alii *Hæc mihi.*—752 Plurimi *concord. egimus.*—753 *Se* ex Fl. S. Marci, Spirensi, Bernegg. et tribus aliis reposuit Heins. vulg. *si.*—756 And. Naugerius edidit *jaculum; quod nos ut cern.* Pro *habemus* alii *haberi.*—758 Sic Heins. emend. vulg. *Accipe mirandum, &c.*—759 Nonnulli *Carm. Naiades,* vel

NOTÆ

751 *Hoc*] Non tamen satis aperte, neque uti supra indicavimus: sese a Procri deceptum ingeniosissime, at obscure fatetur.

755 *Cynthia*] Diana, a Cyntho Deli insulæ monte, ubi nata dicitur.

757 *Alterius*] Canis nempe.

759 *Carmina*] Quibus Sphingis monstri ex Typhone et Echidna nati ænigma continebatur. Montem Sphingium juxta Thebas Sphinx illa insederat, unde in viatores impetum facere solebat. 'Quodnam illud esset animal, quod mane quadrupes, meridie bipes, vesperi tripes esset?' interrogabat: cui rei cum nullus posset satisfacere, imperitos laniabat. Ænigma vero dissolvit Œdipus, qui 'Hominem animal istud esse,' dixit, de quo Sphinx loquebatur; 'siqui-

Solverat ingeniis; et præcipitata jacebat, 760
Immemor ambagum, vates obscura, suarum.
Scilicet alma Themis non talia linquit inulta.
Protinus Aoniis immittitur altera Thebis
Pestis; et exitio multi pecorumque suoque
Rurigenæ pavere feram. Vicina juventus 765
Venimus; et latos indagine cinximus agros.
Illa levi velox superabat retia saltu:
Summaque transibat positarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus, quas illa sequentes
Effugit, et volucri non segnius alite ludit. 770

ambigua dejecta strata erat oblita ænigmatum suorum. Nimirum alma Themis non sinit talia impunita. Extemplo aliud monstrum excitatur in Thebas Aonias; atque plurimi coloni aluerunt feram damno pecorum atque suo. Proxima juventus accurrimus; atque circumdedimus vastos campos indagine. Illa agilis superabat plagas facili saltu; atque transgrediebatur supremos funes retium extensorum. Canes solvuntur, quos insequentes illa prævertit, neque aliter frustratur quam avis volatilis.

Naiadum.—760 Pro *Solverat* alii habent *Solvunt*, vel *Solvitur.*—763 Vulg. *immissa est bellua* (in quibusdam vett. *bestia*) *Thebis:* N. man. pr. et uterque Hamburg. et Bernegg. *immittitur bellua:* Fl. S. Marci, et Spirensis *immittitur altera.*—764 Heins. recepit *Pestis* pro vulg. *Cessit:* et Zulichemianus *multi* pro *multis.* In quibusdam vett. *pecorique*, vel *pecorisque*, *sibi;* alii *pecorumque suumque:* at Cant. pr. Gron. sec. Med. Spirensis et plures alii *pecorumq. suoq.* quod Heins. præfert. In Berolin. erat *virorum* pro *suoque;* unde Bothius fingit *virûmque.*—765 *Rurigenæ* pro vulg. *Ruricolæ* Heins. ex melioribus dedit: Berolin. habet *Horriferam.*—768 Bas. pr. notæ *transib. pictarum.*—769 Pr. Pal. *Cop. distrahitur. Quas* est ex pr. A. vulg. *quos.*—770 Edd. vulg.

NOTÆ

dem ille in infantia manibus et pedibus repens verius quam incedens, quadrupes videretur; cum adolescens bipes; senio confectus, et baculo nitens, tripes dici mereretur.' Atque hujus solutionis dolore sese Sphinx de saxo præcipitem dedit.

Laiades] Œdipus, Laii Thebanorum regis filius.

761 *Vates obscura*] Sphinx monstrum, capite et vultu puellam, alis avem, reliquo corpore leonem referens, a Junone adversus Thebanos immissum.

762 *Themis*] Cœli ac Terræ filia, quæ homines quod fas sit servare docebat, cujus vetustissimum fuit in Bœotia oraculum.

763 *Aoniis*] Bœotiis; est enim Aonia Bœotiæ pars montana.

764 *Pestis*] De vulpe intelligit; quomodo et alibi 'pestis Nemea' pro leone sumitur.

765 *Pavere*] Non modo eam feram pueros rapuisse, sed ei trigesimo quoque die unum expositum fuisse, quem ablatum devorabat, narrat Ant. Liberalis.

766 *Indagine*] Hoc est, hominum, plagarum, retium, formidinum circumductu.

768 *Lina*] Funes ex lino. Metonymia est.

Poscor et ipse meum consensu Lælapa magno.
Muneris hoc nomen. Jamdudum vincula pugnat
Exuere ipse sibi, colloque morantia tendit.
Vix bene missus erat, nec jam poteramus, ubi esset,
Scire. Pedum calidus vestigia pulvis habebat: 775
Ipse oculis ereptus erat. Non ocyor illo
Hasta, nec excussæ contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.
Collis apex medii subjectis imminet arvis:
Tollor eo, capioque novi spectacula cursus: 780
Quo modo deprendi, modo se subducere ab ipso
Vulnere visa fera est. Nec limite callida recto,
In spatiumve fugit; sed decipit ora sequentis:
Et redit in gyrum, ne sit suus impetus hosti.
Imminet hic, sequiturque parem: similisque tenenti 785

Meus Lælaps petitur a me unanimi voto. Hoc erat *nomen dono. Jamdiu ipse nititur sese expedire loris, atque tendit collo prohibentia. Vix bene solutus erat, neque jam poteramus nosse ubi esset. Pulvis calidus retinebat impressionem pedum: ipse erat sublatus ab oculis. Jaculum non fertur velocius illo, neque globi emissi ictu contorto, neque levis arundo ab arcu Gortyniaco. Culmen montis medii tollitur super campos subjectos: illuc ascendo, atque specto novos cursus: unde fera conspecta est interdum corripi, nunc se subtrahere ab ipso vulnere. Neque vafra fugit recto calle et in campum, sed eludit rictus insequentis: et recurrit in circulum, ne hostis utatur suis viribus. Hic urget, et sequitur æqualem, atque similis corripienti non corripit, atque intentat morsus*

et cœtum non segnior. In uno Heins. *et volucri non sequius;* et sic pr. Gron. et Sixii pro var. lect. unde Heins. *et volucri non secius.* Burm. retinet *segnius* auctoritate duorum Codd.—773 Unus Bas. Med. et Lov. *Excutere ips.*—775 Heins. conj. *pulv. obibat.*—776 *Heins. ocyus hast.*—777 *Excussæ* Heins. dedit ex Pal. pr. V. Cant. aliisque plurimis; vulg. *exutæ;* alter Erfurt. *expulsæ.* Berolin. habet *cum torto.*—779 *Medii* Heins. recepit ex vett. vulg. *medius:* alii *medio,* vel *mediis.* Berolin. *subjectisque.* Quidam *sublatis* pro *subjectis.*—780 Alii *Toll. in hunc.*—781 Cant. et Arund. *Quæ mod.* Heins. *Cum,* vel *Qua:* duo libri *Et mod.*—783 Med. unus *In spatioque.* Alii *spatiumque.*

NOTÆ

771 *Lælapa*] Qui canis fuit Cephalo a Procri datus, ab impetu et velocitate sic dictus.

777 *Verbere*] Funda.

778 *Gortyniaco*] Cretensi; Gortyn enim, quæ et Gortys dicitur, Cretæ insulæ urbs est, sagittaria arte celeberrimæ.

781 *Quo*] Pro, Unde, ex quo loco.

784 *Ne sit suus*] Non enim possunt toto impetu currere canes, cum tergiversantem perque varios orbes sese morsibus subtrahentem feram persequuntur.

Non tenet, et vacuos exercet in aëra morsus.
Ad jaculi vertebar opem: quod dextera librat
Dum mea; dum digitos amentis indere tento;
Lumina deflexi; revocataque rursus eodem
Retuleram, medio (mirum) duo marmora campo 790
Aspicio; fugere hoc, illud latrare putares.
Scilicet invictos ambo certamine cursus
Esse Deus voluit; si quis Deus affuit illis.

inanes in aërem. Confugiebam ad auxilium teli: quod dum dextera sustentat, dum conor inserere digitos in amenta, dimovi oculos; atque reflexeram rursus reductos eodem, video (monstrum) duo saxa in media planitie: crederes hoc fugere, illud latrare. Nempe Deus voluit utrumque indomitum in contentione cursus; si quis Deus affuit illis.

Cant. et alius *sic decip.* Gron. *ora sequentum.*—786 Vulg. *et vanos ex. in aëre morsus.* Alii *vanos...motus:* pr. Gron. pr. Mor. et tres alii *vacuos...motus.* Pr. Erfurt. N. aliique complures *vacuos...morsus.* Heins. dedit *in aëra* ex melioribus.—788 *Indere* pro vulg. *addere* e pervetusto Cod. primus notavit et approbavit Marian. Accurs. Habent et plures alii Mss. unde prætulit Burm. cum Heins. alterum non sperneret.—789 Bas. *Lum. reflexi;* Leid. et Lov. *dum flexi.*—790 In plurimis vett. *et med.* unde Heins. *en.* Unus Pat. *marm. campi.*—791 Quart. Med. *fugere illud, hoc:* unde Heins. conj. *fug. illud, at hoc*

NOTÆ

787 *Librat*] Jaculum librare ille dicitur, qui eo ad aurem admoto, quomodo vi summa et ad scopum illud emittat, quærit.

790 *Marmora*] In quæ fera et canis mutati, uti quidem Nasoni placuit; nam alii aliter. Fabulæ sensum quod attinet, Alopeca quendam volunt fuisse, qui, Thebanis ob astutiam suspectus et urbe pulsus, valida manu collem quendam Teumessum nomine occupaverit; ubi Cephali ope a Thebanis fuerit mactatus. Tzetzes, canem Lælapa virum fuisse scripsit, quo ad conciliandos Cephali et Procridis animos usus Minos fuerit; qui cum, veloci triremi, Alopeca insequeretur, una cum ipso in petris marinis navi fracta pericrit.

792 *Ambo*] Pro *ambos:* antique.

793 *Affuit*] Auxilio fuit.

Fab. XXIX. Procris pro Fera occisa.

Hic cum assidue Dianæ studio feras persequeretur, et ambigua vox refrigerantis Cephali ad eam esset perlata, qui ex nimio æstu auram sæpius invocaret, non immemor pristini amoris, dum virgultis se recondit, ut specularetur, an esset aliqua aura nomine, cujus ille cupiditate impulsus a se alienaretur, Cephalus procul speculatus vehementius moveri virgulta, dum latere feram existimat eo loco reconditam, jaculo emisso, conjugem imprudens interfecit. Fertur autem id telum cum cane ab eadem conjuge Procride Cephalo tributum, cujus vim ob iram Auroræ, similiter ut feræ ab eo percussæ, maximo cum luctu viri experta est.

Hactenus: et tacuit. Jaculo quod crimen in ipso?
Phocus ait. Jaculi sic crimina reddidit ille. 795
Gaudia principium nostri sint, Phoce, doloris.
Illa prius referam. Juvat o meminisse beati
Temporis, Æacida, quo primos rite per annos
Conjuge eram felix; felix erat illa marito.
Mutua cura duos, et amor socialis habebat. 800
Nec Jovis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet, non si Venus ipsa veniret,
Ulla erat: æquales urebant pectora flammæ.
Sole fere radiis feriente cacumina primis,
Venatum in sylvas juveniliter ire solebam: 805

XXIX. *Huc usque* Cephalus; *dein siluit. Quæ culpa teli ipsius? inquit Phocus. Ille sic exposuit culpam teli. Voluptas sit initium nostræ ærumnæ, Phoce: eam prius narrabo. Gratum est, o Æacida, recordari felicis temporis, quo eram certe beatus uxore primis annis; illa erat beata viro. Solicitudo reciproca, atque amor conjugalis tenebat ambos: neque illa anteponeret lectum Jovis meo amori; neque ulla erat quæ me tangeret, non si Venus ipsa adesset. Par amor flagrabat in corde. Sole illustrante fastigia primis radiis, fere consueveram proficisci ad venationem in*

latr.—792 Quidam *ambos* pro *ambo.*—794 Berolin. *in illo est.*—795 Pr. Bonon. et Sprotii *crim. retulit.*—796 Heins. recepit *sint* cum Cant. Norico, et duobus aliis; vulg. *sunt.*—798 Alii legunt *Temp. Æacide.*—799 Quidam Codd. *fuit* pro *erat.*—801 Pal. *meis thalamis pr. amorem:* Leid. *meo thalamo pr. amorem.*—802 Unus Cod. *vel si;* Gron. *quamvis;* nonnulli *nec si.*—803 Leid. *pect. curæ.*—804 In Berolin. et uno Ciofani *cacum. montis.*—806 *Famulos*

NOTÆ

798 *Æacida*] Phocum alloquitur, Æaci filium.

Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres
Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam.
Tutus eram jaculo. Sed cum satiata ferinæ
Dextera cædis erat; repetebam frigus, et umbras,
Et, quæ de gelidis halabat vallibus, auram. 810
Aura petebatur medio mihi lenis in æstu:
Auram expectabam: requies erat illa labori.
Aura (recordor enim) venias, cantare solebam:
Meque juves, intresque sinus, gratissima, nostros:
Utque facis, relevare velis, quibus urimur, æstus. 815
Forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: et, Tu mihi magna voluptas,
Dicere sim solitus: tu me reficisque fovesque:
Tu facis, ut sylvas, ut amem loca sola: meoque
Spiritus iste tuus semper captatur ab ore. 820
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Nescio quis: nomenque auræ tam sæpe vocatum
Esse putans Nymphæ, Nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius auctor

nemora: neque patiebar servos, neque equos, neque canes odoros mecum venire, neque retia nodosa sequi. Securus eram telo. Sed cum manus expleta erat nece ferina, me recipiebam ad frigus et umbras, atque auram quæ oriebatur ex frigidis vallibus. Suavis aura a me requirebatur in medio calore: expectabam auram: illa erat recreatio a labore. Consueveram canere (nam memini), Accedas, aura; atque mihi sis solatio, subeas gremium nostrum, amabilis; atque, ut soles, velis lenire calores quibus ardemus. Forte adjecerim plura lenocinia (ita me fata cogebant); atque consueverim dicere, Tu mihi summa voluptas; tu me restituis atque solaris; tu facis ut diligam nemora, et loca deserta; et tuus halitus semper captatur ab ore meo. Nescio quis arrexit aures falsas sonis anicipitibus; atque credens nomen auræ toties citatum esse Nymphæ, arbitratur Nympham a me diligi. Continuo incon-

equos...sinebam meliores, teste Heins. exhibent; vulg. *famuli...equi...solebant.* —809 Alii *et umbram:* unus Med. *frigus opacum.*—810 *Halabat* est ex Heins. emend. vulg. *exibat;* plurimi vett. *exhalat;* tres *exhalabat:* unus Gron. *veniebat.*—812 Lov. et nonnulli alii *ill. laboris;* Jun. et Thuan. *laborum.*—815 V. *Utque soles.* Deinde Bonon. *urim. ignes.*—816 Berolin. *Fors. addideram.*—817 In eodem, et uno Ciofani, aliisque *blanda voluptas:* Voss. *grata.*—818 *Sim* Heins. dedit ex pr. Pal. sec. Med. N. Bernegg. et tribus aliis; vulg. *sum:* nonnulli etiam *sic.* Unus Bas. *reforesque fovesq.*—820 *Captatur* Heins. monet legendum cum Fl. S. Marci, sec. Med. et tredecim aliis; vel *captetur* cum N. pr. Mor. et Barb. vulg. *capiatur.*—821 Sixii Cod. *amb. incertam.*—823 *Putans* ex melioribus dedit Heins. alii *putat.* Lov. et novem alii *Nympham me credit amare.*—824 Plurimi scripti *facti* pro *ficti.* *Auctor* ex uno Gron. vulg. *index.*

Procrin adit: linguaque refert audita susurra. 825
Credula res amor est. Subito collapsa dolore,
Ut sibi narratur, cecidit: longoque refecta
Tempore; se miseram, se fati dixit iniqui:
Deque fide questa est: et crimine concita vano,
Quod nihil est, metuit; metuit sine corpore nomen: 830
Et dolet infelix veluti de pellice vera.
Sæpe tamen dubitat; speratque miserrima falli:
Indicioque fidem negat; et, nisi viderit ipsa,
Damnatura sui non est delicta mariti.
Postera depulerant Auroræ lumina noctem: 835
Egredior, sylvasque peto: victorque per herbas,
Aura veni, dixi, nostroque medere labori.
Et subito gemitus inter mea verba videbar
Nescio quos audisse. Veni, tamen, optima, dixi.
Fronde levem rursus strepitum faciente caduca, 840
Sum ratus esse feram: telumque volatile misi.
Procris erat: medioque tenens in pectore vulnus,

sultus accusator falsi criminis adoritur Procrin, atque narrat quæ audierat lingua trepida. Amor est res credula. Cum sibi referretur, procubuit oppressa dolore repentino: et restituta post longum tempus, se infelicem, se perversi fati prædicavit, atque conquesta est de fide mea: *atque impulsa falso delicto, timet quod nihil est; timet nomen sine re; atque misera solicita est tanquam de certa adultera. Attamen sæpe hæret, atque infelicissima sperat decipi, et tollit fidem accusationi, et nisi ipsa conspexerit, non est damnatura crimina sui viri. Sequens Auroræ lumen fugaverat tenebras; discedo, atque me confero in nemora; et voti compos, atque stratus in herba, Aura ades, dixi, atque succurre nostro labori. Atque repente videbar audisse nescio quos gemitus inter meas voces. Accede, tamen, optima, dixi. Cum denuo folia cadentia levem strepitum ederent, credidi adesse feram* aliquam: *atque impuli jaculum volatile. Procris erat; atque habens plagam in medio pectore, Hei*

—825 Gronovius legebat *lenique...susurro:* Bas. et unus Heins. *linguæque... susurra.*—827 Meliores, teste Heins. *sibi;* alii *mihi.*—832 Multi Codd. vett. *metuitque;* unus atque alter *creditque;* Berolin. *superatque.*—833 Idem *indiciique*, quod Bothius conj. pro *Indiciisque.*—835. 836 Gebhard. Crepund. III. 23. *Post. deplerant.* Med. et Fl. S. Marci *depul. Auroram lumina: nocte Egred.* Tert. Med. *Progradior;* alius *Progredior.*—838 Bas. *At subito;* vulg. *Et:* Heins. conj. *Ut*, vel potius *En.*—839 *Dixi* Heins. ex castigatioribus; alii *dicens*, vel *dixit.* Pal. sic: *Ven. tamen, optima, dixi, Fr.*—840 Bas. *rurs. gemitum;* Thuan. *sonitum.*—842 Unus Med. *tuens* pro *tenens.* Voss. *ten. in gutture*

NOTÆ

836 *Victor*] Ferarum cæde satiatus.

Hei mihi! conclamat. Vox est ubi cognita fidæ
Conjugis; ad vocem præceps amensque cucurri.
Semanimem, et sparsas fœdantem sanguine vestes, 845
Et sua (me miserum!) de vulnere dona trahentem
Invenio: corpusque meo mihi carius ulnis
Sontibus attollo: scissaque a pectore veste
Vulnera sæva ligo: conorque inhibere cruorem:
Neu me morte sua sceleratum deserat, oro. 850
Viribus illa carens, et jam moribunda, coëgit
Hæc se pauca loqui: Per nostri fœdera lecti,
Perque Deos supplex oro, superosque, meosque;
Per si quid merui de te bene; perque manentem
Nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis, amorem; 855
Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.
Dixit: et errorem tum denique nominis esse
Et sensi, et docui. Sed quid docuisse juvabat?
Labitur; et parvæ fugiunt cum sanguine vires.

mihi! exclamat. Postquam ego cognovi vocem fidæ uxoris, accurri festinans atque exanimis ad vocem. Infelix reperio semivivam, et inficientem amictus disjectos suo *cruore, atque avellentem sua munera ex plaga; et sublevo corpus mihi carius meo manibus scelestis; et amictu dereptо a pectore curari crudele vulnus; atque nitor reprimere sanguinem, et precor ne me scelestum destituat suo obitu. Illa exhausta viribus, et jam obiens, sibi vim fecit, ut hæc pauca proferret: Precor humilis per Deos cœlestes, et meos, per si quid bene sum merita de te, et per amorem mihi causam necis, nunc etiam perstantem cum morior, ne sinas Auram succedere nostris thalamis. Absolvit; et tum denique et cognovi et admonui aberrationem esse de nomine. Verum quid proderat admonuisse? Deficit, et exiguæ vires dissipantur*

ferrum.—843 Ursin. *Heu mihi.* Unus Med. *ubi prodita.*—844 Thysii *præcepsque am.*—845 Jun. Voss. *Semianimam;* Berolin. *Semianimem.* In Langerm. *sang. vultus;* unde Heins. *cultus,* nam mox *veste* sequitur: Urbin. *sang. multo.* Burm. conj. *et sparso f. s. vultum;* vel *sparsum.*—847 Pr. Pal. Arund. alter Hamburg. et unus Arg. *corp. mihi me car.*—848 Heins. dedit *Sontibus* ex sec. Pal. et var. lect. unius Med. vulg. *Mollibus.*—850 Tres scripti *desinat* pro *deserat.*—853 Berolin. *oro vestrosque meosque;* quod Bothius sic exponit: '*vestros,* i. e. tuos, Cephale, et omnium, qui vivunt: *meos,* i. e. inferos, qui jam sui morituræ videntur. *Superosq.* glossema est.'—855 Med. *dum pereo;* Gron. et Leid. pro var. lect. *qua.*—856 Quidam *pat. nubere;* alii *cnubere;* alii *incumbere,* ut Edd. Bersm.—857 Heins. vult *Dixit;* *at,* vel *Dixerat; errorem.* —858 Arund. *si quid doc. juvabit;* unde Heins. *si quid doc. javaret.* Unus

NOTÆ

853 *Meos*] Inferos dicit, ad quos descendebat.

857 *Errorem nominis*] Credidit nempe Procris Auram, quod lenis venti, amicæ nomen esse, quæ sibi suum Cephalum subtraheret.

Dumque aliquid spectare potest; me spectat: et in me 860
Infelicem animam nostroque exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori secura videtur.
Flentibus hæc lacrymans heros memorabat; et ecce
Æacus ingreditur duplici cum prole, novoque
Milite; quem Cephalus cum fortibus accipit armis. 865

cum cruore. Et dum licet aliquid intueri, me intuetur, atque expirat miseram animam in me, et in nostro ore. Verum secura videtur obire facie minus inquieta. Lugens Cephalus *narrabat ista lugentibus; et ecce Æacus intrat cum duobus filiis, atque milite recenter conscripto; quem Cephalus accipit cum strenuis viris.*

Gron. *valebat.*—859 Leid. *et parvo.* Tres libri *de corpore vires;* duo *cum corpore renæ.*—862 *Et secura* ex uno suo volebat Heins.—864 Unus Heins. et Med. *Æac. egreditur.* Voss. *gemina cum prol.*—865 Undecim libri *fort. excipit.*

NOTÆ

861 *Nostroque*] Ad veterum alludit morem, quibus, prout quisque moribundo carissimus, solenne fuit expirantis fugientem animam et extremum halitum excipere, oculos claudere.

862 *Secura*] Cum ipsam a pellice illæsam Cephalus docuisset; qui non amicæ sed venti opem contra æstum implorasset.

864 *Duplici*] Telamone, scilicet, et Peleo, qui copias, Atheniensibus auxilium, conscripserant.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER VIII.

Fab. I. Scylla Nisi filia in avem Cirin, et Nisus pater ejus in avem Haliæetum.

Minos Jovis et Europæ filius, cum propter filium Androgeum interemtum ab Atheniensibus pœnas repeteret; Megara, in qua urbe regnabat Nisus, continuo cum Atheniensibus accessit. Qua expugnata, animo conceperat, occisis hostium præsidiis, victoriam faciliter consecuturum. Inter quæ Scylla Nisi filia murum ascendit delectandi gratia, propter lapidem vocalem, qui Apollinis citharæ positus sonitum adjecerat. Ut animadvertit Minoëm urbi assidentem cultu regali, bellicisque rebus interesse, pulchritudine ejus exarsit. Et cum potiendi nullam viam inveniret, ut victorem hostem faceret gloriosiorem, crinem purpureum patri dormienti abscidit, quo fata patriæ continebantur. Quem cum, reseratis portis accepto hoste, ad Minoëm pertulisset, ille impium facinus aversatus, novissime eam navigio recipere noluit. Patre jam in avem piscatoriam transfigurato, quam Græci haliæeton dicunt, ac persequente filiam, illa quoque in volucrem Cirin transfigurata est.

Jam nitidum retegente diem, noctisque fugante
Tempora Lucifero, cadit Eurus; et humida surgunt

1. *Lucifero jam aperiente clarum diem, atque depellente tempora noctis, Subso-*

---

1 Olim edeb. *regente;* omnes fere libri *retegente*, et ita legendum admo-

Nubila. Dant placidi cursum redeuntibus Austri
Æacidis, Cephaloque; quibus feliciter acti
Ante expectatum portus tenuere petitos. 5
Interea Minos Lelegeia littora vastat:
Prætentatque sui vires Mavortis in urbe
Alcathoi, quam Nisus habet; cui splendidus ostro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat, magni fiducia regni. 10
Sexta resurgebant orientis cornua Phœbes;
Et pendebat adhuc belli Fortuna; diuque
Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.

lanus flare desinit; atque nubes humidæ ingruunt. Noti lenes parant reditum Æacidis revertentibus atque Cephalo: a quibus feliciter impulsi, appulerunt ad portus optatos priusquam expectarentur. Interea Minos depopulatur oras Lelegeias, et periculum facit virium suarum bellicarum in urbe Alcathoë, quam Nisus obtinet; cui pilus insignis colore purpureo de medio vertice inter venerandos canos erat firmamentum potentis regni. Sexta cornua Lunæ resurgentis renovabantur; et belli eventus erat adhuc incertus; et Victoria diu fertur inter utrumque incertis

mnit Regius, et alii.—4 Quatnor vett. *felic. usi.*—5 Berolin. *port. tetigere.*—6 Cod. Menardi, et undecim alii *Leleg. mœnia.*—7 Pr. Med. Noric. et tres alii *in urbem:* Jun. et pr. Gron. *in arce.*—8 *Alcathoi* dedit Heins. pro vulg. *Alcathoë.*—9 Fl. S. Marci et alii *medioque in vert.* N. Urbin. et sec. Med. *sub vert.*—11 *Phœbes* habent unus Med. et unus A. pro vulg. *Lunæ.* Heins.

NOTÆ

2 *Cadit Eurus*] Flare desinit ventus ab ortu spirans, qui Cephalo ex Ægina insula Athenas redituro adversus erat.

Humida] Quæ quidem secum rapiebat ventus a meridie et mari in illas terras excurrens.

4 *Æacidis*] Militibus ab Æaco in auxilium Athenas missis, et Cephalo datis.

6 *Lelegeia*] Megarensia dicit, Atticis proxima, quibus a Lelege Ægyptio advena, qui Megara instauravit, illud nomen impositum.

7 *Mavortis*] Id est, Belli: cui Mars seu Mavors præest.

8 *Alcathoi*] Megara dicit ab Alcathoo Pelopis filio restaurata et munita.

Nisus] Pandionis, Athenarum regis filius, cui in divisione regni a patre facta Megara obtigerunt.

Ostro] Hoc est, purpureo colore.

10 *Fiducia*] Siquidem illum crinem quamdiu Nisus haberet, regno privari non posset; quod erat in fatis. Per illum vero crinem arcanum intellige consilium, quod in summo capitis recessu latere debet, proditum ruinam trahit.

11 *Sexta*] Adeoque sextus mensis currebat ab incepta obsidione.

Phœbes] Lunæ; quæ Phœbi soror.

13 *Dubiis*] Quibus modo in hanc modo in adversam partem inclinare solet.

Regia turris erat vocalibus addita muris:
In quibus auratam proles Letoia fertur 15
Deposuisse lyram: saxo sonus ejus inhæsit.
Sæpe illuc solita est ascendere filia Nisi;
Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
Tum cum pax esset. Bello quoque sæpe solebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis. 20
Jamque mora belli procerum quoque nomina norat,
Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras.
Noverat ante alios faciem ducis Europæi;
Plus etiam, quam nosse sat est. Hac judice, Minos,
Seu caput abdiderat cristata casside pennis, 25
In galea formosus erat: seu sumserat auro
Fulgentem clypeum, clypeum sumsisse decebat.

pennis. Turris regia erat adjuncta muris resonantibus, in quibus filius Latonæ dicitur deposuisse lyram: sonus ejus mansit in lapidibus. Nata Nisi consueverat illuc sæpe ascendere, atque tangere vocales lapides parvo silice tempore pacis. Consueverat quoque sæpe inde intueri exercitus, et pugnas duri Martis. Jamque etiam didicerat per diuturnitatem belli nomina primorum, et arma, et equos, et cultus, et pharetras Cretenses. Noverat præsertim vultus ducis Europæi, plus etiam quam nosse expedit. Ejus arbitrio, seu Minos texerat caput galea comante pennis, in galea pulcher erat: seu corripuerat clypeum radiantem auro, pulchrum erat corri-

etiam conj. *orienti Phœbæ;* quia alter Twisden. *orienti Lunæ.*—14 Sec. Med. Urbin. et N. *erat regalibus. Abdita* etiam unus Leid.—15 Heins. dedit *Letoia* ex Fl. S. Marci; vulg. *Latonia:* in tert. Med. *Letonia.*—16 In Lov. et Thysii Codd. *sonus hæsit in illo:* in sec. Pal. et tribus aliis Codd. *ejus adhæsit.*—17 Multi Codd. *Sæp. illic.*—19 Leid. *Cum pax tuta foret.* Sec. Med. et N. *bellum quoque turre solebat;* at Urbin. *bellum quoq. sæpe sol. Spect. eque illa: bellum* etiam a pr. man. Bernegg. Heins. emend. *bellum quoq. turre sol. Spect. eque illa, &c.* Bothius sic: *bello quoq. turre* vel, *sæpe sedebat Spect. ex illa, &c.*—21 N. et pr. Erfurt. *moras bell.* vid. Not. Varior.—22 Olim edebatur. *Cydoneasq.* quod Ciofanus ex antiquiore Cod. suo in *Cydoniasq.* mutavit. At alterum Burm. revocavit, quia et Art. I. 293. *Cydoneæ juvencæ.* Variant Codd. in hoc nomine. Berkelius ad Stephan. in Κυδωνία vult *Cydonæusq.* legendum. In Gron. erat *Arm. equ. virosque Cinercidusq. sagittas.*—26 Berolin. *Seu gal. Auro* ex pr.

NOTÆ

14 *Vocalibus*] Resonantibus. Quam quidem resonandi facultatem muri ab Apollinis illic imposita lyra acceperant, dum Alcathoo Megara mœnibus cingenti Deus ille suam præstat operam.

15 *Proles*] Apollo est Latonæ filius.

17 *Filia Nisi*] Scylla est.

22 *Cydoneasque*] Cretenses Minois, a Cydone Cretæ urbe.

23 *Europæi*] Minois, Europæ ex Jove filii.

24 *Plus*] Quia ejus amore correpta, ad patriæ proditionem pellecta fuit.

Torserat adductis hastilia lenta lacertis;
Laudabat virgo junctam cum viribus artem.
Imposito patulos calamo sinuaverat arcus: 30
Sic Phœbum sumtis jurabat stare sagittis.
Cum vero faciem demto nudaverat ære,
Purpureusque albi stratis insignia pictis
Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat:
Vix sua, vix sanæ virgo Niseia compos 35
Mentis erat. Felix jaculum, quod tangeret ille,
Quæque manu premeret, felicia fræna vocabat.
Impetus est illi, (liceat modo,) ferre per agmen
Virgineos hostile gradus: est impetus illi,
Turribus e summis in Gnosia mittere corpus 40
Castra; vel æratas hosti recludere portas:
Vel si quid Minos aliud velit. Utque sedebat
Candida Dictæi spectans tentoria regis;
Læter, ait, doleamne geri lacrymabile bellum,
In dubio est. Doleo, quod Minos hostis amanti est. 45

puisse clypeum. Vibraverat longa jacula brachiis ictum librantibus, puella probabat industriam additam viribus. Adduxerat arcus curvatos aptata sagitta, jurabat Apollinem sic consistere sagittis correptis. Cum vero retexerat vultus deposita galea, atque purpura indutus insidebat dorso equi candidi decorato pictis phaleris, et moderabatur ori æstuanti, vix puella Niseia erat sua, vix temperans animo. Dicebat telum beatum, quod ille tractaret, et habenas beatas, quas manu teneret. Optat, modo concedatur, inferre gressus virgineos in exercitum hostilem: optat impellere corpus suum *ex culmine turris in castra Gnosia; vel aperire valvas æratas hosti: vel si Minos aliquid aliud cupiat. Cumque sederet aspiciens alba tentoria regis Dictæi, Nescio, inquit, gaudeam an molestum sit bellum luctuosum geri. Molestum est quod*

R. vulg. *ære:* pr. V. et duo alii *ore.*—28 Multi ex scriptis *Tors. abductis.* —30 Vulg. *Impositis calamis patulos.* In uno Ciofani, utroque Ma. et Briant. est, *Imposito calamo, &c. Imposito patulos calamo* unus Med. *Impositus calamus* Fr. et tres alii: *Impositi calami* Leid. unus: *Supposito calamo* Bas.—33 In Bas. erat *Purp. algi;* Burm. conj. *alti.* Dein Heins. placet var. lectio Græviani libri *phaleris* pro *stratis,* quod Burm. censet minime mutandum.—41 Unus Leid. *host. decludere.*—42 Septem vett. N. sec. et tert. Med. pro var. lect. *utq. solebat.*—45 Berolin. *Min. est host. am.*—46 *Numquid*

NOTÆ

40 *Gnosia*] Minois, scilicet, cui Gnosus, Cydon, Gortyn, centum denique, ut volunt, Cretæ urbes serviebant, a quibus Poëtæ sua sumserunt insulæ epitheta.

43 *Dictæi*] Minois iterum, a Dycte Cretæ monte sic dicti.

Sed nisi bella forent, numquid mihi cognitus esset?
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obside: me comitem, me pacis pignus habere.
Si, quæ te genuit, talis, pulcherrime rerum,
Qualis es ipse, fuit; merito Deus arsit in illa. 50
O ego ter felix, si pennis lapsa per auras
Gnosiaci possim castris insistere regis:
Fassaque me, flammasque meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi! tantum patrias ne posceret arces.
Nam pereant potius sperata cubilia, quam sim 55
Proditione potens: quamvis sæpe utile vinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Justa facit certe pro nato bella peremto:
In causaque valet: causamque tuentibus armis,
Ut puto, vincemur. Qui si manet exitus urbem; 60

Minos est hostis amanti. Verum, nisi bellum esset, anne mihi esset notus? Nihilominus poterat omittere bellum me accepta obside, habere me comitem, et pignus pacis. Si illa *quæ te genuit, formosissime* omnium *rerum, fuit talis qualis tu es, jure Deus illam perdite amavit. O ego ter beata, si vectu pennis per aërem possim pervenire ad castra regis Gnosiaci, et confessa quæ ego sim, et qualis sit meus amor, vellet emi, qua dote cuperem! tantum ne peteret arces patrias. Nam dejiciantur potius thalami expetiti, quam votis potiar proditione: quanquam clementia victoris modesti causa est ut bonum fuerit multis subigi. Profecto arma infert justa pro filio occiso; atque potentior est causa, et armis defendentibus causam. Credo equidem*

dedit Heins. ex pr. Med. et Noric. vulg. *nunquam.*—47 V. et alii *acc. poterit.* Ciofanus ex Dominic. profert *dimittere bell.* idemque Heins. reperit in quinque Codd.—48 Vulg. *com. et me pac. Habere* ex Heins. conj. alii *haberet.*—49 In V. et aliis multis *genuit;* alii *peperit.* Heins. ex decem vett. dedit *rerum;* vulg. *regum.*—50 Heins. ex melioribus suadet *ipsa fuit.*—51 Nonnulli *ego quam fel.*—52 Berolin. *Gnos. possem.* Med. et sex alii *castr. consistere;* unus Bas. *insidere.*—55 Gebhard. Crepund. II. 2. et Voss. et unus Thuanus *Ha per.* Vivian. et multi Heins. *Ah.*—58 *Facit* Burm. recepit ex Lov. ceteri *gerit.* —59 Vulg. *Et causaque val.* Const. Fanens. emend. *in causaq.* et ita Codd. multi: in uno Ciofani *Atq. valet causa,* in altero *in causamq. valet: per causamque* etiam V. et duo alii: reliqui codices admodum discrepant: *et sua causa valet* septem: *et quia causa* duo: *et valet in causa* R. *hinc quoque causa* Jun. *hic causaque* alius: *justaque causa* item alius. Pro *tuentibus* multi, iique præstantiores, *tenentibus,* non improbante Heinsio. Alii distinguunt ita: *In c. valet, c. t. armis. U. p. &c.*—60 In duobus Ciofani, Capran. Briant. et V. *quis enim*

NOTÆ

49 *Quæ*] Europa, scilicet, ex qua Jupiter Minoëm cum Rhadamantho et Sarpedone suscepit.

53 *Me*] Quod Nisi regis esset filia.

56 *Quamvis*] Titubat, atque adeo victa est: nam in amore, cum recta ratione insanire studet qui aliter quam fuga sibi consulit.

Cur suus hæc illi reserabit mœnia Mavors,
Et non noster amor? melius sine cæde, moraque,
Impensaque sui poterit superare cruoris.
Quam metuo certe, ne quis tua pectora, Minos,
Vulneret imprudens! quis enim tam dirus, ut in te 65
Dirigere immitem, nisi nescius, audeat hastam?
Cœpta plâcent, et stat sententia tradere mecum
Dotalem patriam; finemque imponere bello.
Verum velle parum est. Aditus custodia servat:
Claustraque portarum genitor tenet: hunc ego solum 70
Infelix timeo; solus mea vota moratur.
Di facerent, sine patre forem! sibi quisque profecto
Fit Deus: ignavis precibus Fortuna repugnat.

superabimur: qui finis si manet urbem; quamobrem suus Mars aperiet illi istos muros, et non noster amor? Melius poterit vincere sine strage, et cunctatione, et dispendio sui sanguinis. Quam timeo certe, ne aliquis temerarius lædat tuum cor, Minos! quis enim tam crudelis, ut, nisi ignarus, non vereatur intendere in te sævum hastile? Institutum mihi *probatur, et decrevi offerre mecum patriam dotalem; atque modum statuere bello. At leve est vovere. Præsidia custodiunt ingressus: et pater habet firmamenta valvarum. Misera hunc unum reformido:* ille *unus obstat* meis *desideriis. Utinam sine parente essem! quilibet sane sibi fit Deus: Fortuna resistit votis in-*

manet exitus urbem?—61 *Reserabit* Heins. profert ex pr. Gron. pro vulg. *reseret mea:* mallet tamen *reserarit.*—64 *Quam* est ex Heins. emend. Vulg. *Nam;* multi codd. *Jam* vel *Non:* in V. est *Ah,* quod multis placet.—65 *Dirus* Heins. profert ex melioribus; alii *durus.*—66 Pro vulg. *non inscius* duo meliores Mor. et sex alii cum Græviano, *nisi nescius:* sex alii *nisi inscius.*—67 Genev. *extat sent.* unde Heins. conj. *en stat;* nisi malis *et stat sent. secum.*—69 Multi Codd. *custod. claudit.*—72 *Fit*

NOTÆ

72 *Sibi quisque*] Quanquam apertissima est sententia, prolixa tamen eget enarratione hic locus, propter iniquissimam quam arcessunt superbi et Deum calumniantes homunculi cæcitatem supinam. A se est nemo: sed neminem juvare potest Gratia Dei quæ obstinate rejiciatur; ut suæ per illam unusquisque fortunæ sit artifex. Ceterum perversissime ista in Amoris gratiam detorsit amens puella, quæ tacite Deos spernit, seque solam sibi Dei loco sperat futuram.

73 *Fortuna*] Immo Deus ipse, qui sibi hominem, quanquam ex se nihil est, gloria conjunxit. Sed a quo tempore benedictus in æternum Dei filius vitam in humanum genus morte sua inspiravit, quasi mortem attulisset, otiari et putrescere plerique didicerunt, nisi quod mundum universum una cum fratribus absorbere festinant. Aliter olim Ethnicus homo, (Catonem dico) in Senatu; 'Non votis,' inquit, 'neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo,

Altera jamdudum succensa Cupidine tanto
Perdere gauderet, quodcumque obstaret amori. 75
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes,
Per gladios ausim. Neque in hoc tamen ignibus ullis,
Aut gladiis opus est: opus est mihi crine paterno.
Illa mihi est auro pretiosior: illa beatam
Purpura me, votique mei factura potentem. 80
Talia dicenti, curarum maxima nutrix
Nox intervenit; tenebrisque audacia crevit.
Prima quies aderat; qua curis fessa diurnis
Pectora somnus habet. Thalamos taciturna paternos
Intrat: et (heu facinus!) fatali nata parentem 85
Crine suum spoliat: prædaque potita nefanda
Fert secum spolium sceleris; progressaque porta
Per medios hostes (meritis fiducia tanta est)

ertibus. Alia æstuans tam gravi amore jamdiu lætaretur prodere quicquid moraretur amorem. Et quamobrem ulla esset me cordatior? Non reformidem incedere per flammas aut *per enses. Neque tamen ad hoc egeo ullis flammis aut ensibus; egeo pilo paterno. Ille* pilus *ruber est mihi carior auro, ille me faciet felicem et compotem mei desiderii. Nox maxima fautrix solicitudinum corripuit talia volventem, atque confidentia aucta est caligine. Primum tempus somni aderat, quo sopor retinet corpora defatigata solicitudinibus diurnis. Subit cubiculum patris sine strepitu; et, (heu nefas!) filia revellit patri pilum fatalem: et compos rapinæ nefariæ, secum portat prædam festina, et egressa porta, (tanta est spes beneficii,) per medios*

Deus in pr. Gron. vulg. *Est.*—73 Unus V. *prec. Natura.*—74 Alii *Cup. tanta.* —75 Tres scripti *Prodere gaud.* at Med. primæ notæ *Pendere.* Nonnulli *amanti* pro *amori.*—76 Berolin. *cur illa.*—77 *Per* pro vulg. *Et* Heins. suadet ex uno Voss. uno Gron. pr. Twisden. et Med. uno. In uno Bersm. *Per gladias.* Vulg. *in hoc;* et sic Codd. meliores, teste Heins. alii *ad hoc,* vel *ad hæc.*—79 *Illa* ex Jun. vulg. *ille.*—80 Leid. unus, et Gron. *pot. est,* probante Heins.—82 In Leid. duobus R. et tribus aliis *tenebris,* omisso *que.*—85 In quibusdam vett. *vitali* pro *fatali.*—87 Pro *sceleris.* Cod. antiquus Jac. a Cruce, Med. pr. Erfurt. Calandr. pluresque alii *celeris.* Sic etiam Priscian. loc. laudat, ut doceat, *celer* facere fœmininum *celeris.* Heins. vero totum vs. delendum censet, quia in Florent. S. Marci margini ascriptus est manu recentiore.—88 Plurimi, *meriti:* unus Leid. *menti,* quod non displicet Heins.—

NOTÆ

prospere omnia cedunt. Ubi socordiæ tete atque ignaviæ tradideris, nequicquam Deos implores: irati infestique sunt.' Orandum et laborandum, quomodo olim filii Dei, Moses precabatur, Josue hostes persequebatur: itaque victoria potiti sunt. Exodi XVII.

88 *Meritis*] Cum Minoi patrem patriamque perfida proderet.

Pervenit ad regem: quem sic affata paventem:
Suasit amor facinus. Proles ego regia Nisi 90
Scylla, tibi trado patriosque meosque Penates.
Præmia nulla peto, nisi te. Cape pignus amoris
Purpureum crinem: nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi crede caput. Sceleratagque dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit; 95
Turbatusque novi respondit imagine facti:
Di te summoveant, o nostri infamia sæcli,
Orbe suo: tellusque tibi pontusque negentur.
Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten,
Quæ meus est orbis, tantum contingere monstrum, 100
Dixit: et, ut leges captis justissimus auctor
Hostibus imposuit, classis retinacula solvi
Jussit; et æratas impelli remige puppes.
Scylla, freto postquam deductas nare carinas,
Nec præstare ducem sceleris sibi præmia vidit; 105

hostes accedit ad regem; quem trepidantem sic allocuta est: Amor auctor fuit facinoris. Ego Scylla filia regia Nisi tibi prodo Deos patrios et meos. Nullam opto mercedem præter te. Sume pilum rubrum pignus amoris. Neque arbitreris me nunc tibi offerre pilum, sed caput patris. Atque obtulit manu sua dona nefanda. Minos aversatur oblata: atque territus cogitatione inauditi sceleris, Dii, inquit, *te tollant suo polo, o dedecus nostri ævi, terraque et aqua tibi interdicantur. Profecto, inquit, ego non feram tantum monstrum tangere Creten cunas Jovis, quæ meum est regnum. Et postquam legislator æquissimus dedisset leges devictis hostibus, imperavit vincula classis solvi, et naves ære instructas agi. Cum Scylla advertit puppes immissas pelago natare, neque ducem sibi reddere mercedem flagitii, ex-*

89 Berolin. *pav. est.*—91 *Patriosque* Heins. dedit ex melioribus; vulg. *patriamque:* Fr. Cant. et sex alii *patriæque.*—92 Jun. et Lcid. *munus amoris.*—96 Unus Gron. *imag. monstri.*—98 N. Fl. S. Marci, et Spirensis, *Orb. polus;* quart. Med. *meo:* Heins. suadet *pio.* In quibusdam *cœlumq.* pro *pontusq.* Deinde Med. chartaceus, et Berolin. *negetur.*—100 *Quæ* Heins. dedit ex Urbin. et duodecim aliis; vulg. *Qui.*—101 Heins. legebat *just. ultor.*—103 Olim, *ærat. impleri:* Ciofanus restituit *impelli* ex uno suo, et postea repertum in pluribus.—104 Jun. *deductis...carinis.*—105 Unus Mor. *sceleris sua:* Heins.

NOTÆ

95 *Refugit*] Quippe justitiæ fama apud Inferos constitutum judicem denique tantum scelus admittere dedecuisset. Neque vero Poëtarum fuit commentum ejusmodi Ethnicorum virtus: illius exempla plurima habent Historici. Verum ne apud Inferos quidem justitiæ laudem quærunt Christiani plurimi, nomen quod profitentur dehonestantes.

99 *Incunabula*] Quia in Ida Cretæ monte natus et educatus Jupiter.

Consumtis precibus violentam transit in iram:
Intendensque manus, sparsis furibunda capillis,
Quo fugis, exclamat, meritorum auctore relicta,
O patriæ prælate meæ, prælate parenti?
Quo fugis, immitis? cujus victoria nostrum 110
Et scelus, et meritum est. Nec te data munera, nec te
Noster movit amor; nec quod spes omnis in unum
Te mea congesta est? nam quo deserta revertar?
In patriam? superata jacet. Sed finge manere:
Proditione mea clausa est mihi. Patris ad ora? 115
Quæ tibi donavi. Cives odere merentem:
Finitimi exemplum metuunt. Obstruximus orbem
Terrarum, nobis ut Crete sola pateret.
Hac quoque si prohibes, si nos, ingrate, relinquis,
Non genitrix Europa tibi, sed inhospita Syrtis, 120

haustis precibus decurrit in acrem iram; et vesana porrigens manus sparsa coma vociferatur, Quo fugis, o præposite patriæ meæ, præposite patri, causa destituta beneficiorum? Quo fugis, fere? cujus victoria est nostrum flagitium et beneficium. Neque oblata dona, neque noster amor tetigit te; neque quod omnis spes mea posita est in te solo? Nam quo redeam destituta? In patriam? Victa jacet. At pone stare: mihi est denegata mea proditione. In conspectum patris? quem tibi tradidi. Cives odio prosequuntur me quæ digna sum: vicini reformidant exemplum. Exulamus orbe; ita ut sola Crete ex toto mundo nobis aperta esset. Sic arces etiam ab ea? Sic nos deseris, ingrate? Europa non te genuit, sed Syrtis inhos-

conj. *sceleri sua.*—107 *Sparsis* fere omnes Codd. vulgo *passis;* unus Thuan. *scissis;* duo *fossis.* Sprotii etiam *furiosa.*—112 Cant. Med. et alius *tenuit* pro *movit;* et in quibusdam *Noster amor movit.* Pr. Mor. *in uno.*—114 R. Leid. Lov. et quinque alii *conjecta est.*—115 In uno Ciofani *patr. ob ore;* plurimi *ob ora,* quod et Heins. et Burm. placet.—116 Meliores, teste Heins. *Quæ;* vulg. *Quem.* Bothius putat legendum uno tenore: *Pat. ob ora, Quæ tibi donavi, c. o. merentem, F. e. metuunt.*—117 Cum in nonnullis legatur, *exponimus urbem,* in aliis *exponimur orbem,* aut *orbe,* Heins. sic legit et interpungit, *exponimur orbe; Terrarum nobis, &c.* Esse autem *exponi orbe,* ait, excludi toto orbe, arceri ac repelli. Burm. vero aut *obstruximus* defendit, aut cum Med. *occlusimus,* ut sit opp. inter *occludere* et *patere.*—119 *Hac* Heins. profert ex sec. Med. Thysian. aliisque; vulg. *Hunc.* Deinde cum tert. Med. et duobus

NOTÆ

120 *Non genitrix*] Eadem prope habet Virgilii Dido, Æneid. IV. ab Homero mutuata.

Europa] Terra quæ mitibus moribus generabat homines olim.

Syrtis] Syrtes dicuntur loca illa vadosa et scopulosa littoris Afri, cujus incolæ feri et peregrinis infestissimi habiti sunt: ut ex illis ejecti crudeliores adhuc existimentur. Egregie Catul. 'Quænam te genuit sola sub rupe leæna? Quod mare

Armeniæve tigres, Austrove agitata Charybdis.
Nec Jove tu natus; nec mater imagine tauri
Ducta tua est: (generis falsa est ea fabula vestri.)
Et ferus, et captus nullius amore juvencæ,
Qui te progenuit, taurus fuit. Exige pœnas, 125
Nise pater: gaudete malis modo prodita nostris
Mœnia: nam fateor, merui; et sum digna perire.
Me tamen ex illis aliquis, quos impia læsi,
Me perimat. Cur, qui vicisti crimine nostro,
Insequeris crimen? scelus hoc patriæque patrique; 130
Officium tibi sit. Te vere conjuge digna est,
Quæ torvum ligno decepit adultera taurum;
Dissortemque utero fœtum tulit. Ecquid ad aures

pita, et tigres Armeniæ, vel Charybdis Noto vexata. Neque tu Jove satus; neque mater tacta est specie tauri: ea fabula vestræ stirpis est ficta. Taurus qui te genuit et fuit ferus, et nullius juvencæ amore tactus. Pater Nise repete pœnas: muri modo traditi exultate gaudio ex nostris ærumnis: agnosco enim, merui, et sum digna occidere. Ceterum aliquis ex illis, quos offendi impia, me interficiat: quamobrem tu, qui victoria potitus es nostro scelere, persequeris scelus? Hoc flagitium in patriam atque parentem sit tibi beneficium. Adultera quæ fero tauro imposuit ligno, atque fœtum gestavit dissimilem ventre, vere digna est te marito.

aliis vult legere *sic prohib.* Unus etiam ex Pal. habet *sic nos.*—121 Alii *Armeniæ tigr.* omisso *ve.*—122. 123 Mss. Dominic. *Falsa nec imagine tauri Lusa tua est genitrix: falsa est ea fabula.* Unus Ciof. *falsi nec imagine tauri.* Plerique *lusa est;* sed pro eo N. *capta.* Fl. S. Marci *ducta,* quod recepit Heins. Porro, verba *generis...vestri* sic correxit Capoferreus, atque ita et inventa sunt in uno Heins.—127 In Berolin. *et* omiss.—128 *Me* Heins. reposuit ex uno Gron. vulg. *Sed.*—129 Leid. pro var. lect. *munere nostro.*—130 Heidelb. *patrisque.*—131 Cant. et pro var. lect. pr. Erfurt. et pr. Hamburg. *tibi fit.* Meliores *vere;* vulg. *vero.*—133 Vulg. *Discordemque:* in fragm. Boxhorn.

NOTÆ

conceptum spumantibus exspuit undis? Quæ Syrtis, quæ Scylla vorax, quæ vasta Charybdis?'

121 *Armeniæve tigres*] Quæ in Armenia, Asiæ regione, ferocissimæ inveniuntur.

122 *Tauri*] Pulcherrimi tauri formam induisse Jovem, quam Europa mirata, quaque capta, cum rapta est, supra vidimus.

131 *Te vere*] Vide quam optime turbatæ et amentis puellæ huc illuc fluctuans et hinc inde saliens ingenium pingitur.

132 *Quæ torvum*] Pasiphaë est, Minois conjux, cui, Tauri amore incensæ, vaccam ligneam Dædalus fabricavit, cujus ope cum bruto corpus commiscuit: unde Minotaurus, monstrum media parte hominem reliqua taurum referens, procreatus est.

Perveniunt mea dicta tuas; an inania venti
Verba ferunt; îdemque tuas, ingrate, carinas? 135
Jam jam Pasiphaën non est mirabile taurum
Præposuisse tibi: tu plus feritatis habebas.
Me miseram! properare juvat: divulsaque remis
Unda sonat: mecum simul ah! mea terra recedit:
Nil agis, o frustra meritorum oblite meorum. 140
Insequar invitum: puppimque amplexa recurvam,
Per freta longa trahar. Vix dixerat; insilit undas:
Consequiturque rates, faciente Cupidine vires:
Gnosiacæque hæret comes invidiosa carinæ.
Quam pater ut vidit, (nam jam pendebat in auras, 145
Et modo factus erat fulvis Halyætos alis,)

Pertinguntne tuas aures mea verba? an venti auferunt ea irrita, iidemque tuas naves, ingrate? Jam jam non est mirum Pasiphaën pluris fecisse taurum quam te: tu plus habebas ferocitatis. Me infelicem! festinare tibi *est gratum; atque fluctus eruti remis strepitum edunt: ah meum solum fugit una mecum. Frustra laboras, o incassum immemor beneficiorum meorum. Persequar nolentem; atque correpta curva navi, abripiar per vastum mare. Vix desierat; sese immittit in aquas: et pertingit naves, Amore præbente vires: et comes odiosa affixa est navi Gnossiacæ. Quam postquam parens intuitus est, (nam jam sese librabat in aëre, et modo muta-*

Discortemque, quod confirmat Heinsii emend. *Dissortemq.*—135 Alii *iidemque.* —138 Meliores, teste Heins. *juvat;* alii *jubet. Divisaque* etiam plurimi scripti: nisi quod *diversaque* quatuor, *diffusaque* unus Bononiensis; *dimissaque* alius: Heinsius conjecerat, *diffisaque.*—139 Vulg. *mecumque simul mea ter. mecum simul ah mea terra* Fl. S. Marci, pr. Hamburg. pr. Med. Noricus et duo alii: *mecum simul et* alter Erfurt. et Bernegg. in quo vetus lectio penitus erat erasa: *mecum simul mea* Arund. *sine me simul et mea ter.* Zulichemianus et Genevensis. Heins. rescribit, *mecum sine me mea terra recedit.*—142 Leid. Mor. Gron. et alii *lon. ferar. Undas* Heins. dedit ex tert. Med. et tribus aliis; vulg. *undis.*—143 Τῷ *rates* Ciofanus ex suis præfert *ratem.*—145 Menard. *ad* pro *in.* Unus R. *in auris.*—146 Heidelb. et quidam alii *fact. avis fulv. Halyætos* Heins. profert ex N. pr. Pal. tert. Med. Cant. et aliis; nonnulli ha-

NOTÆ

138 *Juvat*] Minoëm festinanter recedentem quia videt, hoc dicit.

139 *Mecum simul*] Videtur enim moveri etiam terra quam præterlabitur navis.

146 *Halyætos*] Quoddam genus est aquilæ, piscibus, aut certe Ciri, cujus formam indnit Scylla, ut scribit Hyginus, invigilans; quem piscem si quando ea avis natantem conspexerit, mittit se in aquam, raptumque unguibus dilaniat. Quanquam non in piscem Cirin, sed in avem, mutatam Scyllam alii voluerunt: diversissima insuper nonnulli tradiderunt.

Ibat, ut hærentem rostro laniaret adunco.
Illa metu puppim dimittit: at aura cadentem
Sustinuisse levis, ne tangeret æquora, visa est.
Pluma fuit: plumis in avem mutata vocatur 150
Ciris: et a tonso est hoc nomen adepta capillo.

Fab. II. Ariadne in Coronam.

Minos victor, cum stipendium Atheniensibus imposuisset, et nobilium liberi quotannis ad labyrinthum a Dædalo factum mitterentur, qui Minotauro objicerentur, quem Pasiphaë Solis filia, Minois uxor, ejusdem Dædali fabri ope juncta tauro, enixa fuerat; tertio stipendio Theseus, Ægei et Æthræ filius, in insulam Cretam devectus, Ariadnæ Minois et Pasiphaës filiæ, quæ pulchritudine ejus exarserat, amore periculum capitis effugit. Digrediens itaque Athenas cum virgine abducta, ut Diam insulam contigit, Liberum patrem habuit in malis: desertam enim a Theseo sibi copulavit Deus, utque sui in eam amoris memoria existeret, coronam nomine ejus in cœlum transtulit.

Vota Jovi Minos taurorum corpora centum
Solvit, ut egressus ratibus Curetida terram
Contigit; et spoliis decorata est regia fixis.

tus fuerat in Halycæton rufis alis,) accedebat, ut discerperet navi *affixam rostro recurvo. Illa emittit puppim timore: at levis aër visus est sustentasse ruentem, ne in mare decideret. Pluma fuit: facta avis per plumas appellatur Ciris: atque illud nomen habuit a tonsa coma.*

11. *Postquam Minos egressus navibus appulit ad terram Curetum, persolvit Jovi vota centum corpora taurorum; atque basilica ornata est appositis spoliis. De-*

bent *Haliaëtus*, vel *Haliæetus*.—147 Meliores, teste Heins. *laniaret;* vulg. *laceraret*. Fr. etiam *abunco* pro *adunco*.—148 *Dimittit* Heins. dedit ex melioribus pro vulg. *dimisit;* et *at* pro *et* ex Med. chartaceo.—149 Pro *visa est* tres libri *fertur*.—151 Heidelb. et Pal. unus *et ab rapto;* unus Med. *a rapto*.—152 *Corpora* habent præstantiores; ceteri *sanguine*.—153

NOTÆ

151 *Tonso*] Ἀπὸ τοῦ κείρειν, a tondendo, quod patris crinem purpureum totondisset. Ipsam quod attinet, plurimi alaudam esse volunt; alii solitariam avem vertice in medio cristam habentem purpuream, ceteris plumis varie coloratis, quæ in rupibus, scopulis, itemque solis littoribus ævum exigat.

153 *Curetida*] Cretam dicit, quam incoluerunt olim Curetes, nutritii Jovis.

154 *Spoliis*] De more; quibus quidem victoris virtus decorabatur, posteri ad egregia facinora incita-

Creverat opprobrium generis: fœdumque patebat 155
Matris adulterium monstri novitate biformis.
Destinat hunc Minos thalamis removere pudorem;
Multiplicique domo, cæcisque includere tectis.
Dædalus, ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus: turbatque notas, et lumina flexum 160
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Non secus ac liquidus Phrygiis Mæandros in arvis
Ludit; et ambiguo lapsu refluitque fluitque:
Occurrensque sibi venturas aspicit undas:

decus gentis auctum erat; et turpe adulterium matris manifestum erat novitate monstri bimembris. Minos constituit tollere illud probrum ex cubiculis, atque retinere domo sinuosa, et obscuris tectis. Dædalus insignis peritia artis fabrilis struit opus, et confundit indicia, et inducit oculos in errorem ancipitem flexu diversarum viarum. Quemadmodum fluidus Mæander ludit in campis Phrygiis, atque currit et recurrit fluxu dubio, et sibi obviam procedens videt fluctus venturos,

Multi *et egress.* Heins. cum aliis præfert *ut.*—155 In Gron. erat *crebrumque;* quod Burm. putat pro *tetrumq.*—157 Heins. dedit *thalamis* ex pr. R. et Urbin. pr. V. et pr. Med. vulg. *thalami:* at N. Cant. sec. Med. pr. Bas. et tres alii *thalamo.*—158 Pal. *Multificique;* unde Gebhard. *Multifidaque.* A. *Multiplicisque domi cæcis includ.* Plures etiam alii cum quarto Med. *cæcis,* omisso *que.*—159 Mor. et Jun. *Dæd. interea fabr.*—160 Sec. Med. *In se ponit opus, turbatq. notas, et limina flectens.* In Pal. *et lumina flexu: lumina* etiam pr. Hamburg. et alii plures. Sec. Pal. N. Fl. S. Marci, Spirensis, et tres alii, *flexum;* ut ad errorem referatur: prim. Pal. et unus Med. *flexui;* duo veteres, *flexa;* nimirum, ambage. Unus Med. *et lumina fallit.*—162 Pr. Twisdeni *liquidos Phrygius M. in arcus,* i. e. arcuata curvamina, quod placet Heins. Nonnulli *Mæander* vel *Mæandrus.* Deinde pro *arvis* vulg. *undis.*—163 In uno V. *ambig. flexu.*—164 Arund. *vent. prospicit.*—165 Meliores, teste Heins. *in*

NOTÆ

bantur: antiquitate venerationem et majestatem iisdem conciliante.

155 *Opprobrium*] De Minotauro loquitur; quem non ex tauro, ut fabulati sunt, sed ex quodam Minois scriba seu duce Pasiphaë conceperat.

158 *Multiplici*] De labyrintho loquitur, plurimis sinuosis erroribus viarumque irremeabilibus ambagibus, a Dædalo constructo, in quem Minotaurum monstrum Minos concludi jussit.

159 *Dædalus*] Faber fuit Atheniensis, qui statuas etiam usque adeo mirabilis structuræ dicitur fecisse, ut spirare et ambulare possent.

160 *Notas*] Quibus aliquis labyrinthum ingressus iter relegere posset, seu exitum invenire.

162 *Mæandros*] Fluvius est Phrygiæ in minore Asia, qui ita sinuosus, ut sæpe ad caput recurrere videatur: unde et pro perplexis et involutis rebus significandis, quas *Mæandros* dicimus, usurpatur.

163 *Ambiguo*] Quia quorsum fluat ambigitur.

Et nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum, 165
Incertas exercet aquas. Ita Dædalus implet
Innumeras errore vias : vixque ipse reverti
Ad limen potuit ; tanta est fallacia tecti.
Quo postquam tauri geminam juvenisque figuram
Clausit ; et Actæo bis pastum sanguine monstrum 170
Tertia sors annis domuit repetita novenis ;
Utque ope virginea, nullis iterata priorum,
Janua difficilis filo est inventa relecto ;
Protinus Ægides, rapta Minoide, Dian
Vela dedit : comitemque suam crudelis in illo 175
Littore deseruit. Desertæ, et multa querenti,

et modo flexus ad scaturigines, modo ad mare agit aquas ambiguas : ita Dædalus cumulat infinitas vias fallaciis ; atque ipse ægre potuit redire ad januam, tantus est error domus. Quo postquam conjecit duplicem formam tauri et hominis ; et tertia sors iterata annis novenis superavit monstrum bis refectum sanguine Atheniensi ; et porta abstrusa nullis repetita priorum reperta est auxilio puellæ, filo relecto ; statim Ægides, carbasa explicuit in Dian, abducta Minoide : atque ferus destituit sociam in illo littore. Bacchus auxilium atque amplexus tulit destitutæ et multa dolenti :

mare ; alii *ad mare.*—166 Pro *Incertas* unus Bonon. *Inventas : diversas* unus Med. *et dubias* Vivian. Cant. et Heidelb. et duo alii : *incestas excursat* Menard. a m. pr.—168 Gronovius mallet *fall. texti.*—169 *Quod postq.* est in ed. D. Heins. unus Leid. *Qua.*—170 Berolin. *past. semine.*—172 N. et sec. Med. *nullis superata ;* Spirensis *nulli superata,* quod Heins. verius putat.—173 *Relecto* D. Heins. restituit ex Pal. vulg. *relicto.*—174 Vulg. *Min. Diam ;* Heins. ex sec. Pal. aliisque *Dian :* nonnulli scribunt *Chian,* vel *Chiem,* vel *Chien :* O. *Dictem.*—175 Unus Leid. *in udo,* vel *alto.*—176 Heins. pro vulg. *destituit* ex

NOTÆ

169 *Tauri geminam*] Minotaurum, monstrum ambiguum.

170 *Actæo*] Atheniensi. Durissima enim lege tenebantur Athenienses, Androgei interfecti causa, quotannis, ut quibusdam placet, septem pubere mares sorte delectos, a Minotauro vorandos, totidemque virgines, ex nonnullorum sententia, tributi loco in Cretam mittere.

171 *Annis novenis*] Nono quoque anno. Quanquam quotannis repetitum fuisse tributum alii scripserunt.

172 *Virginea*] Ariadnes, scilicet, Minois filiæ, quæ Theseo filum tradidit, cujus, ad limen annexi, ope, sese ille ex labyrintho expediret.

Nullis] Quia a Minotauro vorati.

173 *Relecto*] Ad limen filum altera extremitate alligare doctus fuerat, quod continuum progrediendo evolvens, regressus indicem sequeretur.

174 *Ægides*] Theseus, Ægei filius, qui, juvenes liberandi causa, in Cretam cum illis navigaverat.

Minoide] Ariadne, Minois filia.

Dian] Insula est una ex Cycladibus, quæ et Naxus dicitur, multis itemque aliis nominibus insignita, in qua Ariadne, Bacchi admonitu, ut nonnullis placet, a Theseo relicta.

176 *Desertæ*] In patris domo a

Amplexus et opem Liber tulit: utque perenni
Sidere clara foret, sumtam de fronte coronam
Immisit cœlo. Tenues volat illa per auras:
Dumque volat; gemmæ subitos vertuntur in ignes: 180
Consistuntque loco, specie remanente Coronæ,
Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.

Fab. III. Perdix in Avem sui nominis.

Dædalus Eupalami filius supradictus, cum propter commissa Minoëm, a quo clausus tenebatur, profugere vellet, pennas sibi et filio Icaro aptavit, quibus, ut volucres, profugerent regis imperium. Quorum Icarus, quia præceptis parentis obtemperare nequiverat, in insulam maris decidit, quæ ab ejus nomine Icaria dicta est. Dædalus autem in Siciliam ad Cocalum regem, sepulto filio, profugit; cujus casum Perdix, Calai filius, Atheniensis pro gaudio tulit: nam cum is a matre propter cognationem fratri datus esset in disciplinam, quia primus serræ inventor fuerat; ob invidiam ingenii a Dædalo præcipitatus est: cui in malis Minerva decidenti opem tulit. Ante enim, quam terram contingeret, ab ea in volucrem est versus, quæ a nomine ejus perdix vocatur.

Dædalus interea Creten, longumque perosus

atque ut esset illustris immortali sidere, jecit in cœlum coronam dereptam fronte. Illa volat per subtilem aërem; et dum volat, uniones mutantur in flammas repentinas; et, forma Coronæ remanente, stant in loco qui medius est insistentis genu, et tractantis serpentem.

III. *Interea Dædalus exosus Creten et longum exilium, et ductus amore terræ*

quinque vett. *deseruit* assumsit, ut sit Ovidiana repetitio.—177 Voss. Med. et duo alii, Edd. Gryph. et aliæ *Amplexusque et.*—179 Sprotii Cod. *Imposuit cœl.* —180 Lov. et unus Med. *gemm. rutilos;* nonnulli cum Berolin. *nitidos.*—182 Arg. et Mor. *flexique;* quinque *nisique.* Leid. et alius *tuentis* pro *tenentis.*—

NOTÆ

Baccho vitiatam, quo tempore ad Minoa pervenit, coronæ pretio illectam, quidam prodidit qui conscripsit Cretica.

178 *Sidere*] Corona est signum Bootæ ab humero sinistro proximum, novem in orbem dispositis stellis lucidum. Illam vero dicitur Vulcanus ex auro et gemmis Indicis fabricasse, quarum splendore dicitur Theseus labyrinthi tenebras discussisse. De qua alia alii scripserunt.

Fronte] Ariadnes, scilicet, cui a Baccho data.

182 *Qui*] Locus, scilicet, in quo Corona est, inter Herculem et Ophiuchum.

Nixi] De Hercule loquitur, qui dextero genu nixus in cœlo figuratur, draconem Hesperidum custodem

Exilium, tractusque soli natalis amore,
Clausus erat pelago. Terras licet, inquit, et undas 185
Obstruat: at cœlum certe patet: ibimus illac.
Omnia possideat; non possidet aëra Minos.
Dixit: et ignotas animum dimittit in artes:
Naturamque novat. Nam ponit in ordine pennas,
A minima cœptas, longam breviore sequenti: 190
Ut clivo crevisse putes. Sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit avenis.
Tum lino medias, et ceris alligat imas.
Atque ita compositas parvo curvamine flectit;
Ut veras imitentur aves. Puer Icarus una 195
Stabat: et, ignarus sua se tractare pericla,
Ore renidenti, modo quas vaga moverat aura,

patriæ, retentus erat mari. Quanquam, ait, claudat terras et aquas, at profecto aër est apertus: discedemus illac. Minos imperet cunctis, non imperium obtinebit in aërem. Dixit; et convertit ingenium ad artes inauditas, et novat naturam: nam concinnat pennas cœptas a minima, breviore sequente longam; ut credas in collem auctas esse. Pari modo fistula agrestis sensim fuit olim composita inæqualibus arundinibus. Tum connectit medias lino, et infimas ceris: atque ita constructas curvat exiguo flexu, ut imitentur veras aves. Puer Icarus una aderat; et nescius se tenere sua discrimina, nunc læto vultu corripiebat pennas, quas ventus mobilis

184 *Tractus* ex Med. Heins. recepit pro vulg. *tactus;* Briant. *captus. Soli* erat in uno Leid. alii *loci.*—186 Heidelb. *patet: et licet armis.*—188 Unus Mor. *et ignaras.* Pr. V. *animos,* Lov. *curam dim.* Heins. conj. *animo devertit.* Arg. unus *convertit;* alii *demittit,* et *demisit.*—189 Heins. malebat *Nat. novans disponit in, &c.* quia unus Bonon. habet *novam* pro *novat.*—194 Tres libri *ita dispositas.* Jun. *parvoque cacumine.*—195 Heins. ex Codd. dedit *imitentur;* alii *imitetur.*—197 Bernegg. in voces *Or. renid.* pro var. lect. exhibet *Moreque ludentis.* Deinde

NOTÆ

interficere tentans. Qua de re videsis Hyginum.

Anguemque] Ophiuchus Græcis dicitur, sidus cœleste, quem nonnulli Æsculapium, alium alii, in cœlum translatum comminiscuntur.

184 *Exilium*] Athenis enim profugerat, cædis reus, ob interfectum per invidiam discipulum, quem nonnulli sororis filium scripserunt.

185 *Pelago*] Nam in Creta insula erat, clausus insuper labyrinthi sui custodia, quo, propter navatam Pasiphaæ in amoribus operam, a Minoë detrusus.

189 *Novat*] Quia, ut inquit Horatius, 'Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.'

Ponit] Quomodo alitibus natura aptavit, ut aërem valide possint impellere.

193 *Medias*] Id est, pennarum mediam partem, sicuti et per 'imas' infimam intellige.

Captabat plumas : flavam modo pollice ceram
Mollibat, lusuque suo mirabile patris
Impediebat opus. Postquam manus ultima cœptis 200
Imposita est ; geminas opifex libravit in alas
Ipse suum corpus : motaque pependit in aura.
Instruit et natum : Medioque ut limite curras,
Icare, ait, moneo : ne, si demissior ibis,
Unda gravet pennas ; si celsior, ignis adurat. 205
Inter utrumque vola. Nec te spectare Booten,
Aut Helicen jubeo, strictumve Orionis ensem.
Me duce, carpe viam. Pariter præcepta volandi
Tradit ; et ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus monitusque genæ maduere seniles : 210
Et patriæ tremuere manus. Dedit oscula nato
Non iterum repetenda suo : pennisque levatus

abstulerat ; nunc subigebat flavam ceram pollice, atque morabatur opus admirandum parentis suo ludo. Postquam novissima manus addita inceptis, ipse artifex commisit suum corpus in alas, et sustentatus est aëre agitato. Accommodat etiam alas *filio ; atque inquit, Hortor* te, *Icare, ut voles medio spatio : ne si inferior eas, aqua impediat pennas, si altior, ignis inflammet : vola inter utrumque. Neque impero te intueri Booten aut Ursam, et gladium evaginatum Orionis : tene iter me duce. Docet similiter leges volandi ; et aptat humeris alas ignotas. Genæ seniles humidæ sunt factæ inter opus et præcepta ; atque manus patriæ trepidarunt. Obtulit suavia filio suo, non iterum renovanda : atque pennis sustentatus ante volat, et me-*

Heins. malebat *vag. morerit.*—198 Leid. *Optabat plum.* Heins. conj. *Afflabat* vel *tractabat.*—199 V. *lusoque ;* sec. Med. *visuq.* unus Bas. et Heins. *plausuq.* Jun. *luxuq.* pr. Gron. et Med. *lapsuq.*—200 Meliores, teste Heins. *cœptis ;* vulg. *cœpto.*—201 Arg. *geminis...alis.* Unus R. et alius *opif. vibravit.*—203 *Medio tu* Gron. *medioque in* Basil. Jun. Gron. et unus Heins. *medio ne* Excerpt. Theatin. quæ et *limine,* ut nonnulli alii.—204 Leid. *Icare te mon.*—206 Plurimi vett. *neu te ;* sic et Heidelb. cum *expectare. Neu* Heins. conj. et seq. vs. *jubeam.* Gron. et unus Heins. *strictumve,* pro vulg. *strictumque.*—208 Jun. *carp. vias.*—210 Leid. *gemitusque.*—211 Alter Hamburg. *cecidere man.* quod a Virgilio fluxit.

NOTÆ

203 *Instruit*] Omnibus quæ ad evadendum erant necessaria, scilicet.

205 *Unda*] Aqua e terra Solis radiis ad aliquam altitudinem sublata.

206 *Booten*] Signum cœleste, sicut et Helice seu Ursa, de quibus antea ; quibus quidem nautæ iter suum solebant dirigere.

207 *Orionis*] Qui ex Jovis, Neptuni, et Mercurii urina natus, in cœlum translatus, clavam manu tenens, ut scripsit Hyginus, vel ensem, ut aliis visum.

210 *Maduere*] Lacrymis, scil. periculi novitate exterritus, quod puero præsertim imminere sentiebat.

212 *Non iterum*] Quod quidem nesciebat pater Dædalus ; sed ex in-

Ante volat; comitique timet: velut ales, ab alto
Quæ teneram prolem producit in aëra nido.
Hortaturque sequi; damnosasque erudit artes: 215
Et movet ipse suas, et nati respicit alas.
Hos aliquis, tremula dum captat arundine pisces,
Aut pastor baculo, stivave innixus arator,
Vidit, et obstupuit: quique æthera carpere possent,
Credidit esse Deos. Et jam Junonia læva 220
Parte Samos fuerant, Delosque, Parosque relictæ:
Dextra Lebynthos erant, fœcundaque melle Calymne:
Cum puer audaci cœpit gaudere volatu;
Deseruitque ducem: cœlique cupidine tractus
Altius egit iter. Rapidi vicinia Solis 225
Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:

tuit comiti; sicut avis quæ protulit mollem progeniem in aërem ab excelso nido. Admonet sequi; et docet artes noxias; et ipse agitat suas, et respicit alas filii. Dum aliquis piscatur virga tremula, aut pastor fultus scipione, vel arator stiva, intuitus est istos, et miratus est; atque arbitratus est esse Deos, qui possent tenere aërem. Et jam Samos Junonia, et Delos, et Paros fuerant præteritæ a parte sinistra: Lebynthos et Calymne melle affluens erant a dextra: cum adolescens cœpit exultare volatu temerario, et reliquit ducem, atque impulsus desiderio cœli, carpsit viam sublimius. Propinquitus Solis fervidi liquefecit ceras odoratas quæ erant vincula pennarum. Ceræ tabuerant: ille movet brachia nuda, et destitutus remi-

---

—212 Leid. *iter. capienda;* Langerm. *præbenda.*—214 Vulg. *prol. produxit;* Cant. et O. et alii *deduxit;* Jun. *perduxit;* Gron. *diduxit:* Leid. Sprotii, et duo alii *producit.*—218 Vett. Edd. *stivæve;* quod ex suis codd. mutavit Heins. quia *innixus* et alibi cum Ablat. ut xv. 726. Berolin. *bac. past. stivaq.*—220 Heidelb. *Credunt ess.* — 221 Vulg. *Sam. fuerat.*—222 Ex duobus *erant* Heins. dedit pro vulg. *erat:* et pro *Calymna* vett. fere omnes *Calymne;* unus autem Heins. *Calydne.*—224 *Tractus* ex Fl. S. Marci, Spirensi, et quatuor aliis; vulg. *tactus;* at quidam *captus.*—225 Bernegg. *rabidi* pro *rapidi.* Tunc in duobus V. *ad vicin.* in uno Burm. Statii, Briant. et Cælest. *at:* nonnulli *et.*—226 Pro *odoratas* Heins. malebat *adornatas.* Neque Burm. *odoratas* satis placet, cui verbo non satis τὸ *vincula* conveniat. Suadet ergo *Molliit aptatas.*—227 Unus

NOTÆ

genio est Poëtæ.

215 *Damnosas*] Quia per illas Icarum filium perdidit Dædalus.

220 *Junonia*] Junoni ibi natæ, educatæ, et Jovi in uxorem traditæ, sacra; Cariæ adjacens; nam de hac Samo hoc in loco agitur, non de illa altera Septemtrionali quæ Samothracia dicitur.

221 *Delos, Paros*] Ægæi insulæ Cyclades, ut sæpe dictum.

222 *Lebynthos*] Hanc cum sequente alii inter Cycladas, inter Sporadas alii, recensent.

223 *Puer*] Icarus, scilicet, Dædalum patrem sequi contemnens.

Remigioque carens non ullas percipit auras.
Oraque cœrulea, patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aqua : quæ nomen traxit ab illo. 230
At pater infelix, nec jam pater, Icare, dixit,
Icare, dixit, ubi es ? qua te regione requiram,
Icare ? dicebat : pennas aspexit in undis,
Devovitque suas artes ; corpusque sepulcro
Condidit, et tellus a nomine dicta sepulti. 235
Hunc miseri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramosa prospexit ab ilice perdix ;
Et plausit pennis, testataque gaudia cantu est :
Unica tunc volucris, nec visa prioribus annis,
Factaque nuper avis, longum tibi, Dædale, crimen. 240
Namque huic tradiderat, fatorum ignara, docendam

gio, nullo sustentatur aëre : et ora citantia nomen patrium excipiuntur aqua cœrulea, quæ habuit nomen ab illo. At miser parens, neque jam parens, Icare, inquit, Icare, inquit, ubi es? qua ora te vestigem, Icare ? dicebat : vidit pennas inter fluctus, et maledixit suis artibus ; et sepulturæ mandavit corpus ; atque terra appellata est a nomine conditi. Perdix loquax prospexit ab ilice frondosa hunc sepelientem corpus infelicis filii ; et alas concussit, et indicia fecit lætitiæ, cantu : Perdix quidem *tunc avis unica, neque conspecta superiore ætate, et nuper facta avis, tibi magnum probrum, Dædale. Namque soror* ejus, *fati nescia, huic dederat suum*

Med. *Tabuerunt cer.*—228 Edd. plurimæ *ull. concipit ;* in duobus V. et uno Ciofani *percipit :* unus liber *accipit.*—231 *Aspexit* est ex Menard. et tribus aliis ; vulg. *conspexit ;* unus Mor. *prospexit.* V. etiam *in undas.*—235 Berolin. *de nomin.* Unus Bonon. *dict. sepulto ;* Heidelb. *sepulti est.*—237 Pr. Mor. *Garr. clamosa ;* unde Heins. *glandosa.*—238 Pal. et unus Heins. *Et plausa est ;* Jun. *plausis.* In Cælest. et uno Ciofani cum multis aliis *voce* pro *cantu.*—239 Unus

NOTÆ

228 *Remigio*] 'Alarum remigio' usus quoque Virgilius ; non abs re profecto, siquidem non alis, sed navi, velis novi cujusdam artificii instructa, regiam Minois classem Dædalus effugerit, quæ tamen Icarum scopulo cum navi impactum corripuit. Ad mores vero referunt alii hanc fabulam ; qui mediocritatem omnibus hominibus, modestiam adolescentibus præsertim, per Icarum inculcare voluerunt.

230 *Aqua*] Mari, scilicet, quod ab Icaro Icarium dictum est, sicuti et insula Samo proxima ab eodem Icariæ nomen accepit.

237 *Ab ilice*] Quanquam rarissime arboribus perdices insident.

240 *Longum*] Quippe Perdicem, quem alii Calum, diversis itemque nominibus nonnulli appellant, sororis filium, Dædalus per invidiam, quod multo ingenio valeret, de tecto dejecit : quem quidem excipiens Minerva in perdicem avem mutavit.

Progeniem germana suam, natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio spinas in pisce notatas
Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto 245
Perpetuos dentes; et serræ reperit usum.
Primus et ex uno duo ferrea brachia nodo
Vinxit; ut, æquali spatio distantibus illis,
Altera pars staret; pars altera duceret orbem.
Dædalus invidit; sacraque ex arce Minervæ 250
Præcipitem mittit, lapsum mentitus. At illum,
Quæ favet ingeniis, excepit Pallas: avemque
Reddidit, et medio velavit in aëre pennis.
Sed vigor ingenii quondam velocis in alas,
Inque pedes abiit: nomen, quod et ante, remansit. 255
Non tamen hæc alte volucris sua corpora tollit,
Nec facit in ramis, altoque cacumine, nidos;
Propter humum volitat: ponitque in sepibus ova:
Antiquique memor metuit sublimia casus.

filium instituendum, puerum natum annos duodecim, ingenii ad artes facilis. Ille etiam sumsit in exemplum spinas observatas in medio pisce: atque incidit ferro acuto dentes continuos; et invenit usum serræ. Primus etiam junxit duo brachia ferrea ex uno nodo; ut illis dissitis æquali spatio, pars altera hæreret, pars altera describeret circulum. Dædalus livore tactus est, atque illum *dejecit ex sacra arce Minervæ, falso prædicans incaute cecidisse. At Pallas quæ amplectitur virtute præditos illum excepit; et mutavit in alitem, et induit pennis in medio aëre. Sed vis ingenii olim celeris concessit in alas atque pedes: nomen quod etiam ante remansit. Ea tamen avis non effert suum corpus in sublime, neque struit nidos in ramis et excelso fastigio: volitat juxta terram, et deponit ova in sepibus: et recordans veteris lapsus timet excelsa.*

Heins. *nunc* pro *tunc.*—240 Gron. *magnum tibi.*—242 Unus Strozzæ et Bas. *natal. auctum.*—243 Multi *præc. rapacis*, quod adblanditur Heinsio, quia mox *ingenium velox* ei tribuitur. Dubitat Burm. an *rapax ad* recte dicatur, cum *capax* sæpe ita construi soleat.—245 Med. et tres alii *ferroq. inducit.*—246 Unus Mor. *Perspicuos dent.*—247 Sixii et unus Leid. *Prim. et exiguo;* quidam *et ex imo.*—248 *Vinxit* meliores, teste Heins. alii *Junxit.* Unus etiam Gron. *dist. alis.*—250 Unus Med. *sacræque.* Leid. *ex æde.* Alter etiam Leid. *Dianæ* pro *Minervæ.*—251 Pr. Bas. *mittit;* ceteri *misit.*—252 Arund. *Quæ facit*, quod Heins. illustrat in Not. Var. Lov. *suscepit Pall.* pr. Gron. *accepit.*—253 Cod. Menard. V. Pal. et novem alii *med. velatur.* Nonnulli etiam *plumis* pro *pennis.*—255 Jun. R. et plurimi alii *nomenque quod ant.* Gron. *nomenq. ut ant.*—258

NOTÆ

245 *Traxit*] Quia ad spinæ exemplum serram invenit.

247 *Ex uno*] Circinum invenit.

Fab. IV. Meleagrides in Aves.

Œneus Parthaonis filius quia in sacrificio cogendorum fructuum consulto præterierat Dianam; aper ab ea missus est, qui Calydoniæ agros vastaret. Perseverante Œneo in despectu Deæ; Meleager ejus filius, convocatis principibus Græciæ, aprum venari ingressus est. Cum quibus Atalante Schœnei filia ex Arcadia digressa, quæ prima aprum vulneravit. Cujus virtutem et speciem miratus Meleager, interemto apro, exuvias ei concessit, quas Plexippus, Toxeus, Agenor, Thestii filii, virgini ereptas cum interitu rependerunt. At Althæa mater Meleagri, ut fratrum cædem accepit, stipitem fatalem conditum a Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma perussit. Quo consumto, Meleager extinctus est: cujus interitu sorores, inter fletum conversæ in volucres, e fratris nomine Meleagrides cognominantur.

Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat 260
Dædalon: et sumtis pro supplice Cocalus armis
Mitis habebatur. Jam lamentabile Athenæ
Pendere desierant Thesea laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque Minervam
Cum Jove Disque vocant aliis: quos sanguine voto, 265
Muneribusque datis, et acerris thuris adorant.

iv. *Jamque terra Ætnæa habebat Dædalum defessum: et Cocalus habebatur lenis armis captis in gratiam supplicis. Jam Athenæ omiserant solvere luctuosum tributum virtute Thesei. Templa decorantur; atque invocant Palladem belli potentem cum Jove et ceteris Diis, quos honorant sanguine promisso et donis exhibitis,*

Multi Codd. et Edd. *Præter hum.*—259 Unus Heins. *mem. vitat.*—260 *Tell. Hennæa* unus Med. quo et alii alludunt, in quibus, *Ethenna, Ethenea, Ehnæa;* nterque Hamburg. *Hetnæa.*—263 Quatuor libri *Solvere des.* Sprotii *reddere.* Pr. Mor. *debuerant Thes.* unde Heins. *desuerant.*—264 Lov. *jaculatricemque.* Et hic duo Gron. *Dianam.*—266 Sec. Pal. O. Cant. et viginti alii *et acervis;*

NOTÆ

260 *Tellus*] Sicilia est, in qua flammarum eructationibus notissimus mons Ætna.

261 *Cocalus*] Siciliæ rex, qui et Minoëm dicitur sustulisse, cum, inito de reddendo Dædalo pacto, in urbem receptus fuisset.

263 *Laude*] Thesei virtute, qui Minotaurum interfecerat.

265 *Voto*] Quo tempore ab Atheniensibus ad Minoëm tributum cum Theseo missum, et tauros et multa alia pro discedentium incolumitate voverant, scilicet.

Sparserat Argolicas nomen vaga Fama per urbes
Theseos: et populi, quos dives Achaia cepit,
Hujus opem magnis imploravere periclis:
Hujus opem Calydon, quamvis Meleagron haberet, 270
Solicita supplex petiit prece. Causa petendi
Sus erat, infestæ famulus vindexque Dianæ.
Œnea namque ferunt, pleni successibus anni,
Primitias, frugem Cereri, sua vina Lyæo,
Palladios flavæ latices libasse Minervæ. 275
Cœptus ab agricolis Superos pervenit ad omnes
Invidiosus honos: solas sine thure relictas
Præteritæ cessasse ferunt Letoidos aras.
Tangit et ira Deos. At non impune feremus;

et acerris thuris. Fama levis impleverat urbes Argolicas laudibus Thesei: et populi quos dives Achaia habuit ejus petiverunt auxilium in urgentibus discriminibus: Calydon supplex imploravit prece anxia ejus auxilium, quamvis haberet Meleagron. Aper minister et ultor Dianæ infensæ erat causa petendi: Namque aiunt Œneum ob fertilitatem anni copia redundantis obtulisse primitias, frumentum Cereri, sua vina Baccho, oleum flavæ Minervæ. Honor invidiosus ortus ab ruricolis permanavit ad omnes Deos: aiunt sola altaria Dianæ neglectæ vacua fuisse, sine thure. Dii etiam moventur ira. At, ait, non inultæ patiemur; et quæ eon-

quod Brodæus mutavit in *acerris*, ut et in Thysii Cod. A. *acerra*. Heins. a plurimis Codd. dedit *adorant*; vulg. *honorant*: Thysii Cod. *odorant*.—270 Duo scripti *Mel. habebat*.—271 Sec. Med. et N. *caus. petenti*.—272 Langerm. *er. incultæ*. Multi Codd. *vulnus vindexq.* unde Heins. *vindex ultorq.*—273 Præstantiores, teste Heins. *pleni*; vulgo *plenis*. Berolin. *plenis...annis*.—274 *Frugem* Heins. dedit ex uno Med. et uno Voss. alii *frugum*.—277 *Invidiosus* N. et sec. Med. vulg. *Ambitiosus*. Nonnulli etiam *honos*.—278 *Præteritæ* ex Thuan. pr. Erfurt. et sex aliis; Edd. vulg. *Prateritas*. Nonnulli etiam *Latoidos*.—279 Beroliu.

NOTÆ

270 *Calydon*] Urbs Ætoliæ, contra quam aprum ferocissimum, seu potius latronem immitissimum, Diana in sacrificio quodam ab Œneo rege neglecta immisit.

Meleagron] Virum fortem, Œnei regis filium.

273 *Successibus*] De frugum copia loquitur.

274 *Lyæo*] Latine Libero patri, Baccho; cui vinum dicatum, sicuti Minervæ oleum, frumenta Cereri.

275 *Palladios latices*] Oleum dicit, ex baccis quas fert arbor a Pallade producta expressum.

276 *Agricolis*] Agricolas vocat Deos agriculturæ, aut certe earum rerum quæ per agriculturam comparantur tutores.

279 *Deos*] Non quidem sicuti homines, ita Deus ira turbatur, quanquam ob iræ similes effectus irasci dicitur. At vero Dii, quos vocant, quam animo imbecilles, tam vero ad

Quæque inhonoratæ, non et dicemur inultæ; 280
Inquit: et Œneos ultorem spreta per agros
Misit aprum: quanto majores herbida tauros
Non habet Epiros: sed habent Sicula arva minores.
Sanguine et igne micant oculi, riget ardua cervix;
Et setæ densis similes hastilibus horrent: 285
Stantque velut vallum, vel ut alta hastilia setæ.
Fervida cum rauco latos stridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit: frondes afflatibus ardent.
Is modo crescenti segetes proculcat in herba: 290
Nunc matura metit fleturi vota coloni:
Et Cererem in spicis intercipit. Area frustra,
Et frustra expectant promissas horrea messes.

temtæ, non appellabimur etiam sine vindice: atque contemta excitavit per campos Œneos suem ultorem, quanto Epirus herbosa non habet tauros majores; sed agri Siculi habent minores. Oculi rubent sanguine et igne; cervix horrendu stat erectis setis, et illæ rigent pares spissis spiculis: et sunt sicuti vallum, sicuti excelsæ lanceæ. Spuma bulliens currit per vastos armos cum magno strepitu: dentes sunt pares dentibus Indis. Fulmen erumpit ex ore: folia incenduntur anhelitu. Is modo quatit segetes in herba crescente; et resecat spes agricolæ ploraturi nondum maturas: atque præoccupat Cererem in spicis. Area et granaria expectant incassum messes promissas. Fœtus pleni pro-

ira Deam.—281 Scripti nonnulli *et Aonios, Æmonios, Eonios, Ætnæos;* Heins. conj. *Olenios*, quod et pr. Erfurt. habet pro var. lect.—282 Cant. *quantum maj.* —283 *Sed* omnes Edd. Lov. habet *et.*—283 *Et* pro *sed* est in Lov.—284 *Ardua* ex Fr. dedit Burm. alii *horridu.*—285. 286 Alterutrum vs. delendum critici censent: priorem improbat Heins. posteriorem Burm. In illo nonnulli *densis* legunt pro *rigidis:* in hoc Gronovius, Obs. III. 18. conj. *velut vallus*, vel *valli.* —289 Heins. conj. *affl. arent.*—290 Pal. *Et modo.* unus Bon. *His;* Heins. volebat *Vix.* Heins. de suo *crescenti;* vulg. enim *crescentes;* posse tamen legi *crescentes segetem p. in herbas;* nam *herbas* esse in nonnullis. Quidam etiam *seg. conculcat.*—291 In quinque antiquis *Non mat.* Arund. unus Voss. et Fr. *Nec;* quod et Heins. probat. Leidens. *matura premit*, quod Burm. minime ab indocto librario profectum esse credit, sed *metit* glossam esse, qua reconditæ significationis verb. aliquis explicuerit. *Premere* enim in re rustica verbum

NOTÆ

iram, vel ob levissimam causam, sunt propensi.

283 *Epiros*] Quæ regio ab ortu est Græciæ finitima.

288 *Indis*] Elephantorum Indorum.

289 *Fulmen*] De dentibus loquitur ex apri ore prominentibus, quibus fulminis in modum obvia quælibet frendens proterit.

291 *Fleturi*] Postquam perditam messem cognoverit.

292 *Area*] In qua triticum exteritur et ventilatur.

Sternuntur gravidi longo cum palmite fœtus,
Baccaque cum ramis semper frondentis olivæ. 295
Sævit et in pecudes. Non has pastorve canesve,
Non armenta truces possunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec se, nisi mœnibus urbis,
Esse putant tutos: donec Meleagros, et una
Lecta manus juvenum coiere cupidine laudis. 300
Tyndaridæ gemini, spectatus cæstibus alter,
Alter equo; primæque ratis molitor Iason,
Et cum Pirithoo felix concordia Theseus,
Et duo Thestiadæ, prolesque Aphareia Lynceus,

teruntur cum longo palmite, atque bacca cum ramis olivæ semper virescentis. Rabiem etiam exercet in pecora. Neque pastor, neque canes, neque torvi tauri possunt tueri armenta. Populi diffugiunt: neque sese securos arbitrantur nisi intra muros urbis; donec Meleager atque simul delecta cohors juvenum convenerunt desiderio gloriæ. Ambo Tyndaridæ, alter insignis cæstibus, alter equo, et Jason auctor primæ navis, et Theseus amicitia conjunctissimus cum Pirithoo, et duo Thestiadæ, et Lynceus

proprium pro amputare, abscindere.—293 Heidelb. *horr. fruges.*—295 Jun. N. *semp. florentis.*—296 Jun. *non huic.* Edd. vett. et scripti *canisve.*—298 Vulg. *nec sese in mœn.* Ciofanus dedit *nec se nisi mœn.* ex uno suo, uno Ma. et Cælest. O. et quinque alii *nec sese mœn.* N. *nec magnis mœn.* pro quo Heins. malebat *mugnæ:* Bas. *nec se sub mœn.*—299 In quibusdam *Meleager;* et sic semper.—300 *Coiere* Ciofanus et Heins. receperunt ex melioribus; alii *caluere.*—301 *Spectatus* reposuit Heins. ex Cant. Thuan. Bernegg. pr. Erfurt. pr. Hamburg. O. et aliis; sic et Gebhard. Crepund. III. 23. vulgo *præstantes;* in nonnullis *spectandus;* Cod. Menard. *præstans in.*—304 Alii *Thest. et proles Aph.* Pluri-

NOTÆ

294 *Gravidi fœtus*] Racemi acinis et liquore graves.

301 *Tyndaridæ*] Castorem dicit et Pollucem, de quibus toties, vulgo Tyndari crediti; cum tamen Jovis posterior esset, qui in cycnum mutatus Ledæ, Tyndari uxori, vitium obtulit.

Cæstibus] Fuerunt cæstus lora quædam cruda, insutis plumbeis glandibus rigentia, vel etiam laminæ ferreæ, quibus manus, seu brachia induti pugiles, ad certamen descendebant. Eo autem certaminis genere potissimum claruit Pollux; sicuti in equis domandis laudatus fuit Castor.

302 *Primæ*] Argo nempe, ut poëtis libitum; quam sæpe jam ad expeditionem Colchicam duxisse Jasonem Æsonis filium supra vidimus.

303 *Pirithoo*] Ixionis fuit filius, firmissimo amicitiæ fœdere cum Theseo conjunctus.

304 *Thestiadæ*] Toxeum dicit et Plexippum, Thestii filios, Althææ fratres, Meleagri avunculos, quos ipse postea interfecit; quemadmodum in sequentibus videbimus.

Lynceus] Apharei fuit filius, qui propter eximiam rerum cœlestium et terrestrium, astrorum præsertim et metallorum, notitiam, trans æthera

Et velox Idas; et jam non fœmina Cæneus, 305
Leucippusque ferox, jaculoque insignis Acastus,
Hippothoosque, Dryasque, et cretus Amyntore Phœnix,
Actoridæque pares, et missus ab Elide Phyleus.
Nec Telamon aberat, magnive creator Achillis:
Cumque Pheretiade et Hyanteo Iolao 310
Impiger Eurytion, et cursu invictus Echion,

filius Apharei, et citus Idas, et Cæneus nunc non fœmina, et sævus Leucippus, et Acastus spectatus jaculo, et Hippothoos, et Dryas, et Phœnix filius Amyntoris, et Actoridæ pares, et Phyleus missus ab Elide. Neque Telamon aberat, et pater magni Achillis, et acer Eurytion cum Pheretiade et Iolao Hyanteo, et Echion

mæ Edd. *Ephyreia*, vel *Ephyrea*.—305 Leid. *fœm. Cænis*.—306 Cod. Menard. et multi alii *Plexippusque*. In antiquo Cod. quem Constant. Fanens. citat hic vs. ante 304. legitur.—307 Alii *Hippothousque*.—308 Vulg. *Actorid. parens*. In quibusdam quoque *Pelas* pro *Phyleus* legitur.—309 Unus Med. *Tel. deerat*. *Magnire* est e conj. Heins. vulg. *magnique*.—310 Alii *Pheretiadæ*, vel *Pheretiades*.—311 *Et curs*. Heins. dedit ex melioribus; alii *cursuque*.

NOTÆ

terræque barathra visu penetrasse dicitur. Argonauta etiam fuit.

305 *Idas*] Lynceï fuit frater.

Cæneus] Fuit Cænis Elati filia, in marem a Neptuno, pro dereptæ virginitatis pretio, mutata; cujus fuse historiam Metam. XII. a 179. versu, refert Poëta.

306 *Leucippus*] Apharei fuit frater, Perierei seu Perieris filius, pater Phœbes et Elairæ, quas Castor et Pollux rapere conati sunt.

Acastus] Peliæ Thessalorum regis fuit filius.

307 *Hippothoos*] Hujus, ut et Dryantis, 173. capite meminit Hyginus. Illum autem Geryonis facit filium; cum *Cercyonis*, ex Pausania, legendum sit.

Phœnix] Hic, postquam matris suasu cum ejus pellice rem habuisset, patris iram effugiens ad Peleum pervenit, a quo perbenigne acceptus Achillis institutioni præfectus fuit.

308 *Actoridæ*] Actoris Eliensis par fratrum dicit, Eurytum et Cteatum, ab Hercule postea occisos.

Phyleus] Augeæ fuit filius, quem Hercules, patre occiso, quod purgati stabuli mercedem denegaret, ejus loco regnare jussit.

309 *Telamon*] Rex fuit Salaminis, Æaci filius, Ajacis pater.

Creator] Peleum dicit, Telamonis fratrem.

310 *Pheretiade*] Admetum intellige, Pheretis filium, Alcestis maritum, cujus historiam nostra quoque theatra celebraverunt.

Iolao] Hunc Iphicli filium Hercules in interficienda hydra socium habuit. Hyanteus dicitur, quia Bœoticus: Hyantes enim Bœotiæ populi.

311 *Eurytion*] Argonauta, Iri filius, qui fuit Actoris, ut ex Apollonio colligitur.

Echion] Hujus etiam meminit idem Apollonius, qui cum Mercurii facit filium.

Naryciusque Lelex, Panopeusque, Hyleusque, feroxque
Hippasus, et primis etiamnum Nestor in armis.
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis;
Penelopesque socer, cum Parrhasio Ancæo, 315
Ampycidesque sagax, et adhuc a conjuge tutus
Œclides, nemorisque decus Tegeæa Lycei.
Rasilis huic summam mordebat fibula vestem;
Crinis erat simplex, nodum collectus in unum:

invictus cursu, et Lelex Narycius, et Panopeus, et Hyleus, et ferox Hippasus, et Nestor adhuc in primis armis, et quos Hippocoon misit antiquis Amyclis, et socer Penelopes, cum Ancæo Parrhasio, et callidus Ampycides, et Œclides adhuc securus ab uxore, et Tegeæa honos nemoris Lycæi. Fibula expolita huic compescebat extremam vestem; capillus erat simplex, coactus in unum nodum: pharetra eburnea

—312 Alii *Næriciusq.* vel *Naritiusq.*—313 *Etiamnum* Fl. S. Marci, et sec. Med. vulg. *etiam nunc. Armis* Heins. dedit ex Codd. plurimæ Edd. *annis.*—315 Heidelb. *Penelopeque.*—317 In uno V. *dec. Atalanta Lyc.* Bothius malebat *nemoriq...Lyceo.* Post hunc vs. in quibusdam, *Venit Atalanta Schœnei pulcherrima virgo;* vel, *Venatrix A. Iasi pulch. v.*—318 Urbin. N. sec. Med. *huic*

NOTÆ

312 *Lelex*] Locrenses, qui Narycem urbem antiquissimam obtinuerunt, a Plinio et Strabone Leleges etiam dicuntur; nomine forsitan, ut conjecit Commentator, ab isto Lelege mutuato.

Panopeus] Phoci videtur esse filius, a quo Panopea urbs Phocidis nomen habuit, ut notat Pausanias.

Hyleus] Hic una cum Rhœto ab Atalanta, cui vim afferre paraverat, occisus.

313 *Hippasus*] Hunc quoque Euryti filium Hyginus inter apri venatores recenset.

Nestor] Hic ille est postea senex cujus tantopere prudentia, longa acquisita ætate, a poëtis commendatur.

314 *Hippocoon*] Lacedæmonius fuit, cujus filios, Enæsimum, Alcona, Amycum, et Dexippum, priore excepto, qui ab apro interiit, Hercules una cum patre occidit.

Amyclis] Fuerunt Amyclæ urbs Laconiæ, ab Amyclâ Lacedæmonis filio ædificatæ et cognominatæ.

315 *Penelopesque socer*] Laërtes est, Ulyssis pater.

Ancæo] Huic Lycurgum patrem assignaverunt Apollonius et Hyginus in venatorum catalogo. Arcas fuit; nam Parrhasia urbs est et Arcadiæ regiuncula.

316 *Ampycides*] Mopsus est Ampyci filius, ideo sagax quod vates fuit.

317 *Œclides*] Amphiaraum intellige, Œclei filium; qui vaticinandi peritissimus cum a Thebano bello se non rediturum cognovisset, ita, ne eo proficisceretur, latitavit, ut tamen uxori Eriphylæ, quam fidissimam credebat, omnia indicaverit. Illa vero aureo monili ab Adrasto corrupta maritum prodidit; qui Thebanum agrum ingressus una cum curru a tellure fuit absorptus.

Tegeæa] Atalantam dicit, formosissimam puellam, Tegea Arcadiæ urbe oriundam.

Lycæi] Qui Arcadiæ est.

Ex humero pendens resonabat eburnea lævo 320
Telorum custos: arcum quoque læva tenebat.
Talis erat cultus: facies, quam dicere vere
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.
Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optavit, renuente Deo: flammasque latentes 325
Hausit, et, O felix, si quem dignabitur, inquit,
Ista virum! Nec plura sinunt tempusque pudorque
Dicere: majus opus magni certaminis urget.
Sylva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas,
Incipit a plano, devexaque prospicit arva. 330
Quo postquam venere viri; pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars pressa sequuntur
Signa pedum: cupiuntque suum reperire periclum.
Concava vallis erat: qua se demittere rivi
Assuerant pluvialis aquæ: tenet ima lacunæ 335
Lenta salix, ulvæque leves, juncique palustres,
Viminaque, et longa parvæ sub arundine cannæ.
Hinc aper excitus medios violentus in hostes

pendens ex humero sinistro strepebat; sinistra etiam tractabat arcum. Hujusmodi erat ornatus: vultus, quem vere posses appellare virgineum in puero, puerilem in virgine. Heros Calydonius hanc simul intuitus est, et simul cupivit, Deo averso: atque traxit ignem secretum, et ait, O beatus si ista aliquem virum respexerit! Neque tempus et pudor patiuntur plura proferre: opus majus ingentis pugnæ. Sylva spissa arboribus, quam nullum ævum resciderat, incipit a plano, et prospicit declives campos. Quo postquam viri adventarunt, pars ponunt plagas, pars tollunt vincula canibus, pars legunt vestigia pedum, atque optant invenire suum discrimen. Vallis erat curva, quo cogebantur rivi aquæ pluvialis. Salix flexilis, et leves ulvæ, et junci palustres, et vimina, et parvæ cannæ sub longa arundine sunt in parte infima lacunæ. Sævus aper inde excitatus ruit in hostes confertos, tanquam ignis excus-

primam.—322 *Cultus* Thuan. et complures alii; vulg. *cultu.* Tert. Pal. et Cant. *dic. jure.*—323 Alii *virg. posses.*—327 Quatuor scripti *sinunt;* vulg. *sinit.* Arund. et tres alii *temp. locusque.*—329 Sec. Med. et N. *null. exciderat:* pr. Med. *ceciderit.*—334 *Qua* quindecim scripti; Edd. *quo. Dimittere* quoque multæ Edd. et scripti nonnulli.—336 Heins. *junciq. lev. ulvæq. palustr.* Pro *ulvæq.* unus Hamburg. *tiliæque.*—337 Alii *et longæ parva sub.*—339 Liber Al-

NOTÆ

321 *Telorum custos*] Pharetram dicit.

324 *Calydonius heros*] Meleagrum intellige, Calydone oriundum, ut supra dictum.

325 *Renuente*] Illi enim male suus amor cessit, ut infra patebit.

333 *Suum periclum*] Aprum nempe, a quo sibi periculum immineret.

Fertur, ut excussis elisi nubibus ignes.
Sternitur incursu nemus: et propulsa fragorem 340
Sylva dat. Exclamant juvenes: prætentaque forti
Tela tenent dextra, lato vibrantia ferro.
Ille ruit; spargitque canes, ut quisque ruenti
Obstat: et obliquo latrantes dissipat ictu.
Cuspis Echionio primum contorta lacerto 345
Vana fuit: truncoque dedit leve vulnus acerno.
Proxima, si nimiis mittentis viribus usa
Non foret, in tergo visa est hæsura petito:
Longius it: auctor teli Pagasæus Iason.
Phœbe, ait Ampycides, si te coluique, coloque; 350
Da mihi, quod petitur, certo contingere telo.
Qua potuit, precibus Deus annuit. Ictus ab illo,
Sed sine vulnere, aper: ferrum Diana volanti
Abstulerat jaculo: lignum sine acumine venit.
Ira feri mota est: nec fulmine lenius arsit: 355

sus nubibus disjectis. Arbores proteruntur impetu, et impulsæ personant. Juvenes vociferantur, et tenent strenua manu hastilia opposita radiantia amplo ferro. Ille ruit, et proturbat canes, ut quisque sese opponit ruenti; et lacerat latrantes ictu obliquo. Mucro primo impulsus brachio Echionio fuit inutilis, et leviter vulneravit stipitem acernum. Proximus, nisi impulsus esset nimiis viribus jaculantis, visus fuit hæsurus in tergo petito: fertur longius: Jason Pagasæus jaculatus fuerat. Phœbe, inquit Ampycides, si te honorari, atque honoro, concede mihi ferire certo jaculo quod petitur. Deus favit precibus qua licuit. Aper fuit tactus ab illo, sed sine vulnere: Diana revellerat ferrum telo volanti: hastile sine mucrone accessit. Ira feri excitata est, neque mitius efferbuit fulmine: ignis splendet ex oculis, et æstus

dinus *ut excusis elisus nub. ignis.* Plures etiam et Edd. et scripti *elisus...ignis.* Heins. *elisi...ignes* recepit ex vetustioribus.—340 Leid. *Stern. impulsu.*—341 Alii *protentaque.*—342 Lov. *lati...ferri:* et Bas. cum alio *splendentia* pro *vibrantia.*—343 *Ruenti* pro vulg. *furenti* ex Bonon. dedit Heins. ut sit concinna repetitio.—344 Alii *dispicit ict.* Gebhard. ex scriptis libris *dissicit: occupat* ex pr. Gron. placuit Heins.—347 Ro. *nim. nitentis.* Unus Gron. *vir. acta.*—349 Multi Codd. *itque: auct.* vel *it: teliq. auctor;* in qua voce turbant vehementer libri vett. quorum plurimi *actor, jactor, ductor,* vel *lator.* In Urbin. erat *auctor telo.*—350 Pal. Cant. O. Arund. aliique complures *ait Œclides, si.*—352 Multi *Quam pot.* Berolin. *in illo est.*—353 Alii *ferrumque.*—354 Unus *sine cuspide.*—355 In Cælest. *Ira feræ.* Heins. scribendum censet

NOTÆ

345 *Echionio*] Echionis, de quo supra.

349 *Pagasæus*] Pro Thessalo; a Pagasis Thessaliæ urbe, haud procul a monte Pelio.

Lux micat ex oculis, spiratque e pectore flamma.
Utque volat moles, adducto concita nervo,
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres;
In juvenes vasto sic impete vulnificus sus
Fertur: et Eupalamon Pelagonaque, dextra tuentes 360
Cornua, prosternit. Socii rapuere jacentes.
At non letiferos effugit Enæsimus ictus,
Hippocoonte satus. Trepidantem, et terga parantem
Vertere, succiso liquerunt poplite nervi.
Forsitan et Pylius citra Trojana perisset 365
Tempora: sed sumto posita conamine ab hasta,
Arboris insiluit, quæ stabat proxima, ramis:
Despexitque, loco tutus, quem fugerat, hostem.
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis,
Imminet exitio, frendensque recentibus armis 370
Othriadæ magni rostro femur hausit adunco.

prodit ex pectore: et quemadmodum glans impulsa nervo circumacto volat, cum petit aut mœnia, aut turres confertas milite; sic aper vulnera intentans ruit in iuvenes certo impetu; atque proterit Eupalamon et Pelagonem defendentes dextrum cornu. Commilitones abstulerunt protritos. At Enæsimus filius Hippocoontis non vitavit ictus mortiferos. Nervi destituérunt trementem et conantem tergum vertere, poplite afflicto. Forte etiam Pylius occidisset citra tempora Trojana, sed nisu petito ab hasta impacta immisit se in ramos arboris quæ erat proxima; atque securus loco contemsit hostem quem fugerat. Ille sævus dentibus acutis in trunco querno minatur cladem, et confidens armis recentibus laceravit femur magni Othriadæ rostro

fulm. secius ars.—356 Sic Heins. Olim, *Emicat ex oculis, spirat quoque p. flammas.* Sed octo, *micat*, quinque *spiratque p.* et Florent. S. Marci *flamma.* Inde Heins. lect. suam composuit; qui tamen non negat, posse et *flammas* servari. Burmanno magis placeret *Fax micat.*—359 *Vasto* pro vulg. *certo* ex Leid. uno et Sixiano recepit Burm. quia *certo* modo præcessit.—362 Heins. *At nec.* —361 Sixianus, et Gron. tert. *Vert. succiduo.*—365 Quidam Codd. *Pyl. circa.* —366 Jun. *Mœnia: sed.*—369 Unus Leid. *in quercus:* Gron. *in acerno.* Pro *tritis* multi Codd. *fixis*, aut *strictis.*—370 *Frendensq.* ex uno Heins. dedit Burm. ceteri *fidensq.*—371 In nonnullis *Orichiæ;* Planudes *Orityæ;* alii scri-

NOTÆ

357 *Moles*] Saxa intelligit, vel ejusmodi alia, balista aut simili machina emissa.

360 *Eupalamon*] Ignobiliores fuerint hi duo verisimile est, siquidem non aliter quam sua morte, quod quidem sciam, cogniti.

361 *Cornua*] Aciem nempe in aprum instruxerant, in cujus dextro cornu duo isti fato iniquo reperti sunt.

365 *Pylius*] Nestorem dicit, qui Pylo Messeniæ urbi imperavit; quanquam Thersitæ factum istud vetus Homeri commentator attribuit.

At gemini, nondum cœlestia sidera, fratres,
Ambo conspicui, nive candidioribus ambo
Vectabantur equis: ambo vibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu. 375
Vulnera fecissent; nisi setiger inter opacas
Nec jaculis, isset, nec equo loca pervia, sylvas.
Persequitur Telamon: studioque incautus eundi,
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum levat hunc Peleus; celerem Tegeæa sagittam 380
Imposuit nervo, sinuatoque expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum destringit arundo
Corpus: et exiguo rubefecit sanguine setas.
Nec tamen illa sui successu lætior ictus,
Quam Meleagros erat. Primus vidisse putatur; 385
Et primus sociis visum ostendisse cruorem:
Et, Meritum, dixisse, feres virtutis honorem.

recurvo. At fratres gemelli, nondum astra cœlestia, ambo insignes vehebantur equis candidioribus nive alba, ambo librabant agitatione tremula hastilium mucrones actos per aërem. Inflixissent plagas, nisi sus transisset inter obscuras arbores et loca invia telis et equis. Telamon persequitur; et improvidus desiderio currendi cecidit pronus correptus radice arboris. Dum Peleus hunc tollit, Tegeæa aptavit nervo expeditam sagittam, et impulit arcu curvato. Sagitta affixa sub aure feræ, leviter vulneravit corpus extremum, et rubefecit setas pauco cruore. Neque tamen illa erat alacrior successu sui ictus quam Meleager. Creditur advertisse primus, et primus monstrasse sociis sanguinem aspectum: et dixisse, Reportabis gloriam qua digna est

bunt *Orithiæ*, vel *Oritiæ*, vel *Oriciæ:* Thuan. *Orchiadæ;* sec. Pal. *Othriadæ:* alii aliter. Quatuor libri habent *Actoridæ.*—372 N. Urbin. et sec. Med. *cœlest. corpora;* tres libri *numina.*—373 Fl. S. Marci, et unus Heins. *cand. alba.*—375 Unus Mor. *Hast. trepido.* Unus Med. et pr. Twisden. *quatientes,* quod placet Heins.—378 Pal. O. Med. et alii *Prosequitur;* unus Med. *consequitur.*—379 Duo libri *Protinus arb.*—381 Pr. Gron. *sinuosoque.*—382 In Cælest. *aur. feræ.* Vulg. *summ. distrinxit;* nonnulli ex melioribus, teste Heins. *destrinxit;* septem vett. *distringit:* unde Burm. *destringit.*—383 Duo libri *exig. madefecit.* Tres *rubuerunt s. setæ:* Jun. et Gron. *rubescit s. setæ.*—384 In pr. Mor. *sui successus,* ut *lætus* construatur cum genitiv. Burm. autem mavult *successu,* ne duo vocabula *successus,* et *ictus* malum sonum efficiant.—386 Heidelb. *Et primum s. v. monstrasse cr.*—387 Tert. Leid. *Et, Mecum, dix.*—389 In omnibus fere vett. *jaciuntque;* vulg. *jactantq.*—

NOTÆ

371 *Othriadæ*] Quis hic fuerit, vel unde nomen habuerit, juxta eum ignarissimis ignoro: neque maximum est dispendium.

372 *Gemini fratres*] Castorem dicit et Pollucem, deinde in cœlum et Zodiacum Jovis beneficio relatos.

376 *Setiger*] Aper setas gerens.

Erubuere viri : seque exhortantur ; et addunt
Cum clamore animos ; jaciuntque sine ordine tela.
Turba nocet jactis : et, quos petit, impedit ictus. 390
Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas,
Discite fœmineis quid tela virilia præstent,
O juvenes, operique meo concedite, dixit.
Ipsa suis licet hunc Latonia protegat armis ;
Hunc tamen invita perimet mea dextra Diana. 395
Talia magniloquo tumidus memoraverat ore :
Ancipitemque manu tollens utraque securim,
Iustiterat digitis, primos suspensus in artus.
Occupat audacem, quaque est via proxima leto,
Summa ferus geminos direxit in inguina dentes. 400
Concidit Ancæus : glomerataque sanguine multo
Viscera lapsa fluunt : madefactaque terra cruore est.
Ibat in adversum, proles Ixionis, hostem
Pirithous, valida quatiens venabula dextra.

tua virtus. *Viros puduit ; seque exhortantur, et incendunt animos cum vociferatione, et vibrant jacula sine ordine. Numerus obest immissis, et prohibet ictus, quos studet infligere. Ecce Arcas bipenni instructus incensus contra sua fata, Cognoscite, inquit, o juvenes, quantum arma virilia antecellant fœmineis, et locum date meo incepto. Quamvis ipsa Diana hunc tueatur suis armis, tamen manus mea hunc mactabit nolente Diana. Talia inflatus protulerat ore superbo, et tollens bipennem umbabus manibus, innixus erat digitis elatus in extremos artus. Trux* aper *prævertit audentem ; et qua iter est morti proximum immisit geminos dentes in extrema inguina. Ancæus lapsus est, et intestina involuta multo cruore loco mota sparguntur : atque humus infecta est sanguine. Pirithous filius Ixionis ferebatur in hostem oppositum, agitans spicula forti*

392 *Quid* non satis Latinum judicat Heins. qui malit cum tribus Mss. *quam*, i. e. quantum : Burm. vero *quid* retinendum censet, citatque Terent. Eunuch. II. 2. 1. et Phorm. v. 3. 7. Multi Codd. *præstant ;* nonnulli *distant.*— 394 A. et unus Mor. *su. quamvis Lat.* Heins. cum uno Med. præfert *Latoia.* —395 Berolin. et Heidelb. *Inv. tum. hunc.*—396 Med. quart. *Tal. grandiloquo.* Leid. et alius *magn. timidus ;* unus Med. *nitidus ;* alter *juvenis.*—398 Heins. volebat *Inst. primis digitis, susp. &c.* improbante Burm.—399 Pr. Gron. sec. Med. Arund. et alii *Occ. audentem.*—400 Sec. Pal. et tres alii *in inguina* pro vulg. *ad inguina :* unus Med. et unus Pal. *ad ilia.*—402 *Fluunt* in plurimis Codd. et Edd. alii *cadunt.* In Dominic. autem *Visc. rupta cadunt ;* in alio

NOTÆ

390 *Quos petit*] Quia in se invicem tela incurrebant.

393 *Concedite*] Gloriosi est oratio, sese inaniter jactantis.

394 *Latonia*] Diana, Latonæ filia.

398 *Digitis*] Pedum intellige. Ita vero in illos solent insurgere qui totis viribus ictum nituntur impingere.

Cui, Procul, Ægides, o me mihi carior, inquit, 405
Pars animæ consiste meæ : licet eminus esse
Fortibus : Ancæo nocuit temeraria virtus.
Dixit : et ærata torsit grave cuspide cornum :
Quo bene librato, votique potente futuro,
Obstitit esculea frondosus ab arbore ramus. 410
Misit et Æsonides jaculum : quod casus ab illo
Vertit in immeriti fatum latrantis, et, inter
Ilia conjectum, tellure per ilia fixum est.
At manus Œnidæ variat : missisque duabus,
Hasta prior terra, medio stetit altera tergo. 415
Nec mora : dum sævit, dum corpora versat in orbem ;
Stridentemque novo spumam cum sanguine fundit ;
Vulneris auctor adest : hostemque irritat ad iram :
Splendidaque adversos venabula condit in armos.
Gaudia testantur socii clamore secundo ; 420

manu. Ad quem Ægides e longinquo, O, ait, pars animæ meæ mihi carior me, mane ; non dedecet strenuos longe esse : virtus imprudens obfuit Ancæo. Dixit ; et jaculatus est hastile corneum instructum mucrone æneo. Cui bene vibrato, atque futuro desiderii compote, ramus frondosus esculi nocuit. Æsonides jaculatus est etiam telum, quod fors ab illo detorsit in exitium canis indigni, et actum inter ilia, fixum est per illa in terram. At dextra Œnidæ diversa est : et duobus jaculis libratis, prius adhæsit solo, alterum tergo medio feri : *et sine cunctatione, dum furit, dum torquet corpus in gyrum, et emittit spumam stridentem cum novo cruore, causa plagæ adest, atque provocat hostem ad iram ; et immittit coruscantem hastam in armos oppositos. Comites indicant lætitiam favente vociferatione ; atque optant conserere*

V. *lapsa trahens.* In quibusdam *madcf. sanguine terra est.*—408 *cornum* e Fl. S. Marci, primo Med. Bernegg. et alio dedit Heins. pro vulg. *cornu.* Sed Burm. dubitat, an neutro genere hoc sensu ponatur, itaque *grave* a glossatoris manu fluxisse putat, et legit, *ærata contorsit cuspide cornum*, et seq. vs. *qua bene librata...futura.* Sic et Bothius, nisi ut in pr. vs. mallet *æratam torsit gr.* ut in vulg.—409 In multis *Cui ben.*—410 In uno Cælest. *Obst. Herculea ;* Fl. S. Marci, et duo alii *abscisa.*—412 Vulg. *vertit et in mentum.* Ex Cant. Heins. dedit *Vert. in immeriti:* quidam alii *Vert. et immeriti.* Alii aliter. *Vertit et immeriti figit latrantis* pr. Mor. *immeritum* alter Erfurt. *Vertit in immeritum fatum latrantis* Ro. *Vertit et immeriti fatum* unus Strozzæ ; N. *Vertit et in meritum figi Geladantem :* sec. Med. *Vertit et in mentum figit Geladantem.* Latere nomen canis, vel alicujus hominum de plebe venatorum Heins. putat: unde conj. *Vertit in immeritam figi Geladantin :* vel, *Vertit in immeriti fatum Celadontis.* Pro *latrantis* unus Voss. *lactentis.*—417 Berolin. *sang. fudit.*—

NOTÆ

405 *Ægides*] Theseus, Ægei filius.
408 *Cornum*] Hastile ex corno arbore factum.
411 *Æsonides*] Jason, Æsonis filius.
414 *Œnidæ*] Meleagri, Œnei filii.

Victricemque petunt dextræ conjungere dextram:
Immanemque ferum, multa tellure jacentem,
Mirantes spectant: neque adhuc contingere tutum
Esse putant: sed tela tamen sua quisque cruentant.
Ipse pede imposito caput exitiabile pressit: 425
Atque ita, Sume mei spolium, Nonacria, juris,
Dixit: et in partem veniat mihi gloria tecum.
Protinus exuvias, rigidis horrentia setis
Terga, dat, et magnis insignia dentibus ora.
Illi lætitiæ est cum munere muneris auctor. 430
Invidere alii; totoque erat agmine murmur.
E quibus, ingenti tendentes brachia voce,
Pone age, nec titulos intercipe, fœmina, nostros,
Thestiadæ clamant: neu te fiducia formæ
Decipiat; longeque tuo sit captus amore 435
Auctor: et huic adimunt munus, jus muneris illi.
Non tulit; et tumida frendens Mavortius ira,

dextram cum dextra victrice: et stupentes intuentur ingentem aprum porrectum vasto spatio: neque arbitrantur adhuc secure tangi posse: sed tamen singuli cruore inficiunt sua jacula. Ipse ursit caput horrendum pede imposito, atque ita, Accipe, inquit, Nonacria, exuvias mei juris, et mihi sit laus communis tecum. Continuo porrigit tergora spolia rigentia setis horridis, et caput conspicuum magnis dentibus. Auctor doni illi gratus est cum dono. Ceteri livore tacti sunt, et murmur erat per totum catum. E quibus Thestiadæ porrigentes brachia cum magno clamore, Omitte, age, mulier, neque præripe nostram gloriam: neve confidentia pulchritudinis tibi imponat; et auctor muneris *tactus tuo amore procul eat. Atque huic tollunt donum, et jus illud offerendi illi.* Vir *bellicosus non passus est, et fremens ira ardente,*

421 *Conjungere* ex uno Ciofani, Briant. aliisque: Vulg. *contingere.*—422 *Ferum* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, et Lov. alii *feram.* Lang. *media tell.*—424 Pr. Bas. et quinque alii *cruentant;* vulg. *cruentat.*—425 Unus Bas. *cap. excerabile.*—426 Cant. *Sume tibi;* unus Leid. *tui.*—427 *Mihi* ex pr. V. et uno Voss. vulg. *mea.*—430 Berolin. *Ill. lætitia.*—434 Heidelb. *ne te.*—435 Heins. dedit *longeque tuo sit* ex uno Pal. et Fragm. Mor. vulg. *ne sit longe tibi:* Fl. S. Marci, Bernegg. pr. tert. et quart. Med. Arundl. et alii *longo tibi:* Berolin. *neu sit longo tibi.* Heins. etiam conj. *longeq. tui.*—437 Liber Dominic. et multi alii

NOTÆ

426 *Nonacria*] Atalanta, a Nonacri Arcadiæ monte, Stygis aqua frigidissima famosissimo, sic dicta.

Juris mei] Quia aprum occiderat.

429 *Terga*] Tergora seu pellem apri, una cum capite, Atalantæ, honoris causa, Meleager tradidit.

434 *Thestiadæ*] Plexippus et Toxeus, Thestii filii, Meleagri avunculi.

435 *Longe*] Ut ejusmodi te decorandi munere Meleagro tuo nec jus sit nec liceat.

437 *Mavortius*] Bellicosus, vel ex Marte genitus; siquidem una et eadem

Discite raptores alieni, dixit, honoris,
Facta minis quantum distent: hausitque nefando
Pectora Plexippi, nil tale timentia, ferro. 440
Toxea, quid faciat, dubium, pariterque volentem
Ulcisci fratrem, fraternaque fata timentem,
Haud patitur dubitare diu: calidumque priori
Cæde recalfecit consorti sanguine telum.
Dona Deum templis, nato victore, ferebat, 445
Cum videt extinctos fratres, Althæa, referri.
Quæ, plangore dato, mœstis ululatibus urbem
Implet: et auratas mutavit vestibus atris.
At simul est auctor necis editus, excidit omnis
Luctus: et a lacrymis in pœnæ versus amorem est. 450
Stipes erat, quem, cum partus enixa jaceret
Thestias, in flammam triplices posuere sorores:
Staminaque impresso fatalia pollice nentes;

Discite, inquit, prædones gloriæ alienæ, quantum differant acta a minis: atque aperuit exitiali ense pectus Plexippi, nihil simile reformidans. Non sinit hærere diu Toxeum dubitantem quid agat, atque æqualiter cupientem ulcisci fratrem, et metuentem cladem fraternam; atque recalefecit gladium calidum nece priori cruore fraterno. Althæa portabat in templa munera Diis, filio victoria potito, cum intuetur fratres mortuos. Quæ plangens implet urbem tristibus clamoribus: et induit vestes pullas, positis auro intextis. At statim atque causa mortis indicio patuit, omnis mœror omissus est, et mutatus est a fletibus in desiderium vindictæ. Caudex erat, quem cum Thestias discumberet puerum enixa, tres sorores injecerunt in ignem: atque trahentes fila fatalia admoto pollice, dixerunt, O modo in lucem edite, præsta-

tum. fervens.—439 Cant. duo Leid. Thuan. *quant. distant.*—440 Unus Med. *tal. trementia*, quod Heinsio arridebat, quia seq. *timentem.*—442 In uno Ciofani *fratrem, fratris quoque fata.*—443 *Priori* Heins. profert ex Cant. Fl. S. Marci, sec. Med. et multis aliis; vulg. *prioris.*—444 In uno Ciofani *Cæd. calefecit:* in altero *madefecit.*—447 Alii *mœst. clamoribus.*—448 Burm. dedit *auratas...atris* ex duobus suis, et aliis vett. et edd. Aldin. vulg. *auratis...atras.*—452 Duo Med. et

NOTÆ

nocte, referente Hygino, Mars et Œneus cum Althæa concubuerunt.

439 *Nefando*] Quia eo avunculum suum Meleager appetiit. Qua re quantum possit, et obesse valeat, amor, cuivis licet conjicere.

452 *Thestias*] Althæa, Thestii filia. *Triplices*] Pareæ, de quibus toties; quæ, referente Hygino, ita Meleagri fata cecinerunt. Clotho eum generosum fore dixit; Lachesis fortem; Atropos titionem ardentem in foco aspexit, et ait: 'Tamdiu hic vivet, quamdiu hic titio consumtus non fuerit.'

Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nate, damus. Quo postquam carmine dicto 455
Excessere Deæ; flagrantem mater ab igne
Eripuit torrem: sparsitque liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis:
Servatusque tuos, juvenis, servaverat annos.
Protulit hunc genitrix, tædasque in fragmina poni 460
Imperat: et positis inimicos admovet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit: pugnant materque sororque,
In diversa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu sceleris pallebant ora futuri: 465
Sæpe suum fervens oculis dabat ira ruborem.
Et modo nescio quid similis crudele minanti
Vultus erat; modo quem misereri credere posses.
Cumque ferus lacrymas animi siccaverat ardor;
Inveniebantur lacrymæ tamen. Utque carina, 470
Quam ventus, ventoque rapit contrarius æstus,
Vim geminam sentit, paretque incerta duobus:

mus eadem tempora tibi et ligno. Qua sententia prolata postquam Deæ abierunt, mater abstulit lignum ardens a flamma, atque irroracit aquis fluentibus. Ille titio fuerat diu occultus intimis penetralibus; atque custoditus defenderat tuam vitam, o adolescens. Mater hunc depromsit, atque jussit ligna scindi in assulas, et supponit flammam infensam compositis. Tum enixa quater immittere titionem in ignem, quater ab incepto destitit. Mater et soror certant, et duo nomina diversa distrahunt unum pectus. Sæpe vultus expallescebat timore facinoris futuri: sæpe ira ardens spargebat suum ruborem in oculos. Et nunc facies erat similis minanti nescio quid atrox, nunc quam posses arbitrari tangi misericordia. Et postquam sævus ardor mentis siccaverat lacrymas, tamen lacrymæ reperiebantur: et quemadmodum navis, quam aura atque fluctus contrarius auræ aufert, patitur duplicem violentiam, atque

tres alii *in flamma:* undecim *in flammas.*—453 Leid. *Staminaque presso.*—456 Fragm. Mor. *Excess. domo.*—457 *Torrem* Excerpt. I. et unus Bas. cum uno Leid. alii *ramum.* Tres libri *spargitque.* Voss. *liquacibus;* Leid. *liquentibus,* vel *liquantibus und.*—460 *In* dedit Heins. ex tribus scriptis; alii *et.* Heins. conjiciebat olim *et tædæ fragmina.*—462 Unus Med. et Langerm. *Ter* pro *Tum.*—463 Vulg. *pugnat mat.*—464 Berolin. *Et divers.*—466 Duo libri *Sæp. suis.* Multi ex melioribus, teste Heins. *ira colorem;* in uno V. *furorem;* in uno Ciofani *rigorem;* alii *pudorem.*—469 Unus Mor. *Cumq. feri.*—472 Pr. Med. et unus Bas.

NOTÆ

463 *Pugnant*] Suadebat dolor, ut Meleagrum fratrum interfectorem soror ulciscereturi: dolori obstabat quod in filium mater sæviret.

Thestias haud aliter dubiis affectibus errat,
Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.
Incipit esse tamen melior germana parente: 475
Et, consanguineas ut sanguine leniat umbras,
Impietate pia est. Nam postquam pestifer ignis
Convaluit; Rogus iste cremet mea viscera, dixit.
Utque manu dira lignum fatale tenebat;
Ante sepulcrales infelix astitit aras: 480
Pœnarumqúe Deæ triplices, furialibus, inquit,
Eumenides, sacris vultus advertite vestros.
Ulciscor, facioque nefas: mors morte pianda est:
In scelus addendum scelus est, in funera funus.
Per coacervatos pereat domus impia luctus. 485
An felix Œneus nato victore fructur,
Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo.

fluctuans obsequitur duobus; similiter Thestias dubitat incertis animi motibus; atque alternis vicibus omittit iram, et excitat omissam. Nihilominus soror incipit esse fortior matre; et, ut mulceat Manes cognatos sanguine, pia est impietate. Nam postquam exitiales flammæ auctæ sunt, Pyra ista, inquit, depascat mea præcordia. Utque tractabat stipitem fatalem sæva manu, misera stetit ad altaria sepulcralia, atque, inquit, Tres furiæ Deæ pœnarum, convertite vestros oculos ad sacra feralia. Punio atque admitto scelus: funus est expiandum funere: facinus est adjiciendum pro facinore, mors pro morte. Domus nefaria disjiciatur per mœrores cumulatos. An beatus Œneus gaudebit filio victore, Thestius erit filiis privatus? Uterque jus-

incert. duabus.—473 Sprotii Cod. *affect. errans:* Lov. et Thuan. *ardet.*—474 Multi codd. *Perque. Vicem* Burm. dedit ex Med. vulg. *vices.*—477 Gron. *letifer ignis.*—478 Plurimi *concaluit; Rog.* tres *Inraluit.*—479 Pro *dira* Voss. *dura;* et Gron. et unus Heins. *dextra.*—480 Jun. Voss. et sex alii *infel. constitit;* unus *institit.*—481 Cam. *tripl. feralibus.*—485 Sixii Cod. *Perque alternatos:* pr. Gron. *Per consternatos.*—486 Jun. *At felix:* quinque libri *Infelix.* Quinque vett. cum Arund. et Ro. *vict. fruatur;* Gron. *feratur;* Mor. *feretur.*

NOTÆ

475 *Melior*] Quia filium perdere statuit.

480 *Sepulcrales aras*] Rogum dicit, in quem stipitem, quo filii fata continebantur, conjectura erat; quem quidem rogum venuste aram dicit, ubi occisis fratribus viscera sua immolabat.

482 *Eumenides*] Furiæ, Alecto, Tisiphone, et Megæra, Nocte et Acheronte satæ, malefactorum infernales ultrices.

483 *Nefas*] Quod Meleager in interficiendis avunculis nefas patraverat dum Altha a ulciscitur, aliud in occidendo filio admittit.

487 *Thestius*] Althææ, itemque Plexippi et Toxei, quos Meleager interfecerat, pater.

Vos modo fraterni Manes, animæque recentes,
Officium sentite meum: magnoque paratas
Accipite inferias, uteri mala pignora nostri. 490
Hei mihi! quo rapior? fratres ignoscite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. Meruisse fatemur
Illum, cur pereat: mortis mihi displicet auctor.
Ergo impune feret; vivusque, et victor, et ipso
Successu tumidus regnum Calydonis habebit? 495
Vos, cinis exiguus, gelidæque jacebitis umbræ?
Haud equidem patiar. Pereat sceleratus: et ille
Spemque patris, regnique trahat, patriæque ruinam.
Mens ubi materna est? ubi nunc pia vota parentum?
Et, quos sustinui, bis mensum quinque labores? 500
O utinam primis arsisses ignibus infans:

tius flebitis. Vos tantum Umbræ fraternæ, atque animæ recens in Orcum admissæ, experimini meum officium; atque sumite inferias magno inventas, mala pignora nostri ventris. Hei mihi! quo auferor? fratres parcite matri. Manus sunt ineptæ ad ausus meos. *Agnoscimus illum dignum esse qui occidat; causa mortis mihi displicet. Adeoque inultus discedet, atque virus et victor et inflatus læto eventu obtinebit regnum Calydonis? Vos jacebitis cinis paucus et Manes frigidi? Non equidem feram. Occidat scelestus; atque ille rapiat spem patris, et cladem regni et patriæ. Ubi est animus maternus? ubi sunt pia jura parentum? et labores decem mensium quos tuli? O utinam infans combustus fuisses primis ignibus, atque*

—487 Heins. vult *orb. eat;* nam Arnnd. et Ro. *erat.*—488 Sec. Pal. *germani Man.*—489 Med. unus *Offic. præstate* Alius *novum* pro *meum.* Bas. et Gron. *Accip. exequias.*—491 In quibusdam *Heu mihi.* Dein Cant. *quo rapimur.*—494 Berolin. *riet. et ipse.*—495 Urbin. *Calydonus* pro *Calydonos.*—497 Heidelb. uno tenore *per. sceleratus et ips.* Heins. conj. *et una.*—498 *Regniq.* Heins. dedit ex altero Hamburg. et duobus aliis; vulg. *regnumq.*—499 Berolin. *ubi sunt.* Plurimi etiam *pia jura,* quod præfert Heins.—500 Liber Ursini *sust. menses bis quinq.* Unus V. et Briant. *bis menses.* At meliores, teste Heins.

NOTÆ

488 *Recentes*] Novi Orci incolæ, recens ad Inferos depulsi.

489 *Magno*] Siquidem filium, contra jus naturæ, occidendo.

490 *Inferias*] Eo nomine appellantur quæ Manibus fiebant sacrificia.

491 *Quo rapior*] Rursus in quod ruebat nefas incerta Althæa damnat.

Ignoscite] Ita loquitur mater quæ fratribus filium immolare veretur.

493 *Auctor*] Se filium negat, uteumque meritum, morti posse tradere.

496 *Gelidæ*] Quia corpora gelida fuerant Althææ fratres, postquam eorum a Meleagro ad Inferos animæ deturbatæ essent.

497 *Ille*] Alios quidem filios habuit Œneus, sed Meleagro longe dispares, quique in bello, ob Plexippi et Toxei mortem orto, perierunt.

500 *Bis quinque*] Lunares intellige.

501 *Primis*] Quo tempore torrem

Idque ego passa forem! Vixisti munere nostro:
Nunc merito moriere tuo. Cape præmia facti:
Bisque datam, primum partu, mox stipite rapto,
Redde animam: vel me fraternis adde sepulcris. 505
Et cupio, et nequeo. Quid agam? modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt, et tantæ cladis imago:
Nunc animum pietas, maternaque nomina frangunt.
Me miseram! male vincetis: sed vincite, fratres:
Dummodo, quæ dedero vobis solatia, vosque 510
Ipsa sequar. Dixit; dextraque aversa trementi
Funereum torrem medios conjecit in ignes.
Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
Stipes: et invitis correptus ab ignibus arsit.
Inscius, atque absens flamma Meleagros in illa 515
Uritur: et cæcis torreri viscera sentit
Ignibus: at magnos superat virtute dolores.
Quod tamen ignavo cadat, et sine sanguine leto,

ego id tulissem! Vita fruitus es nostro beneficio: jam obibis merito tuo. Sume mercedem facinoris: atque redde spiritum bis datum, primo partu, deinde torre ablato; vel me adjice bustis fraternis. Et voveo, et nequeo. Quid faciam? nunc plagæ fratribus impactæ, et simulacrum tantæ stragis obversatur meis oculis: nunc pietas et nomina materna molliunt mentem. Me infelicem! prave vincetis; sed vincite, fratres: dummodo, inquit, ego sequar vos, et solatia quæ vobis præbuero: atque aversa immisit in flammas medius manu trepida titionem funestum. Aut ille caudex ingemuit, aut visus est ingemiscere; atque correptus ab ignibus cunctantibus flagravit. Meleager ignarus atque absens absumitur eo igne; atque sentit præcordia uri secreta flamma: at vincit ingentes cruciatus virtute. Dolet tamen quod

mensum.—502 Unus Leid. *vimine nostr.*—503 Heins. mallet *merit. moriare.* Fl. S. Marci, et unus Bonon. *præm. factis.*—506 Duo Gron. *mod. funera.*—507 Jun. *ocul. video, et.* Heins. conj. *mihi stant.* Unus Thuan. *tant. mortis.*—508 Unus Heins. *Nunc animam.* Tres libri *nom. tangunt.*—511 Pr. Gron. *Funeris ipsa seq.* Heins. *Funus et ipsa seq.* censetque τὸ *dixit* eleganter omittendum, ut sæpe alibi.—512 Pr. Gron. *med. projecit;* unus Heins. *immisit.*—515 *In illa* Heins. dedit ex quinque libris; vulg. *ab illa.*—517 *At* Heins. ex duobus; alii *ac;* multi

NOTÆ

pueri fata continentem submonentibus Parcis Althæa flammis subtraxerat.

506 *Cupio*] Fratres ulcisci; et, vice versa, filium servare. Neutrum potest, quia utrumque per alterum impeditur. Quæ misera animi fluctuatio quoties nobis nesciis et imperitis accidit?

509 *Male vincetis*] Male fratres dicit vincere, quos ut ulciscatur, filium perdere statuit.

516 *Cæcis*] Maximis, internis, occultis, quorumque causam ignorabat.

Mœret: et Ancæi felicia vulnera dicit.
Grandævumque patrem, fratremque, piasque sorores 520
Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo;
Forsitan et matrem. Crescunt ignisque dolorque;
Languescuntque iterum: simul est extinctus uterque,
Inque leves abiit paulatim spiritus auras.
Alta jacet Calydon: lugent juvenesque senesque: 525
Vulgusque, proceresque gemunt: scissæque capillos
Planguntur matres Calydonides Eveninæ.
Pulvere canitiem genitor vultusque seniles
Fœdat humi fusus; spatiosumque increpat ævum.
Nam de matre manus, diri sibi conscia facti, 530
Exegit pœnas, acto per viscera ferro.
Non mihi si centum Deus ora sonantia, linguæ
Ingeniumque capax, totumque Helicona dedisset;
Tristia persequerer miserarum dicta sororum.

pereat morte segni et sine sanguine: atque ait plagas Ancæi esse beatas. Et appellat patrem ætate proiectum cum gemitu, et fratrem, et pias sorores, et consortem lecti ultima voce: forsitan et matrem. Flamma et cruciatus augentur; minuuntur denuo: ambo una sunt exhausti, et spiritus paulatim disjectus est in tenuem aërem. Excelsa Calydon prostrata est: juvenes et senes mœrent: plebs et primores gemunt: matres Calydonides Eveninæ laceras habentes comas se tondunt. Pater humi jacens dehonestat canos et faciem senilem pulvere; atque damnat longam ætatem. Namque matrem quod attinet, manus sibi conscia repetivit pœnas facinoris, ense trajecto per præcordia. Si Deus præbuisset mihi centum ora loquentia, et linguæ ingenium capax, et universum Heliconem, non enarrarem lugubres sermones infelicium soro-

et.—518 Plurimi Codd. *sanguine;* vulg. *vulnere.*—519 Burm. ex melioribus, præfert *vuln. dixit.*—520 Berolin. *patr. fratresque, pi.*—521 Pal. sec. *ore supino.*—525 Ante h. vs. olim legebatur, *Paulatim cana prunam velante favilla,* quem expunxit Heins. tam auctoritate primi Pal. tum aliorum quatuor, qui eum in margine ascriptum habent, quam propter ingratam τοῦ *paulatim* repetitionem.—526 Duo V. *Vulgusque procer.* alii *Et vulgus, procer.*—527 Edd. antiquiores, *Plangunt ora simul m. Calydonides. Œneus, &c.* Heins. de suo dedit *planguntur,* ductuque primi Med. et Spirensis, *Eveninæ.* sed vid. Not. Var.—529 Jun. et alius *hum. fessus.*—530 Nonnulli cum Cant. pr. Erfurt. aliisque *Nam mater manibus diri;* Lov. et alter Strozzæ cum uno Pal. *Nam materna manus.*—532 Unus chartaceus Heinsii *son. linguas;* vulg. *linguis:* Heins. recepit *linguæ* ex Fl. S. Marci, N. Bernegg. et aliis.—534 N. et sep-

NOTÆ

520 *Fratrem*] Tydeum intelligo; quanquam alios Œneo assignat Anton. Liberalis.

Pias] Quod quidem eventus comprobabit.

521 *Sociam tori*] Uxorem dicit Cleopatram.

527 *Eveninæ*] Eveni, Ætoliæ fluvii, accolæ.

529 *Spatiosum*] Quia si maturius

Immemores decoris liventia pectora tundunt: 535
Dumque manet corpus, corpus refoventque foventque:
Oscula dant ipsi, posito dant oscula lecto.
Post cinerem, cineres haustos ad pectora pressant:
Affusæque jacent tumulo: signataque saxa
Nomine complexæ, lacrymas in nomine fundunt. 540
Quas, Parthaoniæ tandem Letoia clade
Exsatiata domus, præter Gorgenque, nurumque
Nobilis Alcmenæ, natis in corpore pennis
Allevat; et longas per brachia porrigit alas:
Corneaque ora facit; versasque per aëra mittit. 545

rum. Illæ *oblitæ decoris plangunt livida pectora: et quamdiu corpus superest, fovent atque reforent corpus: illud deosculantur, deosculantur lectum appositum. Postquam in cinerem redactum esset cadaver, pressant cinerem collectum ad pectora, atque jacent porrectæ ad sepulcrum: et complexæ nomen insculptum lapidi fundunt lacrymas in nomen. Quas tandem Latonia expleta exitio domus Parthaoniæ tollit pennis genitis in corpore, præter Gorgen et nurum celebris Alcmenæ; atque extendit prolixas alas per lacertos, et facit ora cornea; et ablegat mutatas per aërem.*

tem alii *Trist. prosequerer.* Deinde Voss. *fata sor.* ubi vulg. legitur *vota.* Ex melioribus Heins. recepit *dicta.*—535 Pr. Gron. *dec. lugentia;* sec. Med. *plangentia.* Tres *brachia tund.* Bas. *brachia plangunt.* Quart. Med. V. et sec. Bonon. *pect. plangunt.*—536 Cant. Thuan. et complures alii *refov. tenentque.* —538 V. Med. et duo alii *Post cineres.* Pro *haustos* etiam Arg. *usos,* quod pro *ustos* scriptum Heins. putabat. Deinde Dominic. et Briant. et plures alii *pect. versant.*—539 Cant. O. et novem alii *Effusæque;* duo *infusæq. Saxa* pro vulg. *saxo* dedit Burm. et vs. seq. *nomine* pro *nomina* ex tert. Leid. et altero Thuan. quia saxum signatur nomine; non æque recte dicitur ipsum nomen signari.—541 *Parthaoniæ* ex plurimis scriptis Heins. recepit. Edd. nonnullæ *post Œneæ;* quidam *post Aoniæ,* vel *Œniæ;* pr. R. *post Œtidæ.* Berolin. etiam *Latonia* habet pro *Letoia.*—542 Berolin. cum aliis *Exsaturata*

NOTÆ

obiisset, filii mortem non vidisset.

533 *Helicona*] Pro Musarum favore, illum Bœotiæ montem incolentium.

541 *Parthaoniæ*] Œnei est, a patre Parthaone sic dicta.

542 *Nurum*] Deianira est, uxor Herculis.

544 *Porrigit*] In aves sunt mutatæ, quas a Meleagro fratre Meleagrides dixerunt; quas quidem cum gallinis Numidicis seu Africanis nonnulli confuderunt, alii cœrulea crista distinxerunt. Ideo vero Meleagri nomine insignitæ illæ aves, quod certis quibusdam temporibus in Bœotiam ex Africa circa Meleagri tumulum convolarent.

Fab. V. Nymphæ Naiades in Insulas.

Theseus, apro Calydonio interfecto, cum se reciperet Athenas, et torrentibus aquis impediretur ab Acheloo amne, qui imbribus intumuerat, invitatus est, ut suis tectis succederet, dum fluminis unda subsideret. Cujus ille hospitio cum resedisset, inter epulationem procul insulas visas ab hospite accepit Nymphas fuisse Naiades: quæ cum Deis sacra redderent, ille ab his præteritus esset, motus offensa, in insulas Echinadas eas convertit.

Interea Theseus sociati parte laboris
Functus, Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.
Clausit iter, fecitque moras Achelous eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte, tectis,
Cecropida; nec te committe rapacibus undis. 550
Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magno
Murmure saxa solent. Vidi contermina ripæ
Cum gregibus stabula alta trahi: nec fortibus illic

v. *Interea Theseus defunctus parte laboris communis revertebatur ad arces Erechtheas Minervæ. Achelous auctus pluvia obstruxit viam, et remoratus est redeuntem. Subito domum meam, inquit, illustris Cecropida; neque te objice undis furentibus. Consuererunt abripere tigna integra, et devolvere moles transversas cum magno sonitu. Vidi excelsa stabula propinqua ripæ avelli cum gregibus: neque*

dom.—511 Voss. *Elevat; et.*—517 Pr. Mor. pr. Gron. Excerpt. Mur. sec. Pal. et duodecim alii *Erichthonias*, quod non displicet Heinsio. Alii *Erichthoias*, *Erichtheidas*, *Erichthonidas*, *Erichthoidas.*—518 Sixii Cod. *mor. Acheloos.*—550 Plurimi alii *Cecropide.* Nonnulli etiam *comm. capacibus.*—551 Jun. *oblataque:* Heins. conj. *obstructaq.* vel *obstrataq.* Heidelb. *murmure magn. Volvere.* — 552 *Impete* pro *Murm.* unus Heins. Fl. N. et duo alii *sax. solet.*—553 Sex vett. cum Berolin. *alt. rapi.* Pro *stabula alta*

NOTÆ

516 *Laboris*] In interficiendo apro.

517 *Erechtheas*] In quibus olim Erechtheus regnaverat.

Tritonidos] Palladem dicit, cui, ut sæpe dictum, a Tritone Libyæ palude, ubi primum apparuit et educata est, hoc nomen impositum. Athenis vero suum dedisse illam nihil est opus toties repetere.

518 *Achelous*] Fluvius Acarnaniam ab Ætolia dividens. Vel igitur multum ad occasum expatiatus erat aper, nec Calydone venire Theseum est arbitrandum; vel circa locorum situm multum errasse Poëtam est confitendum: nam Calydone Athenas petenti nullo modo obstare potest Achelous, qui hinc longe magis ad occasum aquas suas devolvit.

550 *Cecropida*] Atheniensis; a Cecrope primo Atheniensium rege.

Profuit armentis, nec equis velocibus esse.
Multa quoque hic torrens, nivibus de monte solutis, 555
Corpora turbineo juvenilia vortice mersit.
Tutior est requies; solito dum flumina currant
Limite; dum tenues capiat suus alveus undas.
Annuit Ægides: Utarque, Acheloë, domoque,
Consilioque tuo, respondit: et usus utroque est. 560
Pumice multicavo, nec levibus atria tophis
Structa subit. Molli tellus erat humida musco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Jamque duas lucis partes Hyperione menso,
Discubuere toris Theseus comitesque laborum: 565
Hac Ixionides, illa Trœzenius heros
Parte Lelex, raris jam sparsus tempora canis:

illic ullius usus fuit armentis esse validis, neque equis esse celeribus. Hic etiam torrens, nivibus liquefactis de monte, absorbuit multa corpora juvenilia vortice turbineo. Quies est tutior, donec fluenta ferantur consueto alveo; donec sua fossa contineat paucas aquas. Ægides assensus est, et, inquit, Utar, Acheloë, et domo et suasu tuo; atque usus est utroque. Intrat atria parata pumice multicavo, et tophis asperis. Terra erat madida lento musco. Conchæ distinguebant supremum lacunar alterno murice. Jamque Sole menso duas partes diei, Theseus et socii laborum sese composuerunt in lectos; hac parte Ixionides, illa Lelex heros Trœzenius, jam dis-

****

etiam in quibusdam est *stabulata*.—555 Langerm. et Bernegg. *nimbis* pro *nivibus*, quod non displicebat Heins. modo mox legeretur *de monte volutis*.—556 Heidelb. *juven. vertice*; et Berolin. *culmine*.—558 Vulg. *ten. captet*; multi ex vett. *captat*, unde Heins. *capiat*: tres *capiet*.—559 Meliores, teste Heins. *utarq.* alii *utorq.*—561 Berolin. *vel levib.*—562 In quibusdam *Tecta sub.* unde Gronovius conj. *texta*.—564 Omnes fere Codd. pro *lacunabant*, habent *lacus*, vel *lacu*, *nabant*.—566 Berolin. cum A. et aliis *illac Trœz.*—567 *Raris* Heins. profert ex Lov. qui habet *rar. spars. sua temp.* Pr. Pal. *parcis*; multi vett. *parcis*: alii *paucis*, Spirensis *latris*, vel *Pariis*, vel *variis*, vel *albis*, vel

NOTÆ

559 *Ægides*] Theseus Ægei filius.

561 *Nec levibus*] Tophus nempe lapis asper et cavernosus.

563 *Lacunabant*] Laquear muricibus, qui cochleæ sunt genus, itemque conchis alternis distinctum et quasi tessellatum erat.

564 *Duas*] Ut tertia reliqua esset, qua fere Romani, cibum sumturi, ad quorum mores videtur ludere Poëta, solebant discumbere.

Hyperione] Sole; qui a patre Hyperione Cœli filio illud etiam nomen habuit.

566 *Ixionides*] Pirithous, Ixionis filius, Thesei perpetuus comes.

Trœzenius] Sic dictus Lelex a Trœzene ubi Pittheus regnavit, ille vero habitavit; cujus quidem valde obscura est historia.

Quosque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum, lætissimus hospite tanto.
Protinus appositas, nudæ vestigia, Nymphæ 570
Instruxere epulis mensas: dapibusque remotis
In gemma posuere merum. Tum maximus heros
Æquora prospiciens oculis subjecta, Quis, inquit,
Ille locus? (digitoque ostendit) et, Insula nomen
Quod gerat illa, doce: quanquam non una videtur. 575
Amnis ad hæc, Non est, inquit, quod cernimus, unum.
Quinque jacent terræ: spatium discrimina fallit.
Quoque minus spretæ factum mirere Dianæ;
Naides hæ fuerant: quæ cum bis quinque juvencos
Mactassent; rurisque Deos ad sacra vocassent; 580
Immemores nostri festas duxere choreas.
Intumui: quantusque feror, cum plurimus, unquam,
Tantus eram: pariterque animis immanis et undis

tincta habens tempora paucis canis; aliique quos fluvius Acarnanum festivissimus tanto hospite dignos judicaverat eo honore. Continuo Nymphæ nudæ pedibus apposuerunt dapes mensis admotis, et epulis sublatis faderunt vinum in gemmam. Tum heros maximus procul videns maria oculis obversa, Quis, ait, ille locus? et indicat digito: atque assigna nomen quod illa insula habeat: quanquam non videtur sola. Ad hæc fluvius, Non est, inquit, solum quod videmus. Quinque terræ sunt porrectæ: decipiunt parva *differentia intervalli. Atque, ut minus stupeas vindictam Dianæ neglectæ; hæ* insulæ *fuerant Naiades: quæ cum immolassent decem juvencos, atque invitassent Deos ruris ad sacra, agitaverunt choreas festas nostri oblitæ. Inflatus sum, atque excurro quantus cum maximus unquam; tantus eram:*

nivcis. Berolin. *parvis spars. jam.*—568 Idem *Quosq. aliis.*—569 Jun. *hosp. terno.* —570 Plurimi vett. *Prot. appositis.*—571 Nonnulli *epulas mensis.*--572 Multi vett. *In gemmam;* sex *gemmas:* Cant. *Ingenuum pos.* Berolin. *Ingemmam pos. m. tunc:* unus etiam Leid. et alii *cum max.*—575 Heins. cum plerisque scriptis recepit *gerat;* alii *gerit.*—576 Fl. S. Marci, Urbin. Heidelb. et sex alii *quod cernitis.*—577 Multi vett. *spatii discr.* quod Heins. commendabat, si cum Urbinate *discrimine* reponeretur. Burm. pro *fallit* conj. *tollit,* quia Lov. habet *solvit:* multi vett. *fallunt.*—582 Tres libri *quant. ferox.*—583 Unus Med. *animus imman. et*

NOTÆ

570 *Nudæ vestigia*] Pedes nudos habentes.

572 *Gemma*] Vase vinario ex gemma confecto.

577 *Sputium discrimina*] Quia parvum, vixque e longinquo prospicientibus conspicuum.

578 *Factum*] De quo supra, in Œneo per aprum ulciscendo.

579 *Naides*] Fontium sunt Nymphæ.

582 *Intumui*] Optime vero eo verbo usus est Poëta, quod pariter et fluvii iram et ejus erumpentem impetum ob oculos ponit.

A sylvis sylvas, et ab arvis arva revelli.
Cumque loco Nymphas, memores tum denique nostri, 585
In freta provolvi. Fluctus nosterque marisque
Continuam diduxit humum; partesque resolvit
In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis.

Fab. VI. Perimele in Insulam.

Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheloo amne per vim esset compressa, pater eam ob admissum præcipitavit in pelagus. Stuprator expetiit ita, ut beneficio Neptuni mare eam semotam ab Echinadibus efficeret insulam.

Ut tamen ipse vides, procul, en procul una recessit
Insula grata mihi. Perimelen navita dicit. 590
Huic ego virgineum dilectæ nomen ademi.
Quod pater Hippodamas ægre tulit: inque profundum
Propulit e scopulo parituræ corpora natæ.
Excepi: nantemque ferens, O proxima cœlo

et æqualiter terribilis ira et fluctibus abripui nemora a nemoribus, et campos a campis. Et protraxi in mare Nymphas, tum denique nostri non oblitus, cum loco. Unda nostra et freti divellit solum conjunctum, atque divisit in totidem partes, quot vides Echinadas in mediis fluctibus.

vi. *Ceterum, uti cernis ipse procul, ecce una insula mihi accepta procul abiit. Nautæ vocant Perimelen. Ego sustuli huic amatæ nomen virgineum. Quod parens Hippodamas iniquo animo passus est: et deturbavit ex caute corpus filiæ fœtum enixuræ. Excepi; et sustentans natantem, O dixi, Tridentifer, qui consecutus es*

undas, quod Heins. arridebat, si *animos* legeretur.—584 Vulg. Edd. *arv. revulsi:* Heins. dedit *revelli* ex Fl. S. Marci, N. pr. Med. Bernegg. Spirensi, Arund. et decem aliis.—586 Ball. et Thuan. *fret. percolvi:* Menard. *devolvi*, quod rapiditati convenientius Burmanno videbatur.—587 Cant. *Contiguam did.* Plurimi libri scripti *Continuam deduxit.* Vulg. etiam Edd. *pariterque revellit.* Pr. Bonon. pr. Argent. cum tribus aliis, et ed. Gryphii *partesque.* Deinde *resolvit* Heins. reponit ex quart. Med. et Ro. pro var. lect. in Cant. et pr. Gron. *revolvit:* multi *revulsit;* sed *revelli* jam præcesserat.—590 Plurimi *nav. dixit;* Genevens. *ducit.*—593 *Parituræ* Heins. dedit ex uno Leid. et Twisden. pro vulg. *perituræ.*—594 Vulg. *proxim. terræ:* nonnulli vett.

NOTÆ

585 *Tum*] Cum ipsius iram sentirent.

588 *Echinadas*] Quæ insulæ sunt ad Acheloi ostium, ex limo ab eo devecto conflatæ; quibus quidem vel ab echinis quibus abundare dicuntur, vel ab Echino quodam vate, ut sensit Apollodorus, nomen illud impositum.

591 *Virgineum*] Illam vitiavit.

Regna vagæ, dixi, sortite, Tridentifer, undæ, 595
In quo desinimus, quo sacri currimus amnes,
[Huc ades, atque audi placidus, Neptune, precantem.]
Huic ego, quam porto, nocui. Si mitis, et æquus,
Si pater Hippodamas, aut si minus impius esset,
Debuit illius misereri, ignoscere nobis. 600
Affer opem; mersæque precor feritate paterna
Da, Neptune, locum: vel sit locus ipsa, licebit;
Hanc quoque complectar. Movit caput æquoreus rex:
Concussitque suis omnes assensibus undas.
Extimuit Nymphe: nabat tamen. Ipse natantis 605
Pectora tangebam trepido salientia motu:
Dumque ea contrecto, totum durescere sensi

sorte imperium in aquas incertas proximum cœlo, in quo nos *fluvii sacri subsistimus, in quem fluimus, huc adsis, atque æquus ausculta oranti, Neptune. Ego obfui huic quam fero. Si parens Hippodamas esset lenis et justus, aut minus impius, debuit illius misereri, nobis parcere. Subveni, et præbe sedes, quæso, submersæ sævitia paterna: vel concedatur ipsa sit sedes. Complectar hanc etiam. Deus maris capite annuit, atque movit omnes aquas suo nutu. Nympha exterrita est: nihilominus natabat: egomet tangebam pectus natantis micans motu timido: et dum illud*

mundi, vel *cœli:* unus Med. *cœlo*, quod Heinsio placebat.—596 Duo *In quo deserimus;* R. *deserimur:* Heins. putat *deferimur*, quia in uno Mor. *In quem decidimus.* Burm. ne bis Poëta idem diceret, *in quo desinimus*, et *quo currimus*, legere malit *In quo*, vel *quem*, *desinimus*, *quot sacr. &c.* Unus Gron. *labimur amnes;* unus Leid. *incurrimus.*—597 Jun. et pr. Gron. *Nept. vocantem;* Fr. *rogantem;* in quo Codice sequentes quinque versus non legebantur. Hunc vs. Heins. spurium judicat, et illum, qui mox sequebatur, *Cui quondam tellus clausa est feritate paterna*, auctoritate unius Vossiani delevit. Plures, nempe sec. Pal. pr. Mor. et octo alii, proxime seq. *Huic ego, &c.* non agnoscunt, improbante Burm.—598 Berolin. et alii plurimi *sis mitis.*—600 Multi *miser.* et *ignosc.* Constant. Fanens. delet *et.* Barb. vero et Arg. *et parcere nobis.*—601 Berolin. *prec. pietate.*—603 *Hanc* plurimi vett. vulg. *Hunc:* Heins. vult *Tunc;* Burm. *Sic.*—605-8 Heins. aut hi quatuor versus delendi videntur, aut duo seqq. ne bis idem dicat. Burm. monet, 604-6 abesse a Fr. et duos sqq. fuisse margini ascriptos. Unus Med. *Extremuit* pro *extimuit;* Gebhard. *Intimuit.*—606 A. et unus Med. *Pect. mulcebam*, quod amanti aptius judicat Burm.—607 Duo Leidenses *contracto*, quam scripturam sunt qui meliorem

NOTÆ

595 *Tridentifer*] Neptunum dicit, cui tridens pro sceptro attributum.

603 *Complectar*] Illam vero, sicuti et reliquas vicinas Echinadas, Achelous alluit.

Movit caput] Annuendi causa.

605 *Nabat tamen*] Modum quo insulæ nonnunquam ex advectis varii generis quisquiliis, lignis, &c. intermixto fluctuante limo formantur, planissime sub fabulæ titulo descripsit Poëta.

Corpus ; et inducta condi præcordia terra.
[Dum loquor, amplexa est artus nova terra natantes,
Et gravis increvit mutatis insula membris.] 610

Fab. VII. VIII. et IX. Jupiter et Mercurius in hominum species. Casa Baucidis et Philemonis in Templum. Baucis et Philemon in arborum species.

Jupiter et Mercurius in hominum figuras versi, in regione Phrygiæ cum animos incolarum experti a nullo exciperentur hospitio, a Philemone et Baucide hospitalissime sunt excepti: et cum maxima voluptate rebus humilibusque ad victum et necessariis simplicissimos animos pauperum experti sunt. Ergo, ut numen ac vim ostenderent suam, sevocatis senibus in excelsiorem collem ; casam eorum in templum converterunt: eosque ipsos optatos antistites sacrati loci præstiterunt: ita ut cum senectute soluti essent, in arbores converterentur ; ut cederet in fruticem Philemon, Baucis in tiliam. Oppidum autem eorum, quod ceteros cives inhospitales habuerat, aquarum magnitudine obrutum, stagnum factum est.

Amnis ab his tacuit. Factum mirabile cunctos
Moverat. Irridet credentes ; utque Deorum
Spretor erat, mentisque ferox Ixione natus ;
Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
Esse Deos, dixit ; si dant adimuntque figuras. 615
Obstupuere omnes ; nec talia dicta probarunt :

tango, adverti universum corpus indurari, et viscera premi terra apposita. Dum verba facio, nova terra complexa est membra nantia, et insula ponderosa adnata est versis artubus.

vii. viii. ix. *Post hæc fluvius siluit. Factum mirandum omnes tetigerat. Filius Ixionis exsibilat fidem adhibentes ; atque ut erat Deorum contemtor et superbo animo, Vana memoras, inquit, atque credis Deos nimium posse, Acheloë, siquidem præbent atque tollunt formas. Omnes mirati sunt ; neque ejusmodi verbis faverunt :*

putent : *pertrecto* unus Mor. *complector* viginti libri. Sixii Cod. *tactum durescere :* unus Med. *concrescere.*—608 Omnes fere scripti *et inductis...terris ;* unus Heins. *inductas...terras :* tres alii *in duris...terris.*—610 O. et unus Med. *grav. incurrit ;* pr. Gron. *implevit.*—611 Unus Lcid. *Amn. ad hæc.* Heins. mallet *fatum mirab.*—616 Unus Med. *Obstrepuere omn.* quod, quia indignationem

NOTÆ

613 *Ixione natus*] Pirithous, ex genere. Centaurorum, Superum contemtorum,

Ante omnesque Lelex, animo maturus et ævo,
Sic ait: Immensa est, finemque potentia cœli
Non habet: et quicquid Superi voluere, peractum est.
Quoque minus dubites; tiliæ contermina quercus 620
Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.
Ipse locum vidi: nam me Pelopeia Pittheus
Misit in arva, suo quondam regnata parenti.
Haud procul hinc stagnum; tellus habitabilis olim;
Nunc celebres mergis, fulicisque palustribus undæ. 625
Jupiter huc, specie mortali, cumque parente
Venit Atlantiades positis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum requiemque petentes:

et Lelex ante omnes, mente sapiens atque ætate, sic dicit: Potestas Deorum est infinita, neque terminis ullis comprehenditur: et quodcumque Dii cupierunt absolutum est. Et ut minus hæsites, quercus est proxima tiliæ in vallibus Phrygiis cincta parvo muro. Ego vidi locum: nam Pittheus misit me in agros Pelopeios, qui olim sub potestate fuerant sui patris. Non longe inde lacus; terra olim hospitalis: nunc aquæ frequentatæ a mergis et fulicis palustribus. Jupiter figura humana et caduciferˑ Atlantiades descendit cum patre, omissis alis. Accesserunt ad mille domos, rogantes hospitium et requiem: obices obserarunt mille domos. Ta-

indicat, optimum videtur Burm. Berolin. *tal. verba.*—617 Heins. emend. *animi...et ari.*—618 Burm. conj. *Vis, ait:* Heins. olim *Dis, ait.*—619 In uno Ciofani *paratum est.*—621 Alii *medio circumd.*—622 Duo vett. *Ips. lacum.*—624 Berolin. *stagn. est.*—625 Unus Med. *celebr. juncis.* Idem *alisque palud.* quod Burm. putat pro *ulvisque palustribus.*—626 *Mortali* ex melioribus Heins.

NOTÆ

622 *Pelopeia*] Phrygiam dicit, Asiæ minoris regionem, Tantalo Pelopis patri regnatam, in quam a Pittheo Pelopis filio Lelex dimissus.

625 *Fulicis*] Aves sunt aquaticæ notissimæ, quas dicimus nos *des Poules d'eau.*

626 *Parente*] Maia, scilicet, Atlantis filia, a qua Mercurius Atlantiades dicitur.

627 *Venit*] Fabulam inceptat Poëta, quæ prorsus ex Lothi historia Genes. XIX. exsculpta videtur: ut ejus scopum nihil necesse sit Christianis inculcare.

Positis] Neque vero quinam essent Angeli, quos nescientes exceperunt viri sancti, ipsi testabantur: neque jam, cum Majestatis insignibus Jesus crucifixus nequissimos hypocritas a viris bonis segregaturus totam terram pererrat. Acrius ad corpus mortuum infames corvi ingruerent, quam advolant perspicaces aquilæ, siquidem quod his intus servatur illis profunderetur.

628 *Mille domos*] Cujus vero domum, mentem, animum, cor ipsum non obsidet Dei gratia, in quo vivimus, movemur, et sumus? Sed, proh dolor! 'Mille seræ clausere domos.'

630 *Parva* Quid enim parvis potentes facerent? Moles eos moveri non patitur; neque ad infima respicient

Mille domos clausere seræ. Tamen una recepit,
Parva quidem, stipulis et canna tecta palustri: 630
Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon
Illa sunt annis juncti juvenilibus; illa
Consenuere casa: paupertatemque fatendo
Effecere levem, nec iniqua mente ferendam.
Nec refert, dominos illic, famulosne requiras; 635
Tota domus, duo sunt: idem parentque jubentque.
Ergo ubi Cœlicolæ parvos tetigere penates;
Submissoque humiles intrarunt vertice postes;
Membra senex posito jussit relevare sedili;
Quo superinjecit textum rude sedula Baucis. 640
Inde foco tepidum cinerem dimovit: et ignes
Suscitat hesternos; foliisque et cortice sicco
Nutrit; et ad flammas anima producit anili:
Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto

men una accepit illos, *exigua quidem, tecta stipulis et arundine palustri. Verum Baucis pia vetula, atque Philemon in illa convenerunt ætate integra: illo tugurio senectutem contraxerant: et inopiam agnoscendo reddiderunt eam facilem, neque tolerandam averso animo. Neque interest ibi voces heros an servos: universa familia duo sunt; idem et imperant et obtemperant. Postquam igitur Dii adierunt exiguam casam, atque subierunt parvam januam capite inclinato, senex hortatus est quietem præbere artubus, oblato sedili, quod officiosa Baucis sternit crasso texto. Deinde abstulit calidum cinerem foco, atque excitat ignes hesternos, atque fovet frondibus et cortice arido, et perducit ad flammas spiritu anili; et attulit ligna in multa segmenta divisa, et ramusculos siccos tecto dereptos, et fregit, et admovit*

dedit; vulg. *mortalis.*—629 Pro *tamen* Bothius vult *tandem.*—630 *Tecta* Edd. omnes et scripti; Heins. tamen conj. *texta.*—632 O. Sixii, et duo alii *junct. puerilibus.*—633 *Fatendo* Heins. dedit ex plurimis scriptis; vulg. *ferendo.*—635 Berolin. *illic dominos, famulosve.* In quibusdam aliis etiam *famulosve.*—637 Multi Codd. *Cœl. paucos;* Bernegg. O. et duo alii *parcos:* Heins. conj. *paulos,* nam in pr. R. aliisque nonnullis glossa erat ascripta, 'id est, pauperes.' —638 Cod. Menard. *portas* pro *postes.*—640 Plurimi scripti *Quod superinj.* Burm. conj. *Quoi,* pro *cui. Tegmen* etiam Leid. *legimen* Arg.—641 Unus Leid. et tres alii *Inque foc.* Heins. malebat *Eque.* Voss. *ein. demovit.*—642 Unus Bonon. *et vimine sicco.*—643 Berolin. *flamm. flatu prod.* Cant. et

NOTÆ

qui ex superbiæ solio cuncta despiciunt.

631 *Philemon*] Hunc Poëtæ villicum fuisse nonnulli volunt.

633 *Fatendo*] Siquidem non aliud homines malum urgeat, quam optata non posse consequi, haud ego scio quibus incommodis magis quam divites pauperes vexentur, qui quod non sunt stulte videri velle, ut plurimis placet, sapienter omiserunt.

Detulit, et minuit, parvoque admovit aëno. 645
Quodque suus conjux rigno collegerat horto,
Truncat olus foliis. Furca levat ille bicorni
Sordida terga suis, nigro pendentia tigno:
Servatoque diu resecat de tergore partem
Exignam; sectamque domat ferventibus undis. 650
Interea medias fallunt sermonibus horas:
Sentirique moram prohibent. Erat alveus illic
Fagineus, curva clavo suspensus ab ansa:
Is tepidis impletur aquis; artusque fovendos
Accipit. In medio torus est de mollibus ulvis 655
Impositus lecto, sponda pedibusque salignis.
Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
Sternere consuerant: sed et hæc vilisque vetusque
Vestis erat, lecto non indignanda saligno.
Accubuere Dei. Mensam succincta tremensque 660

exiguo cacabo; et concidit olera quæ suus conjux collegerat in horto riguo. Ille deripit furca bicorni turpia terga porci pendentia trabe fumida; atque abscindit de tergo diu servato parvam partem; et mollit adscissam aquis bullientibus. Interea tædium tollunt temporis interjecti colloquio, et faciunt ne cunctatio molesta sit. Ibi erat crater fagineus suspensus clavo ab ansa curva: is impletur aquis calidis, atque accipit membra laranda. In medio erat torus de lentis ulvis impositus lecto, sponda et pedibus salignis. Hunc sternunt tapete, quem non nisi tempore festo soliti erant depromere: sed et ille tapes et vilis et vetus erat, non erubescendus lecto saligno. Dii accubuerunt. Anus accincta et tremens admovet mensum; verum pes tertius

Bernegg. *produxit.*—647 V. *lev. inde:* alius V. et Capranic. *illa,* quod arridebat Heins.—648 Gebhard. malebat *Torrida terg.* i. e. fumo siccata; nam in uno Pal. erat *Horrida.* Leid. unus *summo pend.*—650 Bothius pro *Exig.* conj. *Eximiam.*—651 Burm. mallet *Inter. mediis.*—652 Magna pars scriptorum *Et sentire mor.* quatuor *et sentire famem.*—653 *Curva* est ex Heins. emend. vulg. *dura.*—656 Plerique vett. *Impositis:* et deinde Regius pro *lecto* conj. *tecto.* Post h. vs. multi inserunt *Concutiuntque* [vel *Consternuntq. Constituuntq.* vel *Conficiuntq.*] *torum de molli fluminis unda.* N. et Fl. S. Marci tres quatuorve versus superiores manu recentiori ascriptos margini exhibent.—659 Unus Ciofani, Capran. V. Cant. sec. et tert. Pal. et decem alii *lect. sed non indigna*

NOTÆ

645 *Admovit*] Annon ea cura mores totamque anicilæ rationem ob oculos ponit Poëta, ut ipsam coram cernere videaris? Ideo autem in re tam facili pedem sisto, ut tironem ex ejusmodi descriptionibus parem sibi in scribendo seu loquendo comparare diligentiam et elegantiam adhorter.

651 *Medias*] Donec fumosum et durum lardum domitum et coctum esset.

654 *Fovendos*] Sacris etiam Literis commendatus utilissimus ille mos, hospitum pedes lavare.

Ponit anus. Mensæ sed erat pes tertius impar:
Testa parem fecit. Quæ postquam subdita clivum
Sustulit; æquatam mentæ tersere virentes.
Ponitur hic bicolor sinceræ bacca Minervæ,
Conditaque in liquida corna autumnalia fæce, 665
Intubaque, et radix, et lactis massa coacti;
Ovaque, non acri leviter versata favilla;
Omnia fictilibus. Post hæc cœlatus eadem
Sistitur argilla crater; fabricataque fago
Pocula, qua cava sunt flaventibus illita ceris. 670
Parva mora est; epulasque foci misere calentes:
Nec longæ rursus referuntur vina senectæ;

mensæ erat dissidens, later fecit æqualem: qui postquam subjectus demsit inæqualitatem, mentæ virides effinxerunt æquatam. Tum apponitur bacca bicolor intemeratæ Palladis, et corna autumnalia defruto condita, et cicoreum, et raphanus, et caseus recens, et ova leviter versata in tepido cinere: atque hæc *omnia in vasibus terreis. Postea sculptus urceus ex eadem terra apponitur, et pocula facta ex fago, obducta ceris flavis, qua parte sunt cava. Breve est tempus, et foci dederunt dapes calidas: neque rursus apponitur vinum vetus; atque* hæc *paulum seposita vicem*

sal. pr. Gron. et unus Heins. *tamen haud indigna.*—663 Multæ Edd. *menta... virenti.* Alii *extersere,* pro *tersere;* et Berolin. *texere.* Nostram lectionem Heins. probat.—665 In uno Pat. *in liquido c. a. melle.* Pr. V. *corn. aut vernalia;* unde Heins. *haud vernalia.*—666 Genev. et pr. A. *Intubaque radix;* unde Heins. *Intubaque radixque.*—668-669 Vulg. *cælat. eodem Sist. argento crat.* in uno Pal. *eodem...argillo;* unde D. Heins. rescripsit *eadem...argilla.*—670 *Qua*

NOTÆ

660 *Accubuere Dei*] Utinam vero, isto exemplo, quam Deo gratæ virtutes frugalitas et hospitalitas, quam in se utiles, quam, vel nullo Deo inhabitante, et pulchræ et jucundæ sint, hominibus liceret seu potius liberet perspicere.

662 *Testa*] Fragmentum aliquod testæ, quod, ne mensa titubaret, pedis brevitati mederetur.

Clivum] Non quidem quod esset, verum quod ob pedis brevitatem esse videretur.

663 *Mentæ*] Quæ attritu gratum odorem emitterent.

664 *Bicolor*] Alia parte virescentibus, altera nigricantibus.

Sinceræ] Quia Minerva, in cujus tutela oliva, quam produxit, virgo est castissima.

665 *Autumnalia*] Quæ Autumno maturescunt; tunc etiam, sicuti et alia, musto condiuntur.

666 *Intuba*] Est intubus seu intubum genus herbæ, sub quo cichoreum etiam intelligitur. *Endive, chicorée.*

Radix] Raphanus a Græcis dicitur. *Des raiforts.*

Lactis coacti] Casei recentis.

670 *Ceris*] Multus est nimirum in ligno expoliendo ceræ usus.

671 *Epulas*] Lardum nempe cum oleribus. Ceterum, utut apparatus levis, et cibi tenues, more tamen

Dantque locum mensis paulum seducta secundis.
Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,
Prunaque, et in patulis redolentia mala canistris, 675
Et de purpureis collectæ vitibus uvæ.
Candidus in medio favus est. Super omnia vultus
Accessere boni: nec iners pauperque voluntas.
Interea, quoties haustum cratera repleri
Sponte sua, per seque vident succrescere vina, 680
Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philemon:
Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
Unicus anser erat, minimæ custodia villæ:
Quem Dis hospitibus domini mactare parabant: 685
Ille celer penna tardos ætate fatigat;

præstant bellariis. Tum nux, tum ficus aridæ junctæ sunt corrugatis dactylis, itemque pruna et mala fragrantia in corbibus, cum racemis collectis ex rubris vitibus. Favus albus est in medio. Læta facies addita est super omnia, et voluntas neque segnis neque parca. Interea cum advertunt urceum repleri per se quoties vacuus esset, atque ultro vina augeri, stupentes novitate timent, et Baucis et pavidus Philemon ad preces confugiunt manibus in cœlum sublatis, et veniam implorant epulis, atque exiguo apparatui. Unicus anser erat, custos vilissimæ villæ, quem domini volebant occidere in gratiam Deorum hospitum. Ille velox pennis lassat lentos annis, et diu

Heins. dedit ex melioribus; vulg. *Quæ*.—673 Hic vs. præcedenti præponendus videtur Heins. Sprotii et duo alii *paul. subducta;* Jun. *reparata*.—675 Berolin. *Primaque*. Fl. S. Marci *pat. volentia mat.* pr. Med. et pr. Hamburg. cum Spirensi *olentia;* alius Med. *dolentia:* Heins. conj. *halantia*, vel *ridentia*. V. pro *mala* habet *poma*.—678 Duo Med. Leid. Barb. et A. *nec inops*.—679 Plurimi *Inter. exhaustum toties erat*. Sixii et unus Mor. *exhausta quoties*. *Toties* quoque pro *quoties* multi habent scripti.—680 Voss. duo Leid. et duo alii *vid. sua crescere vin.* Jun. *concrescere;* unus Med. *succedere*.—682 Hic vs. in uno V. et libris Ma. non apparet. Pr. Gron. *Suscipiunt Bauc*.—683 Pr. Gron. *Ut ven.* unde Heins. *paratib. orent*.—686 Unus Med. *cel. pennas;*

NOTÆ

Romano ordinata cœna; ut ejus ineuntis ferculum, deinde solidiores cibi, novissime bellaria apposita fuerint.

674 *Carica*] Eo nomine appellantur ficus cujus generis in Syria esse Plinius meminit.

Palmis] Dactylos vulgo vocitant. *Des dattes.*

678 *Nec iners voluntas*] Ea vero est quæ apud nos ponit beneficium: nam de vana illa et mendaci, quam garrulis officiorum pollicitationibus, ineptis gesticulationibus, male simulare dicerunt plerique nostri homines, ab omni re bona alieni, de urbano illo latrocinio, inquam, non possit sine odio vir bonus cogitare.

684 *Custodia*] Anseres etiam in Capitolio, quod sopitos custodes ad arcis defensionem adversus Gallos excitavissent, publice ali ex Plutarcho discimus.

Eluditque diu: tandemque est visus ad ipsos
Confugisse Deos. Superi vetuere necari;
Dique sumus; meritasque luet vicinia pœnas
Impia, dixerunt: vobis immunibus hujus 690
Esse mali dabitur: modo vestra relinquite tecta;
Ac nostros comitate gradus; et in ardua montis
Ite simul. Parent ambo, baculisque levati
Nituntur longo vestigia ponere clivo.
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta 695
Missa potest: flexere oculos, et mersa palude
Cetera prospiciunt: tantum sua tecta manere.
Dumque ea mirantur; dum deflent fata suorum:
Illa vetus dominis etiam casa parva duobus,
Vertitur in templum: furcas subiere columnæ: 700

effugit; atque tandem visus est confugisse ad Deos ipsos. Illi prohibuerunt occidi, Diique sumus, inquiunt; et vicinia impia dabit pœnas quas meruit: vobis concedetur esse expertibus hujus cladis: deserite tantum vestras sedes, atque sequimini nostra vestigia, et venite una in cacumen montis. Uterque obsequuntur, et sustentati scipionibus conantur ascendere excelsum montem. Tantum distabant a cacumine quantum jactus sagittæ potest comprehendere: converterunt oculos, et prospiciunt suam domum solam residuam, alia omnia absorpta lacu. Et dum ea stupent; dum lugent sortem suorum, illud antiquum tugurium etiam angustum duobus dominis mutatur in ædem: columnæ vices præstiterunt furcarum, tectum flavescit, et

vulg. *pennis.*—687 Alii *Illuditque.*—689 Tert. Bonon. *merit. luat:* Heins. malebat *luant*, vel *luent:* A. *dabit.*—690 Pro *hujus*, unus Heins. *unis*, quod venustum Burm. judicat.—693 Olim edebatur, *Ite simul. Parent; et Dis præeuntibus ambo Membra levant baculis: tardique senilibus annis Nituntur, &c.* Versus medius in Mss. nonnullis manu recentiore ascriptus est margini. Primum Fl. S. Marci sic exhibet, *Ite simul. Parent ambo, baculisque levatis*, et Spirens. *levati.* Cum cetera additamenta nugatoria viderentur, Heins. pro tribus vs. duo reposuit.—695 N. et sec. Med. *quant. finire sag.*—696 Post h. vs. rursus duo ejecti a Ciofan. et Heins. Sunt autem hi, *Mersa vident, quæruntque suæ pia culmina villæ. Sola loca stabant, dum deflent fata locorum.*—698 *Suorum* vett. alii *locorum.*—699 Pro *parva* Jun. *pena*, quod ortum ex *plena* videtur, idque placebat Burm. *plena duobus*, i. e. tam angusta, ut vix duos caperet.—

NOTÆ

687 *Visus*] Quia tandem ad illos qui se non insectabantur evasit.

692 *Comitate*] Antique; pro, Comitamini.

694 *Nituntur longo*] Nimirum difficile est admodum ab improborum commercio, deinde et pœnis sese extricare: quanquam pro viribus niti si quis cogitat, uteumque ad montis ardua Deus ascendere jubeat, vel in medio clivo possit servari.

700 *Vertitur*] Non est hæc fabula, siquidem bene intelligas: historia est vera, quæ quotidie renovatur, et in æternum manebit. Templa enim fiunt denique, in quibus Spiritus Dei habitat,

Stramina flavescunt; adopertaque marmore tellus,
Cœlatæque fores, aurataque tecta videntur.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite, juste senex, et fœmina conjuge justo
Digna, quid optetis. Cum Baucide pauca locutus, 705
Consilium Superis aperit commune Philemon:
Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
Poscimus: et quoniam concordes egimus annos;
Auferat hora duos eadem: nec conjugis unquam
Busta meæ videam; neu sim tumulandus ab illa. 710
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
Donec vita data est. Annis ævoque soluti
Ante gradus sacros cum starent forte, locique
Inciperent casus; frondere Philemona Baucis,

terra conspicitur strata marmore, janua sculpta, et domus auro oblita: cum Jupiter ejusmodi protulit amico ore: Aperite, juste senex, et fœmina digna justo marito, quid voveatis. Postquam Philemon pauca locutus esset cum Baucide, Diis patefacit commune desiderium: Petimus esse sacerdotes, et servare vestra templa; et quoniam ætatem transegimus unanimes, eadem hora utrumque tollat; neque unquam aspiciam sepulcrum meæ uxoris, neve sim sepeliendus ab illa. Eventus respondet desideriis: fuerunt æditui quamdiu vita concessa est. Confecti annis atque senio cum forte essent ante gradus sacros, et referrent fortunam loci, Baucis vidit Phile-

702 Post h. vs. Codd. ex editis nonnulli et ex scriptis versum exhibent, qui jam supra occurrebat: *Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.*— 703 *Cum* ex scriptis; vulg. *tum.*—704 Tres scripti *conj. digno.*—706 *Consilium* dedit Burm. ex V. Dominic. et Cælest. in uno Ciofani, Capran. et Statii *Indicium:* Edd. vulg. *Judicium.*—710 Berolin. *sim tumulatus.*—712 Heins. malebat *ann. senioque sol.*—713 Novem scripti *sacr. dum.*—714 *Inciperent* ex N. et sec. Med. aliisque Codd. Burm. reposuit: vulg. *Narrarent;* in duo-

NOTÆ

quicumque cum in suo ex argilla tenui ergastulo excipere satagunt.

701 *Flavescunt*] Quia in aurum mutata.

Marmore] Templi solum marmore stratum.

703 *Saturnius*] Jupiter, scilicet, Saturni filius.

707 *Esse sacerdotes*] Stulta porcis, cujusmodi terra est obruta, petitio videbitur, qui non aliud quam se luto et voluptatibus involvere et ingurgitare cupiunt: quibus quidem, modo paululum expectent, sua portio non deerit. Ast enim illis qui, a quo habent omnia, verum Deum cognoscunt, nihil majus videri potest quam cum eo esse, ab illo moveri, illius obsequi voluntatibus, ab ejus nutu pendere, Dei esse, Deum habere, Deos esse denique: quæ omnia et infinita alia ita res una sunt et eadem, in apertissimo sole piis posita, ut ad illa impii planissime cæcutiant.

Baucida conspexit senior frondere Philemon. 715
Jamque super gelidos crescente cacumine vultus,
Mutua, dum licuit, reddebant dicta; Valeque,
O conjux, dixere simul, simul abdita texit
Ora frutex. Ostendit adhuc Tyaneius illic
Incola de gemina vicinos arbore truncos. 720
Hæc mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
Narravere senes. Equidem pendentia vidi
Serta super ramos: ponensque recentia, dixi,
Cura pii Dis sunt, et, qui coluere, coluntur.

Fab. X. Proteus in varias Figuras.

Achelous inter epulas Theseo, quem receperat hospitio, enarrans hos, qui se in alienam figuram vertissent, emiranti casus mortalium, etiam qui in plures figuras abierunt, refert, ut Protea, Neptuni filium, solitum modo in juvenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, et cetera animalia converti, quibus insidias posset eludere.

Desierat: cunctosque et res et moverat auctor: 725

monem frondescere, Philemon senex Baucidem. Jamque fastigio crescente super utriusque faciem, mutuos commutabant sermones, dum licuit; et dixerunt simul, Vale consors, simul arbor obduxit ora condita. Incola Tyaneius ibi adhuc monstrat stipites propinquos factos *ex duobus corporibus. Senes nequaquam mendaces mihi ista retulerunt: neque erat cur vellent mentiri. Equidem vidi corollas pendentes ex ramis; atque affigens novas dixi, Pii sunt curæ Diis, et qui* eos *honoraverunt honorantur.*

x. *Absolverat; et factum et* ejus *causa omnes tetigerat; præsertim Theseum;*

bus Ciofani, Statii, et Cælest. *Narrassent.*—716 *Gelidos* ex Jun. Burm. amplexus est pro vulg. *geminos*, quod mox repetitur. — 719 'Certe suspecta hæc vox, *Tyaneius*, quia Tyana nimis remota a Phrygia: neque quid reponam habeo: sed ut acutiores exercean se, indicabo varias codicum lectiones, in quibus est, *Fineius, Trineius, Thineyus, Thineius, Cineius, Tirinthius, Tirinctius, Chineius, Tyreneus.*' Sic Burm.—720 Edd. vulg. *de gemino v. corpore;* unus V. *de medio;* alter V. Statii, et unus Ciofani *de gemina arbore.*—721 Alii *nec* pro *neque.* In uno Med. *nec erant qui fall.*—724 Sic Heins. emend. nam variant Codd. *Cura Dei Dii sunt* in uno Med. in uno Heins. *Cura Deum sunt isti sint*, in uno Leid. *Cura Deum sunt isti:* Spirensis *sint isti.* Castigatiores certe plerique, *sunt*, non *sint;* et *coluntur*, non *colantur:* Noriens, *Cura*

NOTÆ

719 *Frutex*] Pro stirpe posuit. Mutatus enim est Philemon in quercum; Baucis in tiliam.

Tyaneius] Tyana Cappadociæ urbe in Phrygiam advecto.

Thesea præcipue: quem facta audire volentem
Mira Deum, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur: Sunt, o fortissime, quorum
Forma semel mota est, et in hoc renovamine mansit.
Sunt, quibus in plures jus est transire figuras: 730
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
Nam modo te juvenem, modo te videre leonem;
Nunc violentus aper, nunc, quam tetigisse timerent,
Anguis eras; modo te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras, arbor quoque sæpe videri. 735
Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.

quem cupientem audire miracula a Diis exhibita fluvius Calydonius cubito incumbens ita affatur: Sunt, o generose, quorum figura mutata est semel, atque perstitit in hoc mutatione. Sunt quibus est potestas concedere in plures formas; quemadmodum tibi, Proteu, habitator æquoris cingentis tellurem. Nunc enim te conspexerunt hominem, nunc leonem: modo eras sus ferus, modo serpens quem metuerent tangere: quandoque cornua te fingebant taurum. Sæpe poteras speciem induere saxi, sæpe etiam arboris. Nonnunquam simulans vultus fluidarum aquarum eras fluvius; nonnunquam ignis contrarius aquis.

Deum hi sunt.—727 Cant. *innixus cub.* et sic tredecim alii: nonnulli *nisus*, vel *innisus*. In duobus Ciofan. Briantii et Statii *Cal. heros.*—730 Berolin. *plur. vis.* Unus Med. et Bas. *est transisse.*—731 Unus Mor. et Berolin. *tibi complexo.* Dein tres *terras.*—733 *Quam* pr. Med. et Spirens. vulg. *quem.* Heidelb. *ap. modo te tet.*—734 Heidelb. cum Genevens. *Tigris eras.*—736 Fragm.

NOTÆ

731 *Complexi*] Nam terra omnium elementorum infima, quam aqua ambit.

Proteu] Quis fuerit Proteus iste formam identidem immutans, haud facile est assequi. Deum marinum Neptuni et Phœnices filium faciunt nonnulli; alii Oceani et Tethyos; Herodotus regem dicit fuisse Ægypti, qui Trojani belli temporibus floruerit. Quisquis ille fuerit, non modo varias formas induisse, sed aliis alias induxisse videtur, qui de ejus mutationibus diversissima prodidere. Illas nonnulli Deo, qui Proteus sit, idem in rebus diversissimis, attribuunt: alii materiæ, quæ per varias formas distinguatur: quidam intellectui, qui in res omnes quas cogitat sese immutet; vel etiam veritati, quæ priusquam qualis est menti sese offerat, variis illi phantasmatibus illudat. Proteum deinde mimum artificiosissime quosvis imitantem; vel nautam ventis omnibus utentem; Sophistam, præterea, Philosophum, Magum, Politicum præsertim rebus omnibus sese accommodantem, hic aut ille scripserunt: ut Proteo mutabiliorem esse oporteat qui innumeros quos unus effecit ad omnia velit comitari.

Fab. XI. Metra in varias Species.

Metra Erisichthonis filia, Autolyci uxor, cum parentem animadvertisset, quod in Thessalia lucum Cereris devastasset, gravissimam expertum famis pœnam, omnibus rebus ab eo consumtis, novissime se quoque pro ancilla vendidisset, a Neptuno, qui ejus virginitatem ademerat, petiit ut eis ferret opem. At ille, memor ejus concubitus, cum speciosissima domino tradita esset, ut effugeret ejus servitutem, in piscatorem eam processioris ætatis convertit. Quo eventu in reliquas quoque figuras solita est mutari, ut pretio sui parentem pœnas pendentem alere posset. Cujus exitus fuit talis, ut varios in fame cibos novissime visceribus suis epulari cogeretur.

Nec minus Autolyci conjux, Erisichthone nata,
Juris habet. Pater hujus erat, qui numina Divum
Sperneret; et nullos aris adoleret honores. 740
Ille etiam Cereale nemus violasse securi
Dicitur; et lucos ferro temerasse vetustos.
Stabat in his ingens annoso robore quercus;
Una nemus: vittæ mediam, memoresque tabellæ,
Sertaque cingebant, voti argumenta potentis. 745

xi. *Neque Autolyci uxor, filia Erisichthonis, minori gaudet potestate. Parentem habebat, qui negligeret Deorum imperia, neque præberet ulla thura altaribus. Ille quoque creditur temerasse sylvam Cereri sacram bipenni; atque vastasse lucos antiquos securi. Quercus vasta antiquo ligno in his erat, sola instar sylvæ: vittæ, et tabulæ grati animi indicia, et corollæ, quæ signa erant desideriorum expletorum,*

Theatin. *fac. nitidarum.*—737 Berolin. *ign. contr. und.*—738 Mycillus potius legendum putat *Erisithona.*—740 Berolin. et alii vett. *odores*, pro *honores.* Tres etiam *adhiberet hon.* unus *donaret.*—742 Heidelb. *temer. nefando;* quo recepto, ὁμοιοτέλευτον in medio et extremo versu videtur Bothio vitari.—743 Unus Med. *annoso cortice.*—745 Heins. mallet *argum. potentum.*—748 In

NOTÆ

738 *Autolyci*] Fuit Autolycus Anticleæ, quæ Ulyssem peperit, genitor; furandi scientia a Mercurio donatus; cujus quidem uxor, nomine *Metra*, Erisichthonis filia, varias quoque induere formas solita.

741 *Cereale*] Cereri frugum Deæ consecratum.

744 *Memores*] Gratum eorum animum significantes, qui, Nymphæ, in quercu habitantis, seu magis Cereris beneficio, votorum compotes facti fuerant. Qui mos quidem memores tabellas Diis ex arboribus suspendendi ex poëtis passim cognoscitur.

Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas:
Sæpe etiam, manibus nexis ex ordine, trunci
Circuiere modum: mensuraque roboris ulnas
Quinque ter implebat: nec non et cetera tanto
Sylva sub hac, sylva quanto jacet herba sub omni. 750
Non tamen ideirco ferrum Triopeius illa
Abstinuit; famulosque jubet succidere sacrum
Robur: et ut jussos cunctari vidit, ab uno
Edidit hæc rapta sceleratus verba securi:
Non dilecta Deæ solum, sed et ipsa licebit 755
Sit Dea, jam tanget frondente cacumine terram.
Dixit; et, obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumque dedit Deoia quercus:

complectebantur mediam. Dryades agitaverunt sæpe festivas choreas sub ea. Sæpe etiam manibus conjunctis ex ordine, complexæ sunt magnitudinem stipitis; et mensura ejus exæquabat quindecim ulnas: atque reliquæ arbores non minus huic inferiores erant, quam herba est infra omnes arbores. Non tamen ideo Triopeius avertit securim ab illa; atque servis imperat exscindere sacrum lignum: atque ut vidit jussos morari, correpta securi ab uno scelestus protulit has voces: Quanquam non modo sit Deæ Nympha *cara, sed et ipsa Dea, jam feriet solum frondoso culmine. Dixit, et, dum tollit bipennem in ictus obliquos, quercus Deioia contremuit et gemuit: et folia*

libro Statii aliisque vett. *Circuiere* sine *m*: unus Med. *Concurrere.* Unus etiam Leid. *domum* pro *modum.*—750 Sic Heins. emendat: vulg. Edd. *hac, quantum fuit h. sub illa.* Fl. S. Marci, Bernegg. pr. Hamburg. Cant. pr. Gron. pr. tert. quart. Med. Spirens. et alii multi, *tanto* et *quanto.* Deinde, *fuit herba sub omni* in plerisque castigatioribus; nisi quod in pr. Erfurt. pr. Gron. et uno Heinsii, *jacet herba sub omni.* Ro. *Sylva quantum fuit herba sub illa:* pr. Med. *quanto fuit herba sub arbore.*—751 Berolin. *Nec tamen.* Quidam volunt *Dryopeius*, et sic omnes Mss. teste Gierig. Berolin. *Dr. ab illa.*—752 Heins. cum uno suo mallet *famulisque.* Bas. etiam *succid. truncum.*—753 O. et tres alii *ab ore;* Lov. *ab una:* Heins. malebat *ad unum*, scil. edidit verba.—754 Berolin. *Ed. erepta.*—755 Jun. *ips. liquebit.*—757 Berolin. *telum dum.*—758 Olim edeb. *ded. decidua querc.* quod quidam in *Dodonia* mutabant: *Deoia* est ex Heins. emend. ἀπὸ τῆς Δηοῦς· nam variant Codd. *De vulnere quercus* plurimi vett. nonnulli *deciduæ* (quam scripturam Vossius Art. Gram. II. c. 17. est amplexus, sed repugnante metro) vel, *jam decida*, vel, *mox decida.* Ex vetustioribus Fl. S. Marci, N. Bernegg. pr. Hamburg. pr. V. sec. tert. Med. pr. Gron. Noricus, et sex alii, *Deoida: Deida* prim. Pal. et pr. Mor. *Theoida*

NOTÆ

746 *Dryades*] Nymphæ sylvas incolentes, quarum vita in quercubus præsertim, a quibus nomen acceperunt.

751 *Triopeius*] Erisichthon, Triopæ filius.

755 *Deæ*] Cereri, scilicet.

758 *Deoia*] Cerealis; ἀπὸ τῆς Δηοῦς, a Cerere.

Et pariter frondes, pariter pallescere glandes
Cœpere; ac longi pallorem ducere rami. 760
Cujus ut in trunco fecit manus impia vulnus;
Haud aliter fluxit, discussa cortice, sanguis;
Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus
Concidit, abrupta cruor e cervice profusus.
Obstupuere omnes: aliquisque ex omnibus audet 765
Deterrere nefas, sævamque inhibere bipennim.
Aspicit hunc, Mentisque piæ cape præmia, dixit
Thessalus: inque virum convertit ab arbore ferrum:
Detruncatque caput; repetitaque robora cædit.
Editus e medio sonus est cum robore talis: 770
Nympha sub hoc ego sum, Cereri gratissima, ligno:
Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum
Vaticinor moriens, nostri solatia leti.
Persequitur scelus ille suum: labefactaque tandem

simul et glandes cœperunt pallescere, et rami protensi humescere sudore. In cujus stipite postquam manus impia impegit plagam, non aliter cruor manavit disjecto cortice, quam solet sanguis emissus ex cervice aperta, cum taurus magnus procubuit victima pro altaribus. Omnes admirati sunt; atque aliquis inter ceteros non veretur dehortari flagitium, atque removere securim. Thessalus hunc intuetur, atque, inquit, Sume mercedem animi pii: et convertit bipennem ab arbore in virum, et abscindit caput, et abscindit quercum repetitam. Vox ejusmodi prodiit e media arbore: Ego sum Nympha carissima Cereri sub hoc ligno, quæ obiens tibi prædico pœnas tuorum scelerum adesse, quæ sunt *consolatio nostræ mortis. Ille perficit*

fragm. Theat. et duo alii, *Dodoyda*, *Dedoida*, *Dedonida*, et similia.—760 Unus Med. *ac magni sudore madescere ram.* in aliis etiam *sudore madescere:* Barb. *sudorem ducere.* Schepperus vult *languorem ducere.* Vulgata placet Heins.—761 Heidelb. *Hujus ut.*—762 Olim *discusso.* Plerique, *discusso sanguine cortex:* Heins. mavult, aut cum quart. Med. *discussus sanguine cortex;* aut cum uno Strozzæ, *discussa cortice sanguis:* unus Heins. et Menard. *deciso cort.*—764 *Profusus* dedit Heins. ex pr. Bas. pr. Gron. et aliis; vulg. *profundi.*—765 Heins. conj. *Obstup. animis*, quia *omnibus* mox sequitur.—766 *Bipennim* Burm. recepit ex Sprotii et Med. uno. vulg. *bipennem:* Bas. unus et Urbin. *securim.*—767 Bas. *Meritique tui.*—768 Cant. *vir. detorsit* probante Burm.—770 In ambobus Dominic. Ma. et Cælest. *Cum son. auditur med. de rob.* Aldinus: *Ed. e med. son. est de rob. Redditus en med. son. est de r.* Arg. quod placebat Heinsio: *quoque robore* unus Heins. *Edita de med. vox est at r.* Gron. pro var. lect. *editus et med.* duo: *redditus* totidem. In uno Ciofani *tunc rob.*—774 Multi

NOTÆ

765 *Aliquis*] Ex servis, scilicet: quanquam aliter Callimachus.

768 *Thessalus*] Erisichthon.

Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor 775
Corruit, et multam prostravit pondere sylvam.
Attonitæ Dryades damno nemorisque suoque,
Omnes germanæ, Cererem cum vestibus atris
Mœrentes adeunt; pœnamque Erisichthonis orant.
Annuit his: capitisque sui pulcherrima motu 780
Concussit gravidis oneratos messibus agros:
Moliturque genus pœnæ miserabile, si non
Ille suis esset nulli miserabilis actis,
Pestifera lacerare Fame. Quæ quatenus ipsi
Non adeunda Deæ, (neque enim Cereremque Famemque 785
Fata coire sinunt,) montani numinis unam
Talibus agrestem compellat, Oreada, dictis:
Est locus extremis Scythiæ glacialis in oris,
Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus;
Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque, 790

facinus suum, atque arbor denique evicta ictibus innumeris, et attracta funibus collapsa est, et dejecit multas arbores pondere. Dryades exterritæ strage sylvæ et sua, omnes sorores accedunt ad Cererem lugentes cum pullis vestimentis; atque rogant supplicium Erisichthonis. Illis assentitur, et formosissima agitavit campos graves messibus copiosis nutu sui capitis: atque parat genus mortis miserandum, nisi ille nulli esset flendus suis flagitiis; parat *discerpere fame crudeli. Quæ quia non convenienda ipsi Divæ, neque enim fata putiuntur Cererem et Famem concurrere, alloquitur ejusmodi verbis unam Oreadem agrestem potentiæ montanæ: Est locus in ultimis regionibus gelidæ Scythiæ, solum lugubre, terra infœcunda, sine segete, sine arboribus: frigus ignavum, et pallor et tremor illic sedes habent, cum vacua*

Codd. *Prosequitur scel.* Pro *suum* pr. Mor. *tamen.*—775 Nonnulli Codd. et Edd. *abductaque.*—776 Et hic magna varietas lectionum: multi, *terram* pro *sylvam.* Alii, *prosternit;* alii, *prostravit corpore, sanguine,* vel *vulnere. Multas silvas* unus Heinsii.—777 Ex quibusdam Codd. Heins. *nemorisque* profert; alii *nemorumq.*—778 Barb. *Et nece germanæ;* unde Heins. conj. *nece germana.*—779 Bonon. et alius, probante Burm. *Mœrentesque.*—784 Berolin. *quaten. illi.*—785 *Deæ est* maxima pars scriptorum.—786 Menard. Cod. *moturam num. iram.*—787 Bothius vult *Tal. agrestis.*—788 Fragm. Theatin. *extr. Scythies.*—789 Gron. unus *ster. sin. fronde.*—790 Mycillus conj. *ill. habitat;* et ita in

NOTÆ

782 *Miserabile*] Quod ad misericordiam quosvis commoveret.

785 *Neque enim*] Utinam vero Christianis nostris, quod Ethnicus docuit, liberet cognoscere; Christianis, inquam, qui Deo conjuncti, ut sese falso gloriantur, illi juxta sibique ejusmodi non verentur aggregare, quæ referre injurium videtur.

787 *Oreada*] Montanam nympham. Ἀπὸ τοῦ ὄρους, a monte, enim quasdam cognominavit superstitiosa antiquitas.

788 *Scythiæ*] Quæ Europæ est regio, in Asiam vastissime prorumpens.

Et jejuna Fames : ea se in præcordia condat
Sacrilegi scelerata, jube : nec copia rerum
Vincat eam ; superetque meas certamine vires.
Neve viæ spatium te terreat ; accipe currus :
Accipe, quos frænis alte moderere, dracones. 795
Et dedit. Illa dato subvecta per aëra curru
Devenit in Scythiam : rigidique cacumine montis
(Caucason appellant) serpentum colla levavit :
Quæsitamque Famem lapidoso vidit in agro,
Unguibus, et raris vellentem dentibus herbas. 800
Hirtus erat crinis ; cava lumina : pallor in ore :
Labra incana situ : scabræ rubigine fauces :
Dura cutis, per quam spectari viscera possent :
Ossa sub incurvis extabant arida lumbis :
Ventris erat pro ventre locus : pendere putares 805
Pectus, et a spinæ tantummodo crate teneri.

Fame : fac ea se abdat in viscera nefanda impii. Neque bonorum affluentia eam superet ; et vincat meam potentiam contentione. Ne vero loci distantia te moveat, sume currus, sume dracones, quos potenter regas frænis : atque dedit. Illa vecta curru oblato per aërem pervenit in Scythiam : atque levavit cervices draconum in vertice montis prærupti (vocant Caucason) ; atque intuita est Famem expetitam in campo saxis obsito, quæ carpebat unguibus et dentibus rara gramina. Capillus erat hispidus ; oculi depressi ; pallor in vultu ; labia albicantia squalore ; fauces asperæ rubigine ; pellis dura, per quam præcordia possent cerni : ossa exsiccata eminebant sub lumbis gibbosis. Locus alvi erat pro alvo : crederes pectus esse suspensum, et teneri tan-

uno Leid.—792 Magna pars Codd. *ne copia.*—795 Cant. *Aspice, quos.* Gebhard. Crepund. II. 17. ex Mss. legit, *alites moderere,* et quia primam brevem esse norat, vocem contrahit in duas syllabas : *quos apte modereris* Vivian. et unus Heins. *altos* Jun. et Cant. *altis:* pr. Bas. et Mor. *moderare* plurimi.—796 Med. Pal. et plurimi alii *dat. subjecta.*—797 *Cacumine* Heins. dedit ex plurimis vett. vulg. *cacumina.*—798 Unus Heins. *serpentina colla.*—800 Unus Bonon. *et raras,* quod et Heinsius prætulit : *raris* ex Leid. aliisque Burm. placet. Unus Voss. *ac atris ;* multi alii *duris.*—802 Multi libri *Labraque cana,* et unus *nigra.* Deinde plurimi *siti. Scabræ...fauces* ex V. Ursini, Dominic. Cælest. uno Ma. et aliis ; vulg. *scabri...dentes :* in uno Leid. *scabræ...malæ :* Genevens. *livent. rub. faue.*—803 Unus Med. *Dira cut.* Arg. *Dirca.* Burm. etiam probat

NOTÆ

792 *Sacrilegi*] Erisichthonis, scilicet.

793 *Meas*] Quæ in alendo et exsaturando sitæ sunt.

795 *Alte*] Per aëra nempe, ut ad Scythiam altissimam regionem perveniret.

Dracones] Qui Cereris jugales, ejus currum trahere finguntur.

798 *Caucason*] Qui Scythiæ mons est altissimus, perpetuis nivibus horridus.

806 *Spinæ crate*] Pro ipsa dorsi

Auxerat articulos macies, genuumque rigebat
Orbis, et immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut vidit (neque enim est accedere juxta
Ausa) refert mandata Deæ; paulumque morata, 810
Quanquam aberat longe, quanquam modo venerat illuc,
Visa tamen sensisse Famem; retroque dracones
Egit in Hæmoniam, versis sublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamvis contraria semper
Illius est operi) peragit; perque aëra vento 815
Ad jussam delata domum est; et protinus intrat
Sacrilegi thalamos: altoque sopore solutum
(Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis:
Seque viro inspirat, faucesque, et pectus, et ora
Afflat; et in vacuis spargit jejunia venis. 820

tum a texto spinæ. Macies amplificaverat nodos, et orbis genuum tumebat, et tubera extabant immenso talo. Cum advertit eam procul, (neque enim ausa est propius accedere,) memorat jussa Deæ; et cum paululum substitisset, tametsi longe stabat, tametsi modo venerat illuc, visa tamen sensisse famem; et excelsa retro flexit serpentes in Thessaliam mutatis habenis. Fames exequitur jussa Cereris, quanquam est semper opposita illius actioni: atque vecta est vento per aërem ad domum præscriptam; et statim subit cubiculum scelesti, et fovet ambabus alis virum pressum profundo somno (tempus erat noctis); et se insinuat in illum, et inficit anhelitu et gulam, et pectus, et ora, et effundit famem per

lect. Cod. Lov. *quam numerari.*—804 Bas. *sub incussis.*—807 *Rigebat* Heins. dedit ex plurimis Codd. alii *tumebat.*—808 Langerm. *Orb. et in magno prod.* Fl. S. Marci, et unus Bonon. *prod. tubera talo;* quod et Heins. placet.—812 Berolin. *Fam. est.* Deinde sec. Med. et N. *mæstosque;* Heins. conj. *fessosque.*—814 Heidelb. *quanquam contr.*—815 Pro *vento,* N. sec. Med. pr. Bas. pr. Hamburg. et pro diversa lect. Fl. S. Marci, *recta.*—816 Leid. *Ad miseram del.* Sprotii *Injussam.* Pal. Med. unus, et Heidelb. *delapsa.*—818 *Erat* Heins. dedit ex Bernegg. pr. Erfurt. pr. Hamburg. aliisque nonnullis; vulg. *enim.* Plurimi vett. *alis;* Edd. multæ *ulnis.*—819 O. et Voss. *fauces, et:* duo libri *faciemque, et.* Dein Berolin. *pectora;* et unus Med. *pectus et aures.*—820 *Spar-*

NOTÆ

spina, in cratis modum compacta.

807 *Auxerat*] Aucti nempe videntur, cum sine adjunctis carnibus conspiciuntur.

813 *Hæmoniam*] Thessaliam dicit, quæ a suis regibus Pelasgicum, Argos, Hellas, Dryopis, aliis itemque nominibus insignita.

814 *Quamvis*] Assiduum enim Famis opus Cereris fruges, quibus alma Dea voracem profligat, avide consumere, illarumque vires infringere.

818 *Alis*] Apposite profecto; ut edendi impetus, qui aliis hominibus remissior, Erisichthonem, quem nunquam desereret, celeriter invaderet.

Functaque mandato fœcundum deserit orbem;
Inque domos inopes assueta revertitur arva.
Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
Mulcebat. Petit ille dapes sub imagine somni:
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat; 825
Exercetque cibo delusum guttur inani:
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.
Ut vero est expulsa quies; furit ardor edendi:
Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.
Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër, 830
Poscit; et appositis queritur jejunia mensis:
Inque epulis epulas quærit: quodque urbibus esse,
Quodque satis populo poterat, non sufficit uni.
Plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.
Utque fretum recipit de tota flumina terra, 835
Nec satiatur aquis, peregrinosque ebibit amnes;
Utque rapax ignis non unquam alimenta recusat;
Innumerasque faces cremat; et, quo copia major

nanes venas: et postquam jussu perfecisset, recedit ab ora fertili, et redit ad sedes vacuas et campos solitos. Placidus sopor reficiebat adhuc Erisichthonem mitibus pennis. Ille flagitat epulas per simulacra soporis, et agitat os vacuum, et lassat dentem in dente, et negotium facessit gutturi decepto esca vana, et frustra absorbet subtilem ventum pro dapibus. Postquam vero sopor excussus est, desiderium vorandi sævit, et imperium habet et in gulam famelicam et in præcordia voraginosa. Et sine cunctatione, petit quod mare, quod tellus, quod aër pascit; et queritur de fame mensis stratis: et quærit dapes in dapibus: atque soli non est satis quod poterat esse satis civitatibus et plebi. Et quo plura devorit in abdomen, plura optat. Atque ut mare recipit amnes de universa terra, neque cumulatur aquis, et absorbet fluvios dissitos; et sicut ignis vorax nunquam respuit escam, et consumit

git ex plurimis optimis Heins. profert; vulg. *peragit:* Gron. Pal. et alii *ut i. v. peragat.*—822 Vulg. *assuetaque vertitur antra.* Scripti maxima ex parte, *assueta revertitur antra;* quidam etiam, *arva,* quos inter prim. Med. pr. Mor. uterque Hamburg. Bernegg. et pr. R. quod et Heins. placet: nam *lapidosum agrum,* non *antrum,* Fami paulo ante assignasse Poëtam; et *domus inopes, antra* familiarem Nasoni appositionem esse.—825 Berolin. *dente refringit.*—826 Fl. S. Marci, et unus Med. unusque Bonon. *cib. desuetum.*—829 Nonnulli libri *emersaque* vel *immersaque visc.* Tert. Gron. et Berolin. *guttura* pro *visc.*—834 Prior Gronovii, *Plusque sitit,* quod Heins. venustum judicat, nempe quia *sitire* omnino, cupidum esse. Idem cum Græviano aliisque nonnullis *capit* etiam posse legi putat.—838 Unus Heins. *Innumeraque cremat res.* Arg. *Innum. do-*

NOTÆ

825 *Vana*] Quæ inania frustra movebat.

Est data, plura petit; turbaque voracior ipsa est:
Sic epulas omnes Erisichthonis ora profani 840
Accipiunt, poscuntque simul. Cibus omnis in illo
Causa cibi est: semperque locus fit inanis edendo.
Jamque fame patrias altique voragine ventris,
Attenuarat opes: sed inattenuata manebas
Tum quoque, dira fames; implacatæque vigebat 845
Flamma gulæ. Tandem, demisso in viscera censu,
Filia restabat, non illo digna parente.
Hanc quoque vendit inops. Dominum generosa recusat:
Et vicina suas tendens super æquora palmas,
Eripe me domino, qui raptæ præmia nobis 850
Virginitatis habes, ait. (Hæc Neptunus habebat.)
Qui prece non spreta, quamvis modo visa sequenti
Esset hero, formamque novat, vultumque virilem
Induit, et cultus piscem capientibus aptos.
Hanc dominus spectans, O qui pendentia parvo 855
Æra cibo celas, moderator arundinis, inquit,

infinita tigna; et quo major abundantia est concessa, plura poscit, et est rapacior ipso numero: ita os impii Erisichthonis capit omnes dapes, atque simul petit. Omnes epulæ sunt causa epularum in illo; et spatium fit semper vacuum vorando. Jamque minuerat divitias a patre acceptas fame et ingluvie immensi abdominis: sed fames crudelis tum quoque integra supererat; et ardor ventris impatientis vigebat. Denique reditu in præcordia deturbato, nata supererat, non merita ejusmodi patrem. Egenus hanc etiam vendit. Cordata abhorret ab hero; atque porrigens suas manus super maria proxima, O, inquit, qui gaudes pramio virginitatis nobis sublatæ, vindica me a domino. Neptunus iis gaudebat: qui prece nequaquam neglecta, quanquam nunc conspecta esset a domino comitante, et mutat figuram, et faciem virilem tradit, et cultus idoneos piscatoribus. Herus hanc aspiciens, O, inquit, gubernator virgæ, qui tegis hamos pendentes exigua esca, sic æquor sit tibi

mos; Heins. cum Flor. S. Marci; Exc. I. Mor. et uno suo mallet *trabes.* Nonnulli etiam *cremans.* — 839 Alii *pl. capit;* Bonon. *sitit:* Berolin. etiam *placent.*—841 In eodem *ill. est;* et vs. seq. *est* omiss.—843 Cant. Med. et quatuor alii *altaque.*—844 *Manebas* Heins. recepit ex N. Urbin. sec. Med. et tribus aliis; vulg. *manebat.*—845 Unus Leid. et duo alii *Tu quoq.* sed tunc Burm. putavit *rigebas* legendum. Cant. etiam *dura fam.* Quidam Codd. *impacatæque.*—846 Berolin. et Heidelb. *gul. et tand.* Heidelb.—850 *raptæ qui.*—852 Vett. libri *quamv. ea vis.* Leid. et alius *nunc.*—853 Burm. mallet cum quibusdam *form. novam.* Pr. Gron. *vult. senilem.*—854 Alii *et vultus.* D. Heins. etiam vult *pisces;* sed plurimi Codd. et Edd. *piscem.* Dein *captantibus* habent Exc. I. sec. Pal. et duo Med.—855 Heins. volebat *pendent. parco.*—

NOTÆ

853 *Hero*] Domino, cui a patre Metra vendita.

856 *Celas*] Ita vero piscibus illudunt piscatores, æreum seu ferreum

Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda
Credulus, et nullos, nisi fixus, sentiat hamos:
Quæ modo cum vili turbatis veste capillis
Littore in hoc steterat, (nam stantem in littore vidi,) 860
Dic ubi sit: neque enim vestigia longius extant.
Illa Dei munus bene cedere sentit: et a se
Se quæri gaudens, his est resecuta rogantem:
Quisquis es, ignoscas; in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi; studioque operatus inhæsi. 865
Quoque minus dubites, sic has Deus æquoris artes
Adjuvet, ut nemo jamdudum littore in isto,
(Me tamen excepto,) nec fœmina constitit ulla.
Credidit; et verso dominus pede pressit arenam;
Elususque abiit. Illi sua reddita forma est. 870
Ast ubi habere suam transformia corpora sentit,
Sæpe pater dominis Triopeida vendit. At illa
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat:

placidum, sic sit tibi piscis facilis in aqua, neque ullos uncos sentiat nisi correptus; aperi ubi sit puella, *quæ modo erat in hoc littore cum amictu tenui coma incondita (namque intuitus sum stantem in littore); neque enim pedum signa longius apparent. Illa advertit Dei donum in usum verti, atque lætans se a se expeti, ita respondit petenti: Quisquis es, veniam concedas; in nullam partem detorsi oculos ab isto mari, atque affixus sum operi,* illi *studens. Et quo minus diffidas, ita Deus maris faveat isti* meo *studio, ut nullus jam diu, neque ulla puella constitit in isto littore, si me excipias. Herus fidem adhibuit, et calcavit arenam pede reflexo, et deceptus excessit. Sua figura est illi restituta. At postquam parens advertit suam filiam habere corpus mutabile, sæpe vendit dominis: et illa nunc equa, nunc avis, vacca*

856 Cant. *Fila cib.* Med. etiam *velus.*—858 Cant. et nonnulli alii *et nullus.* Pr. Gron. *nis. captus.*—859 Barb. *cum viridi;* et sic Berolin.—861 Alii *sensit.*—865 Unus Mor. *studiisque. Operatus* Heins. protulit ex tert. Med. et Thuan. vulg. *oneratus:* Voss. *operosus;* Gron. et Sprotii *intentus.* Lov. etiam habet *adhæsi.* Berolin. denique *studiis intentus inhæs.*—869 Arg. *ped. pressus.*—870 Quart. Med. *sua forma relicta est.*—871 Bothius pro *suam* conj. *satam.* Berolin. *corp. sensit.*—872 Cant. *pat. domino Tr.* Unus Cod. *Triopæam tradit;* edd. vulg. etiam *tradit:* N. *vendidit*, omisso *at: vendit* est ex Gron. et sex

NOTÆ

hamum esca aliqua tegere soliti.

872 *Triopeida*] Metram dicit, ipsius Erisichthonis filiam, Triopæ neptim.

873 *Abibat*] Varias hujus Metræ mutationes nonnulli ad magicas artes referunt, vel ad formam qua procis illudebat; Tzetzes ad varia dona, quæ nondum vulgato pecuniæ usu ab illis accipiebat; quorum quidem donorum non inepte formam induisse Metram Thessali dicebant; siquidem pro illis turpiter veniebat. Alii aliter exponunt, qui diversis Metræ mutationibus diversa liberorum erga parentes of-

Præbebatque avido non justa alimenta parenti.
Vis tamen illa mali postquam consumserat omnem 875
Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo;
Ipse suos artus lacero divellere morsu
Cœpit, et infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiam mihi sæpe novandi
Corporis, o juvenes, numero finita potestas. 880
Nam modo, quod nunc sum, videor: modo flector in anguem:
Armenti modo dux vires in cornua sumo.
Cornua, dum potui: nunc pars caret altera telo
Frontis, ut ipse vides. Gemitus sua verba secuti.

nonnunquam, interdum cervus discedebat, et exhibebat cibos injustos famelico patri. Postquam tamen illa morbi rabies exhauserat omnem copiam, atque auxerat vim atrocis mali; ipse occœpit discerpere sua membra morsu voraci, et miser sustentabat corpus destruendo. Quamobrem hæreo in alienis! Mihi quoque est vis numero statuta sæpe mutandi corporis. Nam aliquando conspicior quod nunc sum; nunc vertor in serpentem: nunc dux armenti induo vires in cornua: cornua quandiu fecit: nunc pars una frontis spoliata est armis suis, *ut ipse cernis. Gemitus sunt secuti voces.*

aliis.—876 Lov. *dederantque;* unde Burm. *deerantque.* Tres libri *mala pab.* Alter Erfurt. *pab. monstro.*—879 Pr. Gron. et unus. Pat. *mor. exemplis.* Heidelb. habet *nov. est.*—880 O. et tres alii *num. infinita.*—881 *Quod* Heins. protulit ex pr. Gron. pr. Erfurt. et duobus aliis; vulg. *qui.* Unus etiam Heins. *mutor in angu.* Gron. *vertor.*—883 *Dum potui* Heins. dedit ex Exc. I. Fl. S. Marci, N. sec. Med. et Arund. cum aliis quibusdam; vulg. *sumsi:* Briantii, tert. Med. et sec. V. *gessi.*—884 *Sua* est ex emend. Heins. quod Cod. Zulichemianus confirmat; unus Med. *sibi:* vulg. *sunt.*

NOTÆ

ficia, quæ tamen illibata vitæ castitate sint præstanda, volunt intelligi. Atque equidem suum usum possunt hæ omnes habere explicationes.

874 *Non justa*] Quia dolo malo et furtis quæsita.

878 *Infelix*] Quamobrem atrocissimo supplicio mactatum impium Erisichthonem poetæ ad posteros transmiserint, supervacaneum est dicere. Illud magis annotandum, Erisichthones esse quicunque ventri dediti non alium vitæ finem, non alium quam voluptatem Deum agnoscunt; quos quidem sua ingluvie male perituros, utut ipsum ventrem Deus non destrueret, res ipsa vociferatur. Multa insuper, ut non unius generis esse quos vanarum rerum fames inexplebilis non sine Dei contemtu torqueat, mihi essent proferenda: sed admonuisse, pio, qui, nisi summi boni et Dei causa, rem nullam curat, satis fuerit.

879 *Moror*] Achelous, de quo supra, Theseum et Lelegem alloquitur.

880 *Numero*] Ternario nempe; non enim quamlibet, ut alii, sed hominis, draconis, tauri denique tantum formam Achelous fatetur induisse.

883 *Telo*] Cornu nimirum, quod Achelon Achilles eripuit, ut in sequentibus videbimus.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER IX.

Fab. I. Achelous in varias Figuras.

Deianira Œnei filia, Ætolarum virgo speciosissima, cum a multis peteretur, pater constituit ei conjugio daturum, qui luctandi causa veniret, vinceretque. Manentibus itaque e numero petentum duobus, Acheloo flumine et Hercule, quia reliqui ob metum cesserant, in certamen processum est. Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in speciem draconis, novissime in tauri figuram conversus, astitit. Quem Hercules, ut amplexus est reluctantem, alterum cornu, quod implicuerat brachiis, rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate adversarii viribus cessit. At Nymphæ Naiades, fluminis filiæ, effecerunt, ut id quod ereptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus replerent: ut apud posteros maximum haberet fructum et mirationem. Itaque Cornucopia effectum est, ut diceretur omnibus temporibus.

Quæ gemitus, truncæque Deo Neptunius heros
Causa rogat frontis: cum sic Calydonius amnis

1. *Heros Neptunius petit quæ sit causa gemitus Deo, et frontis mutilatæ; cum*

NOTÆ

1 *Truncæ*] Quia cornu altero carebat. 2 *Calydonius*] Achelous nempe, ut jam sæpe vidimus.
Neptunius] Thesens est Neptuni, ab Ægeo patre, nepos.

Cœpit, inornatos redimitus arundine crines:
Triste petis munus: quis enim sua prælia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine. Nec tam 5
Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est:
Magnaque dat nobis tantus solatia victor.
Nomine si qua suo tandem pervenit ad aures
Deianira tuas; quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit spes invidiosa procorum. 10
Cum quibus ut soceri domus est intrata petiti;
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit et Alcides. Alii cessere duobus.
Ille Jovem socerum dare se, famamque laborum,
Et superata suæ referebat jussa novercæ. 15
Contra ego: (turpe Deum mortali cedere duxi:

fluvius Calydonius sic orsus est, cinctos habens crines incomtos junco: Poscis lugubre officium: quis enim superatus velit narrare sua certamina? Tamen narrabo ordine: neque tam dedecori fuit superari, quam gloriæ certasse; et tantus victor nobis præbet magnam consolationem. Si quædam Dejanira tandem pervenit ad aures tuas suo nomine, fuit olim puella formosissima, et spes invidiosa multorum amatorum. Cum quibus ut subii domum soceri expetiti, Habeto me generum, dixi, fili Parthaonis. Alcides dixit etiam. Ceteri cesserunt duobus. Ille dicebat se offerre Jovem socerum, et gloriam laborum, et mandata suæ novercæ evicta. Ego contra (indecorum credidi Deum cedere mortali: ille nondum erat Deus): Vides

3 Tert. Med. *Cæp. inauratos.*—6 Τὸ *est* post *decorum* omittunt Pal. Berolin. et alii.—12 Berolin. *dix. Pareone.*—14 Græviana *summamque*, quod Heins. arridebat.—16 Cum antea *dixi* vulgaretur, Heins. ex uno Strozzæ *duxi* recepit. Quanquam ne sic quidem verba satis bene juncta procurrunt. Itaque idem suasit aut *ducens*, aut sic: *Contra ego, turpe ratus mortali cedere, dixi.*—

NOTÆ

3 *Arundine*] Corona ex arundinibus, quibus fere fluviorum ripæ abundant.

4 *Sua prælia commemorare*] Quod tamen Acheloo faciendum, ut ex sequentibus patebit.

7 *Tantus*] Quantus fuit Hercules, a quo superatus Achelous.

8 *Qua*] Redundare videtur vox ista, quæ tamen aliquam habet emphasim.

Tandem] Pro, Aliquando; sed magis servit affectui.

9 *Deianira*] Œnei Ætoliæ regis filia, deinde Herculis uxor.

12 *Parthaone nate*] Œneus est, cui tamen Homerus Portheum patrem assignat.

13 *Dixit*] Ut se, scilicet, generum acciperet.

Cessere] Ut jam Deianiram uxorem non peterent.

14 *Socerum*] Siquidem enim Jupiter, Herculis genitor, Deianiræ socer fuisset.

Laborum] Decantatos illos in sequentibus videbimus.

15 *Novercæ*] Junonis, scilicet, quæ Jovis conjux, cujus jussu, per Eurystheum, tot labores subivit Hercules.

Nondum erat ille Deus:) Regem me cernis aquarum,
Cursibus obliquis intra tua regna fluentum:
Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
Sed popularis ero, et rerum pars una tuarum. 20
Tantum ne noceat, quod me nec regia Juno
Odit, et omnis abest jussorum pœna laborum.
Nam quod te jactas Alcmena matre creatum;
Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.
Matris adulterio patrem petis. Elige, fictum 25
Esse Jovem malis, an te per dedecus ortum.
Talia dicentem jamdudum lumine torvo
Spectat; et accensæ non fortiter imperat iræ,
Verbaque tot reddit: Melior mihi dextera lingua.
Dummodo pugnando superem; tu vince loquendo. 30

me moderatorem aquarum currentem fluxu obliquo per tuum regnum: neque ero gener peregrinus tibi missus a regionibus exteris, sed popularis, et pars una rerum tuarum. Solummodo ne obsit, quod neque regia Juno me odio habet, et omnis pœna laborum præscriptorum abest. Nam quod gloriaris te natum Alcmena matre, aut Jupiter est pater fictus, aut verus flagitio. Vocas patrem stupro matris. Dispice an malis Jovem esse fictum, an te natum per opprobrium. Aspicit me *jamdiu talia proferentem infensis oculis, neque satis reprimit ardentem iram; atque tot voces reponit: Manus mihi* est *fortior lingua: dummodo vincam certando, tu prior esto*

17 N. pr. et sec. Med. et duo alii cum Norico *Regem;* vulg. *Dominum;* multi vett. *Numen.*—18 *Intra* ex pr. V. et tribus aliis; vulg. *inter.* Pr. Gron. et Zulich. *regn. vagantem;* unus A. *meantem;* Berolin. *fluentem.*—19 In Cod. Menard. *extern. venio tib.* in uno Ciof. *extern. transmissus.*—20 Lov. *pars priva,* i. e. propria; quod Burm. vix credit ab indocto librario profectum; ita illum dicere, se totum esse in ejus regno et ditione. In Berolin. *et* deest; quod non omnino displicet Bothio, si hæc ita legas et distinguas: *Sed, popularis, ero rerum pars priva tuarum;* i. e. popularis cum sim.—21 Berolin. *Ne noccat tantum.*—23 Sec. Pal. *quo te* cum nota interrogationis: Lov. *quo tu.*—25 Capoferreus *Matris...petis* per interrogationem efferendum censet. Pro *fictum* Jun. repetit *falsum.*—27 Pro *torvo.* Leid. *torto,* ut II. 787. 'obliquum lumen,' quod Burm. comparat. At ibi de invidia sermo est, nunc de ira.—

NOTÆ

17 *Nondum*] Nam postea in cœlum relatum videbimus.

18 *Tua*] Achelous nempe Ætoliæ est fluvius, quam ab Acarnania dividit.

21 *Tantum ne*] Acutissime ea excusat quæ sibi laudi, Herculi probro, ducenda videbantur.

22 *Pœna*] Odio enim tantis laboribus Herculem Juno objecit, ut postea videbimus.

23 *Alcmena*] Cum qua, Electryonis filia, Amphitryonis vero uxore, Jupiter mariti formam indutus rem habuit: unde natus Hercules.

Congrediturque ferox. Puduit modo magna locutum
Cedere. Rejeci viridem de corpore vestem;
Brachiaque opposui: tenuique a pectore varas
In statione manus; et pugnæ membra paravi.
Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis, 35
Inque vicem fulvæ jactu flavescit arenæ.
Et modo cervicem, modo crura micantia captat;
Aut captare putes: omnique a parte lacessit.
Me mea defendit gravitas; frustraque petebar.
Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus 40
Oppugnant: manet illa; suoque est pondere tuta.
Digredimur paulum: rursumque ad bella coimus;
Inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque
Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, et frontem fronte premebam. 45
Non aliter fortes vidi concurrere tauros,

fabulando. Atque sævus me *adoritur. Puduit modo professum magna cedere. Deripui amictum glaucum a corpore, atque opposui lacertos, et tenui paratas ulnas incurvatas a pectore; et institui artus ad prælium. Ille me tegit pulvere capto manibus capacibus; et vicissim flavescit jactu flavæ arenæ. Atque jam insurgit in collum, jam corripere nititur crura salientia, aut velle corripere credas: et fatigat omni ex parte. Meum pondus me texit, et incassum appetebar. Non aliter quam moles, quæ undis pulsatur cum magno sono: illa stat, et secura est sua gravitate. Divellimur paululum; et rursum concurrimus ad certamen, et stetimus invicti, obfirmati non cedere; atque pes erat connexus cum pede; et ego incumbens toto pectore et urgebam digitos digitis, et frontem fronte. Non aliter aspexi validos tau-*

29 Berolin. *ling. est.*—31 Unus Med. *Aggrediturque.*—32 N. *rej. viridi.* Berolin. quoque *corp. pallam,* quod Bothius tuetur.—33 Vivian. *pector. curvas:* alii Codd. *versas, vanas.*—35 Heidelb. *haust. spargit.*—36 Barthius *jactu* pro vulg. *tactu* reponendum censuit, quod et præferunt alter Hamb. Ro. et tres alii. Inde recepit Heins. approbante Burm.—37 Lov. Arg. Med. Strozzæ *crura trementia.*—38 Schepper. legi vult, *capt. putat.* Pro *lacessit* unus Heins. *fatigat.*—41 Berolin. *suo quoque pond.*—42 Idem *rursusque.*—43 Quatuor libri *Jamq. gradu;* unus *Inq. gradum;* duo *Inq. gradus:* Heins. conj. *Inq. gradum stitimus.*—45 Tres scripti *fronte premebat;* unde Heins. *premebar:* Berolin.

NOTÆ

32 *Viridem*] Qui color fluvio convenientissimus.

35 *Spargit*] Ut firmius et validius antagonistæ corpus posset apprehendere. Solebant enim luctaturi, ut corpus agile et lubricum fieret, firmaretur cutis adversus aëris injurias, pori roboris causa stiparentur, oleo seu ceromate sese perungere.

36 *Flavescit*] Quia et Achelous arena Herculem sparsit.

37 *Micantia*] Quæ lubrica prehendentis manibus effluebant.

Cum pretium pugnæ, toto nitidissima saltu,
Expetitur conjux: spectant armenta, paventque
Nescia quem maneat tanti victoria regni.
Ter sine profectu voluit nitentia contra 50
Rejicere Alcides a se mea pectora: quarto
Exuit amplexus, adductaque brachia solvit:
Impulsumque manu (certum mihi vera fateri)
Protinus avertit: tergoque onerosus inhæsit.
Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce 55
Quæritur,) imposito pressus mihi monte videbar.
Vix tamen exerui sudore fluentia multo
Brachia; vix solvi duros a corpore nexus.
Instat anhelanti; prohibetque resumere vires:
Et cervice mea potitur. Tum denique tellus 60
Pressa genu nostro est; et arenas ore momordi.
Inferior virtute meas devertor ad artes;

ros congredi, cum compar petitur pulcherrima toto nemore, præmium certaminis: armenta intuentur, atque timent, ignara ad quem spectet victoria tanti regni. Alcides ter nixus est a se dimovere mea pectora contra luctantia: quarto se expedit ab amplexu, et avellit lacertos affixos, atque continuo me *avertit a se impulsu manus (constitui agnoscere vera): atque ponderosus dorso incubuit. Si qua fides, (neque enim honorem aucupor falsis sermonibus,) mihi videbar onustus monte. Vix tamen exsolvi lacertos madidos multo sudore; vix explicui pressos nodos a corpore. Urget* me *ægre respirantem; atque impedit resumere vires: et tenet meum collum. Tum denique terra impulsa est genu nostro, et tetigi pulverem ore. Minor viribus*

---

petebam.—49 Sec. Pal. *Nesc. quam;* Jun. *quæ.* In nonnullis *vict. belli:* duo alii *tantæ...pugnæ.*—50 Duo Bas. *vol. luctantia.*—52 In *Exuit* variant admodum codd.: quidam, *Extulit, Excitat,* *Concutit,* sed Med. *Exuit,* quod placet Burm. Præterea *abductaque* nonnulli: *obductaque* unus Leid. *adjunctaque* Med. unus.—53 Berolin. *cert. est.*—54 Cum prim. Gron. sec. Pal. tert. Med. pr. Bas. aliique plurimi *advertit* præferant, Heins. legi volebat, *Pronus humum,* aut *humo advertit,* quod improbat Burm. quia vs. 60 demum tellurem premit Achelous. Berolin. etiam *advertit;* et *oner. adhæsit.*—55 Pro *mihi* Bothius *nunc* reponere vult.—57 *Exerui* pro vulg. *inserui* ex tribus Codd. recepit Heins. qui tamen mallet *asserui,* et *tandem* pro *tamen.* Nonnulli etiam *a pectore.*—58 Berolin. *vix solvo.*—60 Berol. *Tunc deniq.*—62 Vulg. *m. divertor* so-

NOTÆ

51 *Alcides*] Hercules, cui a robore, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, apud Græcos illud datum nomen.

52 *Adducta*] Quibus Herculem Achelous complectebatur premebatque.

62 *Artes*] Quibus quidem, si bonæ sunt, primo utendum, non vi; nam

Elaborque viro, longum formatus in anguem.
Qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes;
Cumque fero movi linguam stridore bisulcam; 65
Risit, et illudens nostras Tirynthius artes;
Cunarum labor est angues superare mearum,
Dixit: et, ut vincas alios, Acheloë, dracones,
Pars quota Lernææ serpens eris unus Echidnæ?
Vulneribus fœcunda suis erat illa: nec ullum 70
De centum numero caput est impune recisum;
Quin gemino cervix hærede valentior esset.
Hanc ego ramosam natis e cæde colubris,
Crescentemque malo, domui; domitamque peremi.
Quid fore te credas, solum qui versus in anguem 75

recurro ad meas artes, atque viro effluo mutatus in oblongum serpentem. Qui ut flexi corpus in gyros, et linguam bifidam agitavi cum terribili sibilo, risit Tirynthius, atque contemnens nostras artes, Labor est, ait, incunabulorum meorum elidere serpentes: et quamvis superes ceteros angues, Acheloë, quota pars eris solus Echidnæ Lernææ? Illa erat dives suis plagis; neque ullum caput ex centum numero est abscissum frustra, quin collum esset fortius duplici capite succrescente. Ego hanc superavi multiplicem serpentibus ortis ex mutilatione, et validiorem detrimento; atque occidi superatam. Quid speres futurum de te, qui mutatus in

lenni permutatione.—64 Unus Med. *Squamosum flexos;* unde Heins. *Squamosum ut flexos.*—65 Sex libri *strid. trisulcam;* ut plerumque Poëtæ.—71 Libri nonnulli *De comitum;* et tres Codd. *capitum num.*—72 Noric. et prima Ed. Ald. *gemina,* ut ad *cervicem* respiciat.—74 *Peremi* est ex duobus Heins. Mss. cum ceteri in alia omnia discedant, *revinxi, reduxi, subegi, reliqui, repressi.* Heins. tamen malit *perussi* aut *præussi,* quia ap. Eurip. Herc. Fur. 422. ὄδραν ἐξεπύρωσεν. Avien. Arat. 381. *hydram Ureret Alcides cum flammiger.*—75 Heins. ex Fl. S. Marci, uno Leid. Græv. primo Pal. et O. recepit *credas;*

NOTÆ

stultum per plura, quæ per pauca licet, exequi.

66 *Tirynthius*] Hercules est a Tirynthe, Argis urbe vicina, in qua educatus, sic dictus.

67 *Cunarum*] Duos a Junone immissos dracones infantem Herculem elisisse jam ante in epistolis vidimus.

68 *Vincas*] Astutia, viribus, &c. sis metuendus.

69 *Echidnæ*] Quæ vipera Latine. De illa autem hoc in loco agitur ab Hercule sublata, quæ Lernæam Argivi agri paludem infestabat.

71 *Centum*] Septem, novem, quinquaginta capita alii hydræ assignant: centum plerique, quibus certe tot licuit, siquidem ex uno amputato, duo renascerentur, donec subinde repullulantia igne edomare Hercules commentus fuerit. Qua quidem fabula vel arcem indicare voluerunt ab Hercule expugnatam, unde plures subinde propugnatores erumperent; vel ad omne flagitium proclive humanum ingenium, in novas fraudes usque et usque fœcundum.

Arma aliena moves? quem forma precaria celat?
Dixerat: et summo digitorum vincula collo
Injicit. Angebar, ceu guttura forcipe pressus:
Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.
Sic quoque devicto restabat tertia tauri 80
Forma trucis; tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris a læva parte lacertos;
Admissumque trahens sequitur: deprensaque dura
Cornua figit humo; meque alta sternit arena.
Nec satis id fuerat: rigidum fera dextera cornu 85
Dum tenet, infregit; truncaque a fronte revellit.
Naides hoc, pomis et odoro flore repletum,
Sacrarunt; divesque meo bona Copia cornu est.

falsum serpentem tractas arma alienu? quem figura emendicata tegit? Dixerat; et immittit nodos articulorum suorum *supremis cervicibus. Urgebar, quasi habuissem collum constrictum forcipe: et nitebar exsolvere meas cervices pollicibus. Tertia figura sævi tauri supererat* mihi *sic etiam superato: transformatus in artus tauri resisto. Ille injicit brachia in toros a parte sinistra; et trahens* me *sequitur concitum, atque affigit duræ terræ cornua correpta, et me dejicit in suprema arena. Neque id satis fuerat, sæva manus rumpit durum cornu dum tractat, et abripit a fronte mutila. Naiades sacrum fecerunt repletum pomis et floribus odoriferis, et*

pro vulg. *credis* duo *credes. Solum* Burm. dedit ex Med. et Langerm. pro vulg. *falsum.*—76 Mss. Bersm. *prec. velat.*—78 V. *gutt. forpice.* Duo vett. *forc. prensus.*—79 Bas. *Poplitibusque.* Gron. *m. conabar.* Cant. *vellere;* Jun. *evolvere.*—81 Bas. unus *Forma: truci taur. &c.* Heins. conj. *membr. revellor,* cum in Spirensi et tribus aliis *revello* esset, et in totidem *repello.*—82 Berolin. *Ind. illa.* Leid. *toros lacertis,* quod probat Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 1312.—83 *Deprensaq.* Heins. recepit ex Cant. pr. Mor. Arund. et multis aliis; vulg. *depressaq.* duo *delapsaq.*—84 Bersm. conj. *alt. affigit;* nam in uno Ciofani, et Cælest. erat *figit.*—85 *Id* ex A. et Bonon. alii *hoc.*—87 Jun.

NOTÆ

88 *Copia*] Non hoc Acheloi, sed Amaltheæ capræ, cornu Copiæ dicatum fingit noster idem Poëta Fastor. v. Acheloi fabulam quod attinet, sensum habet prorsus historicum. Illum nempe Ætoliæ regem volunt fuisse, qui Thoanti fluvio in quo submersus nomen suum imposuerit. Una cum Hercule Deianiræ nuptias nonnullis dicitur ambivisse cum homo esset; atque ex eo mutationum suarum famam consecutum, quod non vi aperta, sed dolis uteretur: qui tandem tamen bonam regni sui partem, quam cornu Copiæ vocitarunt, amiserit. Alii Acheloum fluvium ideo Deianiram dicunt cupivisse, quod in ejus regna frequens irrumperet: hominis formam illi attributam quod aliquando leniter fluereret; serpentis, quod obliquo cursu; tauri, quod cum mugitu tumidus ferretur. Ab Hercule præterea faciunt superatum, quod ab illo in multos rivos divisus ab agrorum

Dixerat: at Nymphe, ritu succincta Dianæ,
Una ministrarum, fusis utrimque capillis, 90
Incessit, totumque tulit prædivite cornu
Autumnum, et mensas, felicia poma, secundas.
Lux subit: et, primo feriente cacumina Sole,
Discedunt juvenes: neque enim dum flumina pacem,
Et placidos habeant lapsus, motæque residant, 95
Opperiuntur, aquæ. Vultus Achelous agrestes,
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit jactura decoris;
Cetera sospes erat. Capitis quoque, fronde saligna,
Aut super imposita celatur arundine, damnum. 100

bona Abundantia est opulenta meo cornu. Absolverat: at Nympha una famularum collectas habens vestes more Dianæ, coma utrimque sparsa, venit, et portavit totum Autumnum cornu copiosissimo, et poma optima pro bellariis. Dies succedit, et juvenes abeunt, Sole primulum illustrante vertices montium: *neque vero expectant donec torrentia subsidant et placide fluant, et aquæ rapidæ quiescant. Achelous occultavit cornu et mutilum caput mediis aquis. Attamen movebatur* solo *dispendio laudis sublatæ, cetera erat incolumis: vitium etiam capitis tegitur foliis salignis, aut juncis superstratis.*

Voss. et alii *et odore et flor.*—89 *At* Burm. recepit ex uno Heins. et duobus Mor. vulg. *et.*—90 V. *fus. per colla cap.*—91 Unus Mor. *Incedit, totumq.*—93 Bas. et Langerm. *Nox fugit; et:* Cod. Menard. *Lux fuit;* Leid. *venit;* Cant. et duo alii *fugit;* Leid. *subiit prim.*—94 Berolin. *dum tempora.*—95 Unus Bonon. *In placid. Cursus* pro *laps.* etiam unus Bas. et marg. Bersm. et Gryph. ed. *fluctus* unus Leid. *Motæque* ex uno Bas. et Gryphii margine recepit Heins. pro vulg. *totæque:* unus Med. *tutæque,* quod et ipsum eidem placet.—97 Leid. *abdit in undis.*—98 Naugerius ex nonnullis affert *Hunc tantum,* quod idem Heins. in quinque Codd. reperit: *Haud tamen* unus Mor. *Hunc tamen a. decuit* unus Heinsii. Burm. conj. *Haud tamen a. nocuit j. decoris, Cetera s. enim; c. modo fronde, &c.* Nam *modo* est in Med. nec displicebat Heinsio. Faber Ep. II. 69. legit, *Hunc tantum ablati.*—99 *Erat* pro *habet* dedit Heins. ex altero R. nisi verum.

NOTÆ

vastatione fuerit prohibitus. Cornu denique ablatum, Copiæ volunt dicatum, quod agri aqua ex Acheloo derivata irrigui fertiliores esse multo quam ante cœperint.

92 *Autumnum*] Fructus quoscumque fert Autumnus.

Fab. II. Nessi Cruor in Venenum.

Post hæc victor Hercules cum Deianiram Nesso Centauro commisisset, ut eam Evenum amnem, qui initio Lycormas erat nominatus, transveheret; et ille specie captus puellæ flexibus errans quæreret locum comprimendi, illa fidem mariti implorante, sagittis eum confixit. Qui cum expiraret, vestem Deianiræ cruentavit; indicavitque remedium fore erga conjugem deserti amoris: qui tamen cruor in veneni cessit partem.

At te, Nesse ferox, ejusdem virginis ardor
Perdiderat, volucri trajectum terga sagitta.
Namque, nova repetens patrios cum conjuge muros,
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas.
Uberius solito nimbis hyemalibus auctus, 105
Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis.
Intrepidum pro se, curam de conjuge agentem
Nessus adit, membrisque valens, scitusque vadorum;
Officioque meo ripa sistetur in illa
Hæc, ait, Alcide: tu viribus utere nando. 110
[Pallentemque metu, fluviumque, ipsumque timentem]

11. *At, Nesse improbe, amor ejusdem puellæ te occiderat cum gereres dorsum transfixum levi arundine. Namque filius Jovis reverteus ad patria mœnia cum nova nupta, devenerat ad aquas furentes Eveni. Fluvius erat tumidior solito imbribus hyemalibus, multus voraginibus, atque invius. Nessus corpore strenuus, et cognoscens vada, accedit ad* Hercule*m nihil sibi timentem,* sed *de uxore anxium, atque, inquit, Hæc tibi reddetur mea opera ad illam ripam, o Alcide: tu utere viribus natando. Aonius credidit Nesso timidam Calydonidem, pallidam pavore, atque me-*

est, quod unus Heins. habet, *abit.*—102 Capoferreus emendabat, *Perdidit, a volucri*, quia hoc non ante Acheloi certamen, sed post accidit. Deinde Med. unus *traj. viscera ferro.*—103 Idem *Jamque.*—104 Berolin. *Ven. Ebeni.*—105 *Uberius* Burm. dedit ex pr. Gron. Bernegg. pro var. lect. et uno Med. pro vulg. *Uberior.* Sex libri *Uberior s. nimbisque h.* Alter Hamburg. et Grævianus pro var. lect. *nimbis pluvialibus. Actus* etiam quinque libri pro *auctus.*—107 Tres *de se.* Duo *pro conjuge.* Multi Codd. etiam *habentem* pro *agentem.*—108 Unus Heins. *fretusque vad.* unde ille conj. *suetusq.*—110 Lov. *uter. mando;* Menard. *nandi.*—111 Vetustiores plerique hunc versum præponunt illi, cujus initium, *Tradidit Aonius.* Heins. cum aliis multis ab alicna manu procu-

NOTÆ

101 *Nesse*] Unus fuit ex Centauris, Ixionis filius, adeoque biformis, parte altera homo, altera equus.

104 *Eveni*] Qui Ætoliæ est fluvius, ante Lycormas dictus.

Tradidit Aonius pavidam Calydonida Nesso.
Mox, ut erat, pharetraque gravis, spolioque leonis,
(Nam clavam et curvos trans ripam miserat arcus)
Quandoquidem cœpi, superentur flumina, dixit. 115
Nec dubitat; nec qua sit clementissimus amnis
Quærit: et obsequio deferri spernit aquarum.
Jamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,
Conjugis agnovit vocem: Nessoque parante
Fallere depositum, Quo te fiducia, clamat, 120
Vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis,
Dicimus. Exaudi: nec res intercipe nostras.
Si te nulla mei reverentia movit; at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equina. 125
Vulnere, non pedibus te consequar. Ultima dicta
Re probat: et missa fugientia terga sagitta
Trajicit. Extabat ferrum de pectore aduncum.

tuentem et torrentem, et ipsum Nessum. *Dein, sicuti erat, onustus pharetra, et exuviis leonis, (nam jecerat clavam et sinuatos arcus trans ripam) Quandoquidem, inquit, institui, fluenta vincantur. Neque hæsitat, neque curat qua fluvius sit levissimus: et negligit transmitti obsequio aquarum. Jamque ad ripam appulsus, cum colligeret arcus trajectos, agnovit vocem uxoris: atque Nesso studente retinere depositum, Quo, vociferatur, inutilis confidentia pedum te abripit? Te alloquor, Nesse ambigue; responde; neque suffurator res nostras. Si nullus mei timor te retinuit; at rota, cui pater tuus affixus est, poterat dehortari a stupro. Nequaquam tamen elaberis, quanquam confidis viribus equinis. Te corripiam non pedibus sed plaga. Confirmat novissima verba reipsa; et transfigit dorsum fugiens sagitta impulsa. Ferrum recurvum prominebat ex pectore. Quod statim atque extractum est,*

sis censet delendum esse. *Fluvium Nessumque* Vivian.—114 Unus *rip. jecerat*, quod placet Ciofan. non item Burm. quia vs. 118. repetitur *missos arcus.* —119 Gron. et alius *Conjug. audivit. Parante* ex melioribus dedit Heins. vulg. *paranti:* Med. Heidelb. et alius *parantem.*—122 Heins. malebat *ne res.* — 123 Berolin. *rever. tangit amoris:* Heidelb. *moverat orbis.*— 125 Leid. *op. tutus:* sex scripti *fidus;* unde Heins. conj. *fisus.*—127 Multi

NOTÆ

112 *Aonius*] Hercules, Thebis Bœotiæ, cujus montana pars Aonia dicitur, oriundus.

Calydonida] Deianiram, Calydone oriundam.

120 *Fallere depositum*] Hoc est, Herculem concredita Deianira fraudare.

123 *Orbes*] Rotam dicit, cui indesinenter in Inferis circumactæ ideo affixum fabulati sunt Ixionem, quod Junonem postquam de stupro interpellasset, ideoque de cœlo dejectus esset, apud homines de vitio cœlorum reginæ oblato gloriaretur.

Quod simul evulsum est, sanguis per utrumque foramen
Emicuit, mixtus Lernæi tabe veneni. 130
Excipit hunc Nessus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait: et calido velamina tincta cruore
Dat munus raptæ, velut irritamen amoris.

Fab. III.

Eodem tempore Hercules cum in insulam Thessaliæ, regnum Euryti, trajecisset, et Iolen filiam ejus dilectam traheret in patriam, prior conjux Deianira, ut audit animum viri esse a se mutatum, tunicam sacrificaturo Jovi Lichæ famulo dedit ei perferendam; qua ille honoratus vota religionemque piaret. Eam indutus Hercules, cum ad aram accessisset, prosecans exta, flamma vestis incaluit, et Lernæo veneno contacta hæsit visceribus. In maximo itaque cruciatu cum a corpore ejus avelli nequiret; Lichan acerbissimi muneris reum, projectum a se, Euboico mari mersit: quem innoxium culpæ Tethys vertit in scopulum conchis muricibusque vestitum.

Longa fuit medii mora temporis: actaque magni
Herculis implerant terras, odiumque novercæ. 135

cruor exsiliit per utrumque foramen, confusus cum veneno Lernææ pestis. Nessus illum excipit. Neque, apud se dicit, occidemus inulti: et offert in donum Deianiræ *sublatæ indusium infectum sanguine tepido, tanquam philtrum amatorium.*

III. *Spatium temporis medii longum fuit; et facta magni Herculis vulgata fue-*

vett. *Res prob.* Pro *et missa* Cant. *emissa.*—129 Heins. conj. *Quo s. evulso.* In Berolin. *est* deest.—132 Plurimi *et valido.*—133 Pro *velut*, Heins. conj. *lenti*,

NOTÆ

130 *Veneni*] Quo tinctæ Herculis sagittæ, ut earum vulnera immedicabilia essent.

132 *Velamina*] Indusium nempe; quanquam aliter Diodorus, quem adi, si tanti est: namque, circumfluentibus rebus optimis, ineptiarum libros identidem in unum cogere, deinde in plures dividere, planissime nugatorium et dispendiosum, in tanta vitæ brevitate præsertim, videtur.

133 *Irritamen*] Quod ad amandum posset pellicere.

134 *Medii*] Id est, quod hæc inter et ea quæ novissime de isto amoris irritamine et Nessi indusio acta sunt.

135 *Novercæ*] Junonis; quæ pellicibus omnibus infensa, Jovis quoque adulterio ortam sobolem perdere quoad licuit nunquam destitit. Ceterum, utut Herculem per Eurystheum, cui illum per dolum subjecit, in primis vexaverit, non aliud consecuta, quam ut ab Hercule superatis omnibus

Victor ab Œchalia Cenæo sacra parabat
Vota Jovi, cum Fama loquax præcessit ad aures,
Deianira, tuas, (quæ veris addere falsa
Gaudet, et e minimo sua per mendacia crescit)
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri. 140
Credit amans: Venerisque novæ perterrita fama
Indulsit primo lacrymis; flendoque dolorem
Diffudit miseranda suum: mox deinde, Quid autem
Flemus, ait? pellex lacrymis lætabitur istis:

vant per orbem, sicut et odium novercæ. Domitor Œchaliæ adornabat sacra promissa Jori Cenæo, cum Fama garrula, quæ amat adjicere ficta veris, et ex parvula augetur per sua mendacia, antevenit ad aures tuas, o *Deianira, Amphitryoniaden correptum esse amore Ioles. Amans fidem adhibuit, atque exterrita fama novi amoris, primo convertit se ad lacrymas, atque miserabilis minuit mœstitiam suam lacrymando: mox deinde, Quamobrem vero, inquit, lacrymas diffundimus? adultera*

vel *vetiti*, vel *tepidi*.—137 Multi *loq. pervenit;* Arg. *processit*.—139 Duo Mss. veteres et prima Aldi ed. *minima*, quod Heins. placet. Alterum Burm. præfert, ut ap. Claudian. II. Eutr. 34. *Fama prius falso similis*.—141 Unus *nov. præterrita;* tres *conterrita*. Bothius pro *fama* mallet *flamma*, quia *Fama* jam præcesserat.—142 Pr. Med. *Induxit lacr*.—143 Heins. volebat *Defudit mis.* duo *Effudit*. Tum Heins. distinguebat, *mox, Deinde quid;* quia *deinde* in in-

NOTÆ

difficultatibus, et exantlatis laboribus, major illi novercalibus odiis gloria accreverit.

136 *Œchalia*] Plures fuere urbes hujus nominis: quamobrem inter se auctores de ea quam Hercules diruit non consentiunt. Euboicam tamen fuisse, ut scripsit Strabo, Cenæum promontorium, ubi Hercules vota parabat, quod in Eubœa, mihi quidem pro rei dignitate satis comprobat. Illam vero urbem ideo expugnavit Hercules, quod Iolen præstanti forma filiam, quam illi, qui se aut filios sagittandi peritia superasset, Œchaliæ rex Eurytus sponsam promiserat, sibi victori denegasset.

Cenæo] Cui a Cenæo Eubœæ promontorio cognomen.

139 *Mendacia*] Ut stultissimi sint effœminati homunciones, qui jam satis suis vitiis vecordiaque vexati, sibi insuper atrocissimos qui nunquam fuerunt hostes, mendacibus rumoribus, vel sua etiam phantasia, arcessunt.

140 *Amphitryoniaden*] Herculem, qui Amphitryonis ideo dictus filius, quod Alcmenam ejus matrem, cum qua Jupiter rem habuit, duxisset uxorem.

141 *Amans*] Facile credidit quia timuit, timuit quia amavit; atque adeo amori male creditur qui mentem turbat.

Veneris] Amorum, quibus Herculem indulgere audierat.

143 *Diffudit*] Atque adeo minuit, aut minuere visa est; nam ut ipse Naso alicubi, 'flendo certe diffundimus iram.'

144 *Lætabitur*] Quia nempe, utut solatio esse videantur lacrymæ, pro-

Quæ quoniam adventat, properandum, aliquidque novandum est, 145
Dum licet; et nondum thalamos tenet altera nostros.
Conquerar, an sileam? repetam Calydona, morerne?
Excedam tectis? an, si nihil amplius, obstem?
Quid si, me, Meleagre, tuam memor esse sororem,
Forte paro facinus; quantumque injuria possit, 150
Fœmineusque dolor, jugulata pellice testor?
Incursus animus varios habet. Omnibus illi
Prætulit imbutam Nesseo sanguine vestem
Mittere; quæ vires defecto reddat amori.
Ignaroque Lichæ, quid tradat nescia, luctus 155
Ipsa suos tradit: blandisque miserrima verbis

gaudebit isto fleta. Quæ quoniam accedit, festinandum est, atque aliquid incipiendum quamdiu concessum est, neque adhuc alia regnat in nostris conclavibus. Propalabone an taceam? redeamne Calydonem, an maneam? Egrediarne domo, an, si nihil amplius, obnitar? Quid, si recordans me esse tuam germanam, Meleagre, virile decerno factum, et indico quantum injuria et mœror fœmineus possit, mactata adultera? Mens fertur in diversas cogitationes. Præposuit omnibus illi mittere subuculam tinctam sanguine Nesseo; quæ redintegret vires amoris languentis: atque imprudens quid det, ipsa dat suum mœrorem inscio Lichæ; atque

terrog. i. q. tandem.—145 *Adventat* pro vulg. *adveniat* dedit Heins. ex Bernegg. et tribus aliis.—147 Berolin. *morerve.*—148 *An si, &c.* non nisi in primo Med. Spirensi et tribus aliis servata: vulgo, *an sic:* alii, *ac si, aut si, ut sic, et sic, ac sic.*—149 *Memor esse* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, Bernegg. uno Leid. A. Exc. Langerm. et uno suo. vulg. *memorem.*—150 Sixii et duo alii *Grande par.* Bas. unus *Triste.* Dein Heins. volebat *inj. possint;* Sixii *possent.*—151 *Jugulata* ex vett. Codd. reposuit Burm. pro lectione omnium fere Edd. *vulgata:* quidam vero libri *jugulanda,* quod placebat Heins. In quibusdam etiam Codd. *tester* pro *testor;* et in uno *pollice tester.*—152 *In cursus a. v. abit* Edd. vulg. habent: nostra lectio est a Pal. et Jun. probata a D. Heins. O. sic exhibet: *Incursus varios a. dabat.* Deinde *illi* ex sec. Mor. recepit Heins. pro vulg. *illis.*—153 Sec. Pal. *imbut. Lyrnæo.*—155 De scriptura nominis *Lichæ* vid. Heins. Not. Var.—156 V. Strozzæ, et alii, *mis. dictis,* quod Heins. præfert, quia mox

NOTÆ

strati et devicti animi sunt magis indicia quam resipiscentis et convalescentis.

148 *Obstem*] Pellicis intellige, præsertim, tum etiam Herculis voluptatibus.

151 *Fœmineus*] Qui tanto gravior et impotentior quanto fœminis animus imbecillior et levior.

152 *Incursus*] Verba sunt Poëtæ.

Omnibus] Quæ animo volverat Deianira.

Illi] Herculi, scilicet.

155 *Lichæ*] Herculis servo; quem ille, ut sibi vestem, qua in sacris uti consueverat, a Deianira afferret, in Trachiniam ad ipsam misit.

156 *Suos*] Ita vero, siquidem per

Dona det illa viro, mandat. Capit inscius heros,
Induiturque humeris Lernææ virus Echidnæ.
Thura dabat primis, et verba precantia, flammis;
Vinaque marmoreas patera fundebat in aras: 160
Incaluit vis illa mali; resolutaque flammis
Herculeos abiit, late diffusa, per artus.
Dum potuit, solita gemitum virtute repressit.
Victa malis postquam patientia, repulit aras;
Implevitque suis nemorosum vocibus Œten. 165
Nec mora; letiferam conatur scindere vestem:
Qua trahitur, trahit illa cutem; fœdumque relatu,

jubet lenibus verbis tradat marito suo *illa infelicissima munera. Heros ignarus sumit, atque aptat humeris venenum Echidnæ Lernææ. Immittebat thura primis ignibus, et* fundebat *preces, atque spargebat vinum patera in altaria marmorea: illa potentia veneni excitata est; et fusa igne, sparsa late, fluxit per membra Herculis. Quatenus licuit, cohibuit gemitum virtute consueta. Postquam patientia superata doloribus, deseruit altaria, atque implevit Œten frondosum suis clamoribus. Et continuo nititur lacerare amictum fatalem. Illa, qua discerpitur, discerpit pel-*

sequitur 'verba precantia.'—158 Tres vett. *Induit. humeros.*—160 Leid. unus *Vin. marmorea.* Fr. *marmoreas pateris.* Alter Leid. *marmoreis...aris.*—161 Heins. malebat *Invaluit* pro *Incaluit:* tunc Burm. suadet, *vis inde mali.*—162 Multi *late dilapsa:* Exc. Mureti, et unus Ciofani *dispersa.*—164 Berolin. *postq. est.*—165 Alii *nemorosam voc.* et in quibusdam *Œtam,* vel *Œtem.*—

NOTÆ

indusium quod marito mittebat, illum perdidit.

157 *Capit*] Porrigente Licha, scilicet.

158 *Virus*] Quo imbutam tunicam supra vidimus.

161 *Vis illa*] De veneno loquitur, quod cum tunica induerat.

165 *Œten*] Qui mons est Thessaliæ, ubi Hercules Apollinis jussu, quem de morbi remedio per Iolaum et Lycimnium interrogaverat, pyram de Jovis voluntate struxit, in qua quicquid mortale habuit, ipso in Deorum numerum translato, reliquit. Festinat autem admodum Ovidius, qui, omissis omnibus quæ interim ab Hercule gesta sunt, repente eum ex Eubœa in Œten transfert. Consulto ab ipso factum, qui sibi omnia, quæ de pluribus memorata in unum Jovis et Alcmenæ Herculem congesta sunt, jam referre operæ pretium non duxit. Atque equidem, cum omnis generis doctrinam ab unius Herculis fabula seu historia fluere videamus, illum unum nobis Historicum, Philosophum, Politicum, Mathematicum, prope in singulis, mythologi exhibuerint, apud nos quoque Poëtæ judicium valebit, ut neglectis iis quæ remotiora vel minus utilia, delibatis insuper in quibus diutius immorari non sinit hæc scribendi ratio, ad scopum properemus.

167 *Fœdum*] Atqui omnes propemodum eatenus sumus Hercules, qui stultissime corpus pro tunica

Aut hæret membris frustra tentata revelli;
Aut laceros artus, et grandia detegit ossa.
Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens 170
Tincta lacu, stridit; coquiturque ardente veneno.
Nec modus est: sorbent avidæ præcordia flammæ:
Cœruleusque fluit toto de corpore sudor:
Ambustique sonant nervi: cæcaque medullis
Tabe liquefactis, tendens ad sidera palmas, 175
Cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris:
Pascere: et hanc pestem specta, crudelis, ab alto:
Corque ferum satia. Vel si miserandus et hosti,
(Hostis enim tibi sum,) diris cruciatibus ægram,
Invisamque animam, natamque laboribus, aufer. 180
Mors mihi munus erit: decet hæc dare dona novercam.

lem, atque, dictu horrendum, aut affixus est artibus nequicquam tentatus exscindi, aut nudat membra discerpta, et magna ossa. Ipse sanguis crepitat, sicut aliquando bractea ignita mersa in stagno frigido, et torretur furente tabo. Neque mensura est: ignis rapax exhaurit viscera; et sudor ater manat ex toto corpore; et nervi tosti strident; et medullis fluentibus latente peste, tollens manus ad astra exclamat, Gaude, Saturnia, nostris infortuniis; atque sæva contemplare hanc rabiem ab excelso: et exple cor crudele. Vel si miserandus et hosti, (namque sum tibi hostis,) tolle animam exhaustam crudelibus doloribus, atque odiosam, et factam ad labores. Letum erit mihi beneficium: pulchrum est novercæ ejusmodi præbere munera. Ego

169 Heidelb. *aut grand.*—171 Sprotii *Stricta lac.* pr. Gron. pro var. lect. *Uncta.* Antiquum *stridit* ex Fl. S. Marci, N. et tribus aliis dedit Heins. pro *stridet.*—172 Heins. malit *Nec modus: exsorbent.* Pro *sorbent* tert. Pal. habet *carpunt.*—173 Pro *fluit* Gron. *subit:* Heins. suadebat *ruit.* Unus V. *de pectore.*—174 Langerm. *Absumtiq. son.* tres *Combustiq.* Barb. *Ambustiq. gemunt.* Dein Mor. pr. *tractaque;* unde Heins. faciebat *tacitaque.*—175 Bas. et alius *tendens;* vulg. *tollens.*—177 Quatuor libri *hanc cladem.*—178 Bothius mavult *et hostis;* i. e. miserandus et hostis est.—179 Heidelb. *Host. si t. s. daris.*—

NOTÆ

induti, vel nobismetipsi per illud infelicem animam discerpimus, vel aliis lacerandam exhibemus, donec, non in Œta cum Hercule, sed in Moria cum Abrahamo, vel in Golgotha cum Christo, quamcumque pellem exuerimus.

176 *Saturnia*] Juno est, Saturni filia, cui nocituræ, ratione forsitan ex naturæ visceribus depromta, illud plerumque a Poëtis nomen assignatur.

Pascere] Vim habet maximam hujus verbi repetitio.

178 *Si miserandus et hosti*] Quæ extrema est miseria.

180 *Natamque laboribus*] Quales quoque sunt omnes, nisi in Inferis malunt in omne ævum cruciari.

Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Busirin domui? sævoque alimenta parentis
Antæo eripui? nec me pastoris Iberi
Forma triplex; nec forma triplex tua, Cerbere, movit? 185
Vosne, manus, validi pressistis cornua tauri?
Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides undæ,

igitur superari Busirin polluentem templa sanguine hospitum? atque sustuli crudeli Antæo auxilium matris? neque triplex corpus pastoris Iberi, neque figura tua triformis me perculit, Cerbere? Vosne, manus, ligastis cornua fortis tauri? Elis fruitur vestro facto, aquæ Stymphalides insuper, et sylva Parthenia? Baltheus

180 Idem *notamque*.—182 Pro *templa* Heidelb. et Berolin. *tecta*. V. et sex alii *peregr. sanguine templa*.—183 Berolin. *Busirim*. Tunc Genev. *sævæque;* et unus Mor. *parenti*.—184 Bonon. *Antæo rapui*.—187 Unus Vossian. *Elis est*. Hinc Heins. scribendum censet, *Vestrum est Elis opus?* vel, *Vestrum opus Elis erat?*

NOTÆ

182 *Ergo*] Indignationem maximam habet hæc vocula.

183 *Busirin*] Ægypti rex fuit Busiris, Neptuni ex Libya filius, qui ad provocandam Nili inundationem hospites aris admovebat; hac una in parte justus, quod Thrasium quendam tam atrocis facinoris auctorem primum immolavit. Illum autem super iisdem aris, quibus scelestus solebat peregrinos, Hercules jugulavit.

184 *Antæo*] Hunc volunt fuisse gigantem in Libya, qui peregrinos quoslibet ad luctam provocatos, dein victos, interficiebat. Cum terræ esset filius, vires ab illa quotiescumque sterneretur accipiebat; quamobrem gravis quoque Herculi fuit cum illo pugna. Dolo tamen cognito, e terra sublatum invictus heros suffocavit. Sensum quod attinet fabulæ, alii ad historicum referunt, qui ideo a parente Antæum vires dicunt accepisse, quod locorum peritia, et commeatus abundantia, &c. fretum, non nisi extra patriam Hercules potuerit superare. Alii remotiori quidem, sed utiliori sensu, ad mores retrahunt. Per Antæum animi affectus ex sensibus indesinenter exorientes intelligunt; quos quicumque cupiat tollere, necesse habeat illum a terrenis abstrahere, ad cœlestia extollere.

Pastoris] Geryonem dicit ideo tricorporem a Poëtis dictum, quod tria in Iberia aut Hispania regna, seu adjacentibus insulis, cum duobus fratribus concordissime administraret.

185 *Cerbere*] Qui canis fuit triceps, nonnullis centiceps, inferorum custos, Eurystheijussu ad superos pertractus. Per illum autem alii serpentem intelligunt in Tænaro Laconiæ promontorio, per quod ad Inferos aditum esse fabulati sunt, latitantem. Alii vero Gulam, Luxuriam, Avaritiam, et ejusmodi vitia in diversa capita progerminantia, exponunt.

186 *Tauri*] Ignivomum illum dicit Neptuni ira adversus Minoëm immissum, quem ad se adducere Herculem jussit Eurystheus.

187 *Vestrum*] Augeæ nempe regis Elidis, in Peloponneso, stabulum, in quo tria boum millia per annos triginta, nunquam egesto fimo, stabulata fuerant, uno die, immisso Alpheo,

Partheniumque nemus? vestra virtute relatus
Thermodontiaco cœlatus baltheus auro,
Pomaque ab insomni male custodita dracone? 190
Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi
Arcadiæ vastator aper? nec profuit Hydræ
Crescere per damnum, geminasque resumere vires?

distinctus auro Thermodontiaco reportatus est vestra virtute, itemque mala a pervigili serpente male servata? Neque Centauri valuerunt stare contra me; neque sus populator Arcadiæ? Neque utile fuit Echidnæ augeri per dispendia, et colligere

at Elis non condita erat manibus Herculis.—188 Berolin. *nostra virt.*—189 Sæpe scribitur *Thermodoontiaca.*—190 *Male* dedit Heins. Ante eum edeb. *non custodita.* Plurimi Codd. *concustodita*, quod degenerasse ex *non cust.* Heins. monet. Sed Gebhard. Crep. III. 23. illud probat, quia Atlas, Hesperides filiæ, ac draco custodes coadditi fuerant.—191 Nonnulli vett. *Nec non*,

NOTÆ

ab Hercule expurgatum. Quam quidem historiam, si illam fabulam esse credis, haud incommode de vitiis in hujus Principis aula regnantibus intellexeris.

Stymphalides] Fuit Stymphalus seu Stymphalis agri Arcadici lacus et fluvius, ubi aves fuerunt miræ magnitudinis, rostro, unguibus, et pennis ferreis, humanis vescentes carnibus, quas Hercules occidit partim, partim æris tinnitu fugavit.

188 *Parthenium*] Quod etiam Arcadiæ est, in quo eximiæ velocitatis cervam Dianæ sacram, pedibus æreis, aureis cornibus, Hercules tandem currendo est assecutus.

189 *Thermodontiaco*] Id est, quod Amazonum esset, juxta Thermodonta Scythiæ fluvium habitantium. Herculem enim jusserat Eurystheus Hippolytæ, Amazonum reginæ, baltheum ad se afferret; quamobrem illas debellavit.

190 *Poma*] Hesperidum, quæ Hesperi, Atlantis fratris, filiarum, dicta sunt, a dracone pervigili servata; quo occiso ab Hercule rapta sunt, et ad Eurystheum delata. Hanc autem fabulam ita Varro exponit, ut, si vera est ejus explicatio, multo callidiores quam revera fuerint antiqui in multis efficere videamur. Ex vocis ambiguitate natam credit fabulam; eumque uno et eodem nomine oves et poma Græci μῆλα vocitent, pro pomis ille oves intelligit, quas in Græciam Hercules exportaverit. Per Draconem vero, vel Pastorem a sævitia cognominatum, vel maris flexuosum sinum Hesperidum hortos cingentem, procul visentibus serpentis speciem exhibentem, intellexerunt.

191 *Centauri*] Qui Thessaliæ populi, anteriore parte viri, posteriore equi, ideo crediti, quod primi equos domare, ex illis pugnare cœperint. Illos Hercules, cum in Pholi Centauri domum, a quo hospitio exceptus fuerat, vini odore illecti impetum fecissent, non modo profligavit, sed insuper eorum multos solus mactavit.

192 *Aper*] Quem in Erymantho Arcadiæ monte latentem, magnitudine et feritate terribilem, Hercules vinctum ad Eurystheum deduxit.

Hydræ] De ea supra vs. 71.

Quid? cum Thracas equos, humano sanguine pingues,
Plenaque corporibus laceris præsepia vidi,
Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi?
His elisa jacet moles Nemeæa lacertis?
Hac cœlum cervice tuli? defessa jubendo est
Sæva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo.
Sed nova pestis adest: cui nec virtute resisti,
Nec telis armisve potest. Pulmonibus errat
Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus.
At valet Eurystheus, et sunt, qui credere possint

duplas vires. Quid? quod intuitus sum equos Diomedis saginatos sanguine humano, et stabula referta corporibus discerptis, atque dirui ea conspecta, atque illos cum hero jugulari? Ingens Leo Nemeæus nullus est sublatus meis brachiis? fulsi cœlum hoc collo? Crudelis uxor Jovis defatigata est imperando; ego sum integer laborando. Verum inauditum malum me urget, contra quod neque licet stare fortitudine, neque jaculis, neque armis. Ardor rapax volvitur per intimum pulmonem, atque fovetur per omnia membra. At Eurystheus prospera fruitur valetudine: et con-

vel *Nec tu:* alter Erfurt. *Nec trux.*—194 *Quid cum* Heins. dedit ex duobus Med. Cant. Fl. S. Marci, N. Bernegg. et aliis; multi vett. *Quid, quod;* quam lect. exemplis Bothius tuetur. *Thracas* Heins. dedit ex Norico; alii *Thraces.* Deinde unus Bas. *equas,* et mox *ipsasque.* Unus Gron. etiam et unus Leid. *sang. pastas;* Jun. *plenos.*—196 Leid. *Vis. conjeci;* O. *dejecti:* Heins. malebat *disjeci.*—197 Pr. Gron. et pr. Twisden. *jac. pestis Nem.* Sixii Cod. *proles.* Post hunc vs. in quibusdam legebatur *His jacet,* [vel *Cacus,*] *horrendum Tiberino littore monstrum:* quidam etiam *Cacus et horr.*—198 In Heidelb. *cœl. virtute;* sed superscriptum *cervice.*—199 Voss. *Conjux sola Jovis.*—201 *Armisve* Leid. et quatuor alii: quinque *animisque;* Bonon. *herbisque:* vulg. *armisque.*—202 Unus Med. *spargitur art.*—203 Admodum variant codices. *Aut valet* duo. *Et valet* unus. *Id volet* Cantab. et quatuor alii: *Hoc velit, Id velit,* aut *volet, Havolet, Advolet, Avolet,* et similia alii: unus etiam, *At manet.*—

NOTÆ

194 *Thracas*] Diomedis fuerunt, Thraciæ regis, quos ille hospitum carnibus alebat: quem quidem tyrannum Hercules iisdem equis discerpendum objecit.

197 *Moles Nemeæa*] Leonem illum ingentem dicit, ferro omnique telo inviolabilem, qui Argivi agri Nemæam sylvam infestabat. Illum autem in spelunca, cujus alterum aditum obstruxerat, Hercules comprehendit et suffocavit; cujus detractam pellem deinceps corpori munimentum et insigne gestavit.

198 *Cœlum*] Illud in gratiam Atlantis Mauritaniæ regis, a quo hospitio exceptus fuerat, humeris sustentavit. Quod quidem ideireo fictum est quod ab Atlante Astrologiam Hercules didicerit.

Jubendo] Per Eurystheum, scilicet, Stheneli filium, Mycenarum regem, qui Junoni odio obsequens Herculem ad difficillima quæque coëgit: cum ille Jovis edicto et Apollinis monitu persuasus libens labores omnes exhauriret.

203 *At valet*] Indignationem habet

Esse Deos? Dixit. Perque altum saucius Œten
Haud aliter graditur, quam si venabula tigris 205
Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.
Sæpe illum gemitus edentem, sæpe frementem,
Sæpe retentantem totas infringere vestes,
Sternentemque trabes, irascentemque videres
Montibus, aut patrio tendentem brachia cœlo. 210
Ecce Lichan trepidum, et latitantem rupe cavata
Aspicit: utque dolor rabiem collegerat omnem;
Tunc, Licha, dixit, feralia dona tulisti?
Tunc meæ necis auctor eris? Tremit ille, pavetque
Pallidus; et timide verba excusantia dicit. 215
Dicentem, genibusque manus adhibere parantem,

spiciuntur, inquit, qui possint credere Deos esse? Atque afflictus haud aliter fertur per excelsam Œten, quam si Taurus ferat jacula impacta corpori, et auctor vulneris sese subduxerit. Sæpe illum cerneres gementem, sæpe trementem, sæpe iterum conantem discerpere amictum cognitum, et proterentem arbores, et objurgantem montes, vel tollentem lacertos ad cœlos patrios. En videt Lichan trementem et sese tegentem rupe arcuata; atque ut dolor coëgerat omnem furorem, Tunc, Licha, ait, obtulisti munera fatalia? tunc eris causa meæ mortis? Ille exsanguis tremit et timet, et pavide profert

---

204 *Altum* dedit Heins. ex Fl. S. Marci et aliis quibusdam; plurimi, *altam.*—205 *Tigris* præfert Fl. S. Marci: sed alter Hamburg. *pardus:* duo *cervus:* vulgo, *taurus* —207 *Frementem* adoptavit Heins. ex Cod. Sprotii, quia hoc dignius Hercule quam *trementem:* pr. Bonon. *dementem;* Cant. et pr. Gron. *gementem.*—208 *Infringere* est e conj. Capoferrei, quia vulg. *effingere vestes* durum et inusitatum est: Genev. *refringere.*—209 Heins. conj. *incursantemq. id.* Burmanno vulg. placet.—211 Gebhard. Crepund. III. 23. ex Pal. *rup. caduca,* ut imminens intelligatur.—212 In Dominic. Cant. sec. Pal. Heidelb. et aliis *colleg. ingens.*—213 In uno Ciofani *furialia don.* Berolin. *fatalia. Tulisti* Burm. dedit ex duobus vett. vulg. *dedisti.*—214 Langerm. *auct. eras.*—

NOTÆ

maximam hæc Eurysthei hominis iniquissimi, vigentis tamen, commemoratio. Neque vero Herculem modo, sed viros sanctissimos etiam, in stuporem perduxerunt bonorum res adversæ, malorum secundæ: quanquam in suorum salutem Deum dirigere omnia sui tandem apertissime cognoscunt.

Et] Indignationi maxime servit hæc vocula.

206 *Factique*] Quod præsertim ad exacerbandam feræ iram facit.

210 *Patrio*] Mirum profecto quod ex hac vita excedere vix unquam aliter quam ingratiis cœlo exulibus libeat; cum tamen ea miseriarum sit vallis, præceps que ad Inferos descensus, nisi per eam ad superos ascendere, atque in Patriam festinare hilari conatu indefesse cogitemus.

216 *Genibus*] Quibus quia advolvuntur supplices, misericordiæ sedes dicta sunt.

Corripit Alcides; et terque quaterque rotatum
Mittit in Euboicas, tormento fortius, undas.
Ille per aërias pendens induruit auras.
Utque ferunt imbres gelidis concrescere ventis; 220
Inde nives fieri; nivibus quoque molle rotatis
Astringi, et spissa glomerari grandine corpus;
Sic illum validis actum per inane lacertis,
Exsanguemque metu, nec quicquam humoris habentem,
In rigidas versum silices prior edidit ætas. 225
Nunc quoque in Euboico scopulus brevis emicat alte
Gurgite; et humanæ servat vestigia formæ.
Quem, quasi sensurum, nautæ calcare verentur,
Appellantque Lichan. At tu, Jovis inclyta proles,
Arboribus cæsis, quas ardua gesserat Œte, 230
Inque pyram structis, arcus pharetramque capacem,
Regnaque visuras iterum Trojana sagittas,

voces supplices. Hercules tollit loquentem, et conantem admovere manus genibus, et jacit fortius machina terque quaterque circumactum in mare Euboicum. Ille sublatus diriguit per aërem. Atque ut dicunt nimbos coalescere ventis frigidis; inde nives procreari; nivibus insuper cirumactis per gravitatem, coarctari, et corpus conglobari densa grandine; ita veteres dixerunt, illum missum per vacuum aërem fortibus brachiis, exhaustum pavore, neque habentem quicquam humidi, mutatum fuisse in durum saxum. Nunc etiam extat parvus scopulus in mari Euboico, atque retinet signa figuræ humanæ; quem, quasi sensurum, nautæ timent tangere, et vocant Lichan. At tu, clare Jovis fili, arboribus excisis, quas excelsa Œte produxerat, iisque compositis in rogum, imperas filio Pœantis tollere arcum et vastam pharetram, et

215 Pro *timide* Bothius conj. *tumido.*—217 Gron. *Arripit Alcid.*—221 *Molle* est e conj. Heins. quod et Bersm. olim viderat.—223 *Actum* ex altero R. recepit Heins. pro *jactum.*—225 *Rigidas* Heins. cum uno Med. et Ro. ceteri *rigidos.*—226 *Emicat*, at Pal. alteri *eminet* Gebhard. cum Grutero prætulit. Quidam emend. *in Euboici...alto Gurg.* vel *alti.*—230 Nonnulli cum Berolin. *gesser. Œta.*—231 Berolin. *arcum* pro *arcus.*—232 Leid. *Bellaque.* Heins. conj.

NOTÆ

218 *Euboicas*] Quæ inter Cenæum promontorium, ubi Hercules facturus sacrum, et Œtam montem, ubi cremandus, extendebantur. De Euboico mari loquitur.

227 *Servat*] Ut monumentum videatur, quam tutum et suave sit in Potentium servitio senescere, qui non semel, postquam miserorum viribus ad nefas sunt abusi, exhaustos impotentissime et per injuriam a se depellunt.

228 *Quasi sensurum*] Immo quia sensuri ipsi; *Lichas* enim Græcis abruptum dicitur seu truncum: ut scopulum fuisse Licham intelligamus a reliquo Cenæo divisum.

232 *Visuras iterum*] Namque sine

Ferre jubes Pœante satum : quo flamma ministro
Subdita : dumque avidis comprenditur ignibus agger ;
Congeriem sylvæ Nemeæo vellere summam 235
Sternis : et imposita clavæ cervice recumbis,
Haud alio vultu, quam si conviva jaceres,
Inter plena meri redimitus pocula sertis.

Fab. IV. Hercules in Deum.

Hercules in Œta Thessaliæ monte, præstructo rogo, ac sagittis traditis Philoctetæ Pœantis filio, qui ejus pyram struxerat, flammis exustus est : ita ut immortalium Deorum jus a Jove in cœlo reciperet, et aliquando placata Junone, filiæ ejusdem nomine Hebæ jungeretur. Deianira autem, re audita, ipsa se interfecit.

Jamque valens, et in omne latus diffusa sonabat,
Securosque artus, contemtoremque petebat 240
Flamma suum. Timuere Dei pro vindice terræ.

spicula visura denuo regna Trojana ; quo famulo ignis suppositus est ; et dum strues corripitur flammis rapacibus, imponis ultimo cumulo lignorum pellem Nemeæam, et capite in clavam demisso non alio vultu decumbis, quam si accumberes conviva ornatus coronis inter crateres vino plenos.

IV. *Et jam flamma fortis, atque sparsa in omnes partes strepebat, et ferebatur in membra tranquilla, et suum contemtorem. Dii metuerunt pro ultore terræ. Quos*

Regn. versuras.—234 Cant. *avid. comprenditur.*—241 Pro *timuere* quatuor *tre-*

NOTÆ

illis Trojam capi non posse erat in fatis : quapropter Philoctetem una cum sagittis ad bellum Græci perduxerunt. Illas autem Troja ante senserat, cum Laomedontis perfidia accensus Hercules, qui ab illo sibi promissam filiam Hesionen a Ceto liberatam non posset impetrare, urbem totam diripuit.

233 *Pœante*] Philoctetem dicit, Herculis comitem, Pœantis filium, qui illius rogo flammam supposuit.

234 *Agger*] Pro lignorum strue posuit ; quanquam proprie terræ est congeries.

235 *Sylvæ*] Lignorum, ex quibus rogus constabat, super quæ Nemæi leonis pellem, in qua moriturus decumberet, Hercules stravit. Virtutis autem ejus una cum clava insigne fuit et monumentum, quibus quidem in morte sicuti in vita est usus, ut eadem arma quibus in extremis vincamus, eandemque virtutem, qua nos denique involvamus per totam vitam, quod ille fecerat, paranda et tractanda esse intelligamus.

240 *Securos*] Namque vel difficillima grata etiam animo obfirmato videntur : ut animum vincere, et ra-

Quos ita (sensit enim) læto Saturnius ore
Jupiter alloquitur: Nostra est timor iste voluptas,
O Superi: totoque libens mihi pectore grator,
Quod memoris populi dicor rectorque paterque: 245
Et mea progenies vestro quoque tuta favore est.
Nam quanquam ipsius datur hoc immanibus actis;
Obligor ipse tamen. Sed enim, ne pectora vano
Fida metu paveant, Œtæas spernite flammas.
Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes, 250
Nec nisi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet. Æternum est, a me quod traxit, et expers,
Atque immune necis, nullaque domabile flamma.
Idque ego defunctum terra cœlestibus oris
Accipiam, cunctisque meum lætabile factum 255
Dis fore confido. Si quis tamen Hercule, si quis

(nam advertit) Jupiter Saturnius sic compellat vultu hilari: Hic metus nobis est gratissimus, o Cœlicolæ, atque ultro gaudeo toto corde, quod perhibeor et rex et pater populi haud ingrati, et mea soboles secura quoque est vestra benevolentia. Nam siquidem istud conceditis ejus factis incredibilibus, nihilominus ego acceptum habeo: ceterum ne cara pectora extimescant nulla causa, contemnite ignes Œtæos: qui superavit omnia, superabit etiam flammas quas videtis. Neque nisi parte materna experietur validum ignem: quod habuit a me est æternum, et intactum atque inaccessum morti, et nullo igne superandum. Atque ego id admittam in cœlum defunctum terra; et credo meum facinus futurum gaudio omnibus Diis. Si quis tamen

---

nuere. Septem *rind. mundi.*—243 Berolin. *iste voluntas.*—245 Unus Bas. *tutorque pat.*—247 *Datur* est ex Fl. S. Marci, sec. Med. et multis aliis: ceteri *datis.* Berolin. *datis hæc.* Porro, Med. unus et Leid. *insignibus actis,* quod Burm. defendi posse putat ex Heroidd. III. 121. Alterum videtur efficacius. Horat. Ep. II. 1. 6. 'ingentia facta' Bacchi, Romuli, &c.—250 Berol. *qui vincit.* —252 Bothius conj. *et exspes.*—253 Fl. S. Marci *immun. simul:* unde Heins. conj. *situs.* Heins. suadet *nullique flammæ;* nam unus ex ejus Mss. habet

NOTÆ

tione superare maximus sit labor. Verum enim solemus nos tergiversari et nobis imponere: voluptatem virtutis specie amplectimur; a qua postea cum divelli necesse est, ipsi nobis mori videmur.

241 *Vindice*] Hercule nimirum, qui omnes terras a monstris, latronibus, et nefariis hominibus purgabat.

243 *Nostra*] Jovi nempe gratum fuit Deos Herculi filio faventes, et erga se benevolos, cernere.

251 *Materna*] Quæ nobis omnibus eadem est terrestris illa et vere mortua, sensui et voluptati affixa; quam, flagitiosissimam et Deo aversam, nisi, divitiis spretis, honoribus, ejusque fulcimentis quibuscumque, serio et toto corde exuerimus, ad veram Dei vitam emergere non licet.

Forte Deo doliturus erit, data præmia nolet;
Sed meruisse dari sciet; invitusque probabit.
Assensere Dei. Conjux quoque regia visa est
Cetera non duro, duro tamen ultima vultu 260
Dicta tulisse Jovis; seque indoluisse notatam.
Interea, quodcumque fuit populabile flammæ,
Mulciber abstulerat; nec cognoscenda remansit
Herculis effigies; nec quicquam ab origine ductum
Matris habet: tantumque Jovis vestigia servat. 265
Utque novus serpens, posita cum pelle senecta,
Luxuriare solet, squamaque virere recenti;
Sic, ubi mortales Tirynthius exuit artus,
Parte sui meliore viget; majorque videri
Cœpit; et augusta fieri gravitate verendus. 270
Quem pater omnipotens, inter cava nubila raptum,
Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

erit ægre passurus Herculem, si quis forte Deum; nollet mercedem collatam; ast sciet meruisse conferri, et nolens assentietur. Dii annuerunt. Uxor etiam regia visa est accepisse alia omnia verba Jovis facie non aversa, postrema tamen facie aversa: atque ægre tulisse se tactam. Interea Vulcanus rapuerat quicquid fuit igni delendum: neque forma Herculis remansit cognoscenda; neque habet quicquam ortum a forma matris, et servat tantum imaginem Jovis. Atque ut anguis novus consuevit exsilire, senio omisso cum exuviis, et micare squama nova; ita postquam Tirynthius deposuit membra morti obnoxia, viget parte sui potiore, et cœpit videri major, et fieri colendus veneranda gravitate. Quem pater omnipotens sublatum curru quadrijugo inter opacas nubes collocavit inter splendentia sidera.

nullique. Approbat Burm.—257 Burm. malit, *doliturus, et hæc data præmia nolet; At meruisse;* nam *Et* est in uno Mor.—261 Bas. *indol. notarunt;* unus Mor. *notatum;* multi scripti *notata,* vel *notata est.*—262 Vulg. *popul. flamma.* —263 Heidelb. *Mulcifer abstul.*—264 *Ab origine* Heins. cum Gron. et Med. ceteri *ab imagine.*—267 *Virere* habent Pal. et A. reliqui *nitere.*—271 Berolin.

NOTÆ

259 *Conjux*] Juno est, Herculi semper infensa, quam oblique tetigit Jupiter.

263 *Mulciber*] Vulcanus est, a mulcendo ferro, qui pro igne sæpissime ponitur.

265 *Vestigia*] Animam a Jove ortam, vel quod in Hercule immortale erat, intelligit.

Fab. V. Galanthis in Mustelam.

Alcmena cum ex Jove conceptum Herculem propter Junonem parere non posset, implorata ab ea partubus præsidens Lucina, quam quidem Ilithyiam interpretantur, ad fores reginæ venit: et cum in terra residens nexis manibus partum retardaret, Galanthis præministra conspexit eam, suspicataque est eo gestu impedimento esse dominæ suæ, quominus pareret, et providentia dolum ridens, mentita est Alcmenam partu solutam. At illa imprudens resolutis manibus Alcmenam cruciatu liberavit. Cujus astutiam gravissima pœna est prosecuta: namque eam in mustelæ figuram convertit: ita ut ore, quo mentita est, pareret.

Sensit Atlas pondus. Neque adhuc Sthenelcius iras
Solverat Eurystheus; odiumque in prole paternum
Exercebat atrox. At longis anxia curis 275
Argolis Alcmene, questus ubi ponat aniles,
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuive suos casus, Iolen habet. Herculis illam
Imperiis thalamoque animoque receperat Hyllus:
Impleratque uterum generoso germine. Cui sic 280
Incipit Alcmene: Faveant tibi numina saltem;
Corripiantque moras, tum cum matura vocabis
Præpositam timidis parientibus Ilithyiam;

v. *Atlas sensit onus: neque adhuc Eurystheus Sthenelcius odium expleverat; et sævus exercebat iram paternam adversus filium. At Alcmene Argolica solicita assiduis curis habet Iolen cui credat querimonias aniles, cui narret labores filii* toto *orbe cantatos, vel suos casus. Hyllus illam acceperat lecto et animo jussu Herculis; et impleverat alvum semine nobili; cum Alcmene sic incipit; Dii tibi sint saltem auxilio, et tunc tollant moras, cum parturiens appellabis Ilithyiam numen habentem in pavidas puerperas, quam Junonis potestas mihi reddidit minus æquam. Namque,*

Hunc pater. Cant. etiam *nub. tractum.*—273 Heidelb. *Sthenel.. heros.*—276 Unus Mor. *ubi fundat.*—277 Pat. *nat. vulgatos.*—279 Plurimi *Imperio thalam.*—280 *Germine* vetustiores plurimi, at Cant. Arund. et tres alii *sanguine:* vulg. *semine. Cui* ex tert. Med. et quatuor aliis; ceteri *cum.*—282 In uno Ciofani *cum paritura.*—283 Pr. V. et quidam alii *Præp. tumidis.*

NOTÆ

273 *Atlas*] Qui, Mauritaniæ rex, cœlum ob Astrologiæ peritiam sustentare dictus est.

278 *Iolen*] Quæ Euryti Œchaliæ regis filia, ab Hercule adamata, deinde Hyllo filio in uxorem tradita.

283 *Ilithyiam*] Dianam volunt esse, et Junonem Lucinam, quæ parturi-

Quam mihi difficilem Junonis gratia fecit.
Namque laboriferi cum jam natalis adesset 285
Herculis, et decimum premeretur sidere signum;
Tendebat gravitas uterum mihi: quodque ferebam,
Tantum erat, ut posses auctorem dicere tecti
Ponderis esse Jovem. Nec jam tolerare labores
Ulterius poteram: quin nunc quoque frigidus artus, 290
Dum loquor, horror habet; parsque est meminisse doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus,
Fessa malis, tendensque ad cœlum brachia, magno
Lucinam, Nixosque pares, clamore vocabam.
Illa quidem venit, sed præcorrupta, meumque 295
Quæ donare caput Junoni vellet iniquæ.
Utque meos audit gemitus; subsedit in illa
Ante fores ara, dextroque a poplite lævum
Pressa genu, digitis inter se pectine junctis,

cum jam natalis Herculis laboriferi appropinquaret, et decimum sidus urgeretur a Sole, gravitas tendebat mihi ventrem; et quod gestabam erat tantum, ut pronum esset dicere auctorem tantæ sarcinæ esse Jovem: neque jam poteram amplius pati labores: quin nunc etiam gelidus timor habet membra dum verba facio, et recordari est pars laboris. Ego torta per septem noctes, atque totidem dies, defatigata doloribus, et tendens brachia ad cœlum, vocabam magno clamore Lucinam ad impeditos partus. Illa quidem accessit, sed præcorrupta, et quæ cuperet meam vitam prodere infestæ Junoni. Et cum audivit meos gemitus, constitit ad illud altare pro foribus: et imposuit dextrum poplitem sinistro genu; atque digitis inter se connexis ad mo-

Sec. Med. *Ilithyian.*—286 Fl. S. Marci, pr. Pal. quart. Med. et multi alii *et decimo.*—288 Med. quartus *auct. ducere. Tecti* dedit Heins. ex melioribus: vulg. *tanti.*—289 Unus Med. *jam celare.* Nonnulli *tolerare dolores;* Med. et Bonon. *laborem.*—291 N. sec. Med. *horr. adit;* unde Heins. *obit.*—294 Vulgo, *ad nexos partus.* Unus V. et Ciofan. *ad nexusque pares.* Dan. Heins. ex Mss. protulit *ad nisus pares,* et conjecit, *ad nisus* vel *nixus partes.* Plerique vetustiores, *Lucinam nexusque pares,* nisi quod quidam *nixusque,* quod Turnebo probatum. Fl. S. Marci pro diversa lectione, vel *nixus* vel *noxas.* Prim. Med. sec. Pal. et duo alii, *nexosque pares.* Heins. elegit ex uno suo, *nixosque pares,* idemque olim legebat, *nixura pares.* Burm. conj. *nixosq. Lares.*—296 Pro *vellet* unus Medic. et Heins. *mallet,* probante Burm.—297 Gron. *sensit gem.* Heins. item conj. *in ima.*—298 *A popl.* est ex Prisciano et sex Mss. Heins. vulg. *est:* complures *e;* duo *in.*—299 *Et digit.* in sec. Med. et aliis: *digitisque* idem Priscianus cum membranis haud paucis. Pro *junctis* Heins. mallet *vinctis,* aut

NOTÆ

entibus opifera adveniat.

286 *Decimum*] Sol nimirum singulis mensibus singula Zodiaci signa perlustrat: ut per decimum decimus mensis intelligatur.

294 *Nixos*] Duos fratres nixuum seu partuum adjutores, de quibus Festus, qui tres tamen fuisse scribit.

Sustinuit nixus. Tacita quoque carmina voce 300
Dixit: et inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor, et ingrato facio convicia demens
Vana Jovi: cupioque mori; moturaque duras
Verba queror silices. Matres Cadmeides adsunt;
Votaque suscipiunt: exhortanturque dolentem. 305
Una ministrarum, media de plebe, Galanthis,
Flava comas, aderat, faciendis strenua jussis;
Officiis dilecta suis. Ea sensit iniqua
Nescio quid Junone geri: dumque exit, et intrat
Sæpe fores; Divam residentem vidit in ara; 310
Brachiaque in genibus digitis connexa tenentem:
Et, Quæcumque es, ait, dominæ gratare; levata est
Argolis Alcmene: potiturque puerpera voto.
Exsiluit, junctasque manus patefacta remisit
Diva potens uteri. Vinclis levor ipsa remissis. 315
Numine decepto risisse Galanthida fama est.
Ridentem, prensamque ipsis Dea sæva capillis

dum pectinis, remorata est partus. Protulit quoque carmina voce summissa: atque carmina cohibuerunt partus inchoatos. Contendo, et amens jacio inania convicia in Jovem immemorem, et opto obire, et conqueror vocibus tacturis rigida saxa. Matronæ Cadmeides astant, et concipiunt preces, et animos augent laborantis. Una famularum, Galanthis nomine, *ex media plebe, flavos habens capillos, sedula in mandatis exequendis, amata suis officiis, astabat: ea intellexit nescio quid agi Junone aversa: et dum prodit sæpius, atque subit januam, advertit Deam sedentem super altari, atque habentem lacertos genibus commissos digitis: et, Quæcumque es, inquit, gratulare dominæ: Alcmene Argolica liberata est, et fœtum enixa fruitur voto. Dea ventri præposita emicuit, atque exterrita solvit manus commissas: ego absolvor vinculis solutis. Aiunt Galanthida risisse numine cluso. Dea crudelis prostravit*

****

nexis: et hoc habet Lactant. in Argum.—300 Berolin. *Sust. partus;* et sic Mitscherl. edidit.—303 Pr. Mor. *motur. duras.*—304 Nonnulli libri scripti *Verb. loquor;* et ita quidam Codd. unus Leid. et alius *fero.* Deinde Bonon. *Cadm. astant.*—305 Genev. *Vot. concipiunt.* Pro *dolentem* duo Codd. *timentem.*—310 Berolin. *in aram.*—313 Duo Codd. *puerp. nato;* Bas. *partu.*—314 *Exsiluit* ex melioribus Heins. recepit; vulg. *Exsiliit.* Duo Med. *man. stupefacta.* Bonon. etiam *resolvit* pro *remisit.*—315 Bonon. *ips. solutis.*—317

NOTÆ

300 *Sustinuit*] Pro, retardavit. Tali autem gestu impediri partus scripsit quoque Plinius.

304 *Cadmeides*] Thebanæ, a Cadmo Thebarum ædificatore.

310 *Divam*] Lucinam, scil. seu Ilithyiam.

315 *Potens uteri*] Lucinam dicit, quæ parturientibus adest.

Traxit, et e terra corpus relevare volentem
Arcuit: inque pedes mutavit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem 320
Amisere suum: forma est diversa priori
Quæ, quia mendaci parientem juverat ore,
Ore parit: nostrasque domos, ut et ante, frequentat.

Fab. VI. et VII. Dryope in arborem Loton. Iolaus in Adolescentem.

Dryope Euryti filia, soror Iolcs, Andræmonis conjux, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum sacratum Nymphis dona ferens venisset, et ex arbore loto ramum decerpsisset, quo parvum filium nomine Amphison, quem secum tulerat, oblectaret, in quam Lotos, fugiens Priapum, erat transfigurata, quia sacræ arboris extiterat violatrix, trunco ejus hæsit infixa. Inter quæ dum sororis casum Iole refert Alcmenæ; Iolaus, Herculis et Hebes filius, in antiquam pueritiam transfusus videtur. Sic enim Junonis filia roganti conjugi promiserat.

Dixit: et, admonitu veteris commota ministræ,
Ingemuit; quam sic nurus est affata gementem: 325
Te tamen, o genitrix, alienæ sanguine vestro
Rapta movet facies. Quid si tibi mira sororis

videntem, et correptam ipsa coma, atque prohibuit conantem tollere corpus ex terra: et convertit brachia in pedes anteriores. Vetus agilitas superest: neque dorsum deposuit suum colorem: figura alia est a priore. Quæ quia opem tulerat parienti ore falluci, fœtus emittit ore; atque colit nostras domos, ut et prius colebat.

VI. VII. *Absolvit; et tacta recordatione veteris famulæ, indoluit: quam gementem nurus sic allocuta est: Attamen, o mater, vultus sublatus alienæ a nostro sanguine te tangit. Quid si tibi narrem stupendam sortem meæ sororis! Tametsi fletus et*

Unus Heins. et Grævianus *prens. suis*, quod Heins. rectius videbatur, qui et olim conjecit *prens. solo D. s. c. Stravit, et, &c.* Pro *volentem* quinque vett. *parantem.*—323 Scripti et Edd. nonnullæ *velut* pro *ut et.*—324 Voss. *et a monitu.*—325 *Gementem* est ex Med. familiari Ovidii repetitione; alii *loquentem*, vel *parentem.*—326 Sic Heins. ex melioribus; vulg. *alienæ a sanguine nostro.*

NOTÆ

320 *Nec terga*] Mustela nempe, cujus formam induit Galanthis, sicuti ipsa flava coma, colore est flavo.

323 *Ore parit*] Hoc ideo fictum, quod ore catulos suos subinde ex uno loco in alium transferat.

325 *Nurus*] Iole est, Hylli, Herculis filii, uxor: ut supra annotatum.

327 *Rapta*] De Galanthide loquitur, quæ in mustelam conversa.

Fata meæ referam? quanquam lacrymæque dolorque
Impediunt, prohibentque loqui. Fuit unica matri
(Me pater ex alia genuit) notissima forma 330
Œchalidum Dryope: quam virginitate carentem,
Vimque Dei passam, Delphos Delonque tenentis,
Excipit Andræmon; et habetur conjuge felix.
Est lacus, acclivi devexo margine formam
Littoris efficiens: summum myrteta coronant. 335
Venerat huc Dryope fatorum nescia; quoque
Indignere magis, Nymphis latura coronas.
Inque sinu puerum, qui nondum impleverat annum,
Dulce ferebat onus: tepidique ope lactis alebat.
Haud procul a stagno, Tyrios imitata colores, 340
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret, flores: et idem factura videbar;

mæror obstant, et impediunt sermonem. Dryope pulchritudine notissima Œchalidum fuit sola genitrici: pater me suscepit ex alia. Andræmon illam duxit spoliatam virginitate, et violatam a Deo obtinente Delphos et Delon: atque creditur beata marito. Est stagnum præbens figuram littoris acclivis margine declivi: myrteta cingunt extremum. Dryope ignara sortis huc appulerat, et quo magis doleas, portatura serta Nymphis. Atque gestabat ulnis gratum onus, puerum qui nondum absolverat annum: et nutriebat auxilio lactis tepidi. Non longe a lacu Lotos aquatica exhibens colores Tyrios florebat in spem baccarum. Dryope inde diripuerat flores, quos offerret filio ad oblectationem: atque videbar idem factura, nam astabam. Adverti guttas sangui-

—327 Med. *tib. cara*; unde Heins. *rara*.—328 Plurimi *Facta meæ*.—334 Berolin. *Est locus acclivis*. Multi etiam alii *acclivis*. Heins. dedit *acclivi* ex uno Med. a rariore forma *acclivus*; et hoc unus Voss. et Twisden. habent.—336 *Huc* ex plerisque Codd. placet Heins. Edd. *hic*. Heidelb. pro *quoque* habet *quodque*, probante Bothio.—341 Berolin. *In spe*. Jun. et Leid. *baccarum specie*; nonnulli alii *in specie*.—342 Pr. Mor. *Carps. huic Dr.* Med. *hinc*

NOTÆ

331 *Œchalidum*] Id est, puellarum Œchalia oriundarum. Patronymica forma usus est Poëta pro patria.

Dryope] Quæ Euryti Œchaliæ regis filia.

332 *Delphos*] In hac enim Phocidis urbe ad Parnassum montem commune humani generis oraculum tenuit Apollo.

Delon] Quæ Cycladum omnium insula clarissima, ubi Apollinem et Dianam Latona enixa: quamobrem et Diis illis sacra.

341 *Lotos*] Quæ arbor est Africæ familiaris, baccas ferens tam grati saporis, ut hospitibus patriæ oblivionem injicere dicatur. A quo fabula non abludit.

Namque aderam. Vidi guttas e flore cruentas
Decidere; et tremulo ramos horrore moveri. 345
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
Lotis in hanc Nymphe, fugiens obscœna Priapi,
Contulerat versos, servato nomine, vultus.
Nescierat soror hoc; quæ cum perterrita retro
Ire, et adoratis vellet discedere Nymphis; 350
Hæserunt radice pedes. Convellere pugnat:
Nec quicquam, nisi summa, movet. Succrescit ab imo,
Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
Ut vidit; conata manu laniare capillos,
Fronde manum implevit: frondes caput omne tenebant. 355
At puer Amphissos (namque hoc avus Eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigescere sentit
Ubera: nec sequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis; opemque
Non poteram tibi ferre, soror: quantumque valebam, 360

nolentas defluere ex flore, et ramos agitari horrore trepido. Nempe, uti seri rustici nunc denique memorant, Nympha Lotis vitans pudenda Priapi commiserat faciem mutatam huic arbori, *nomine retento. Soror* mea *istud ignoraverat; quæ tremefacta, cum niteretur refugere, et excedere Nymphis adoratis, pedes correpti sunt radice. Tentat avellere; neque quicquam movet nisi suprema: cortex mollis adnascitur ab ima parte, et paulatim tegit tota inguina. Postquam advertit, tentans discerpere comam manu, implevit manum foliis: folia occupabant totum caput. At puer Amphissus (namque avus Eurytus illi imposuerat hoc nomen) sentit mammam maternam indurescere; neque succus lacteus sequitur lactentem. Astabam spectatrix duræ sortis, neque tibi poteram auxilio esse, soror: atque amplexa retardabam*

paucos, qu.—344 Heins. ex uno suo malebat, *Vidi (namque aderam) guttas.* Pro *e flore* V. et unus Heins. *de flore*, quod arridet Burmanno; quia geminatur interdum præpositio, unde verb. compositum.—345 Unus Gronov. *Excidere; et.* Dein *tremulos* Leid. habet.—347 Alii scribunt *Lotos.*—350 Sic Urbin. Langerm. unus Voss. Francof. et Caland. Excerpta. quidam, *iret adoratis:* vulgo, *iret et oratis.*—353 Berolin. *Tortaque.* Gron. pr. *lent. subit*, quod τοῖς *lentus* et *paulatim* melius convenire Burm. videtur: V. *capit.*—355 *Tenebant* ex vett. Heins. profert: vulg. *tegebant.*—356 *Amphissos* ex Antonin. Lib. sed Mss. vett. et auctor Argum. *Amphisos:* alii *Amphysos*, vel *Amphrysos.*—357 Optimi scripti, teste Ciofano, *Addiderat:* unus Med. *Ediderat:* Heins. malebat *Indiderat.* Dein *sentit* pro vulg. *sensit* restituit

NOTÆ

346 *Tardi*] Qui arborem sacram fuisse ante admonere debuissent, nisi, ut solent, tardi ingenii fuissent.

347 *Priapi*] Qui Bacchi et Veneris fuit filius, inguine, pro quo etiam sumitur, famosus, ob fœcunditatem hortorum Deus fabricatus.

Crescentem truncum ramosque amplexa, morabar:
Et (fateor) volui sub eodem cortice condi.
Ecce vir Andræmon, genitorque miserrimus, adsunt,
Et quærunt Dryopen: Dryopen quærentibus illis
Ostendi loton. Tepido dant oscula ligno: 365
Affusique suæ radicibus arboris hærent.
Nil nisi jam faciem, quod non foret arbor, habebas,
Cara soror. Lacrymæ misero de corpore factis
Irrorant foliis: ac, dum licet, oraque præstant
Vocis iter, tales effundit in aëra questus: 370
Si qua fides miseris, hoc me per numina juro
Non meruisse nefas: patior sine crimine pœnam.
Viximus innocuæ: si mentior, arida perdam,
Quas habeo, frondes; et cæsa securibus urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis; 375
Et date nutrici: nostraque sub arbore sæpe
Lac facitote bibat; nostraque sub arbore ludat.
Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet,
Et tristis dicat: Latet hoc sub stipite mater.

stipitem crescentem et ramos quantum poteram: et, agnosco, optavi velari sub eodem cortice. Ecce Andræmon illius *maritus, et pater infelicissimus advenerunt, et quærunt Dryopen: cum quærerent Dryopen ostendi illis loton. Præbent suavia ligno calido: et manent porrecti ad radices suæ arboris. Nihil jam tibi supererat, quod non esset arbor præter vultus, dilecta soror. Lacrymæ defluunt in frondes natas ex corpore mutato: et dum datur, atque os præbet viam voci, emittit ejusmodi querimoniam in auras: Si quæ est fides miseris, juro per Deos me non admisisse nefas: do pœnas sine crimine. Vitam egimus innocentem: si fallo, sicca amittam folia quæ gero; atque excisa securibus incendar. Ceterum tollite ex ramis maternis puerum, et committite nutrici, atque curate, ut bibat sæpe hic sub nostra arbore, et sub eadem sese oblectet, et cum didicerit fari, facite ut salutet matrem: et mæstus*

Heins.—358 V. et alter Gron. *seq. sugentem.*—362 Heins. olim conjecerat *rori* pro *volui.*—363 O. *Andæmo.*—364 Leid. unus, et Gron. et duo alii *Et qu. ubi sit Dryope: quær.*—365 Cant. pr. Bas. et decem alii *trepido dant.*—366 Multi libri *Effusique:* sec Pal. *Affixique.*—367. 368 Heidelb. *arb. habebat Clara sor.* Tum Heins. conj. *rerso*, et Burm. *mixto de corp* cui consentit Bothius.—371 Fragm Cæsen. *fid. superis, hoc.*—372 Gron. *Immeruisse nef.*—379 Ex octo vett. Heins. dedit *sub;* vulg. *in:* unus Pat. *in cortice.*—

NOTÆ

363 *Genitor*] Eurytus, qui Dryopes pater.

366 *Suæ*] Eadem nimirum Dryope Euryti filia, et Andræmonis conjux, utrumque, quanquam jure diverso, erat.

Stagna tamen timeat; nec carpat ab arbore flores: 380
Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.
Care, vale, conjux, et tu germana, paterque.
Quis si qua est pietas, ab acutæ vulnere falcis,
A pecoris morsu frondes defendite nostras.
Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est, 385
Erigite huc artus, et ad oscula nostra venite,
Dum tangi possum, parvumque attollite natum.
Plura loqui nequeo: nam jam per candida mollis
Colla liber serpit: summoque cacumine condor.
Ex oculis removete manus: sine munere vestro 390
Contegat inductus morientia lumina cortex.
Desierant simul ora loqui, simul esse: diuque
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumque refert Iole fatum miserabile, dumque
Eurytidos lacrymas admoto pollice siccat 395

dicat, Genitrix conditur sub hoc trunco. Caveat tamen a lacubus, neque deripiat flores ab arbore, atque arbitretur omnes frutices esse corpus Dearum. Valeas, dilecte marite, et tu soror, atque genitor: quibus si quæ est pietas, tuta præstate nostra folia a plaga acutæ falcis, et *a morsu pecoris. Et siquidem mihi non licet ad vestros amplexus flecti, tollite huc membra, atque accedite ad nostra suavia, dum possunt sentiri, atque admovete parvum filium. Non possum plura proferre: nam jam lentus cortex currit per collum album, et tegor summa fastigio. Tollite manus ab oculis: liber adnatus condat sine vestro officio oculos morientes. Os simul desierat verba fundere, atque esse: et rami novi diu calidi fuerunt corpore verso. Et dum Iole narrat sortem lugubrem, et dum Alcmene abstergit lacrymas Eurytidos*

380 Pro *stagna* Med. Leid. et sex alii, *signa*, unde Heinsius faciebat olim, *ligna: Signa tamen tenent* Leid. *Stagna tamen vitet* unus Heinsii. *metuat* Strozzæ. *Ab arbore frondes* undecim.—383 *Quis* ex Urbin. et sex aliis recepit Heins. vulg. *qui. Acut. cuspide* R. unus.—385 Sic vulg. Editiones nonnullæ et sex scripti, *non est incumbere vobis*; atque ita sec. Pal. nisi quod in illo, *non fas est:* unus Med. *vobis incumbere non est:* Thysii, *Et quoniam nymphas;* τὸ *ad vos* a manu secunda in Urbinati, erasa veteri lectione: *vobis occurrere non est* unus Voss. Putat Heins. latere Græcismum; et protulit, *Et quoniam non est ad vos incumbere nobis:* vel, *Et quoniam fato non est incumbere vobis.*—387 *Possum* Heins. præfert: vetustiores *possunt.*—388 Heins. mavult *jam jam:* sed et vs. 403. *nam jam.*—390 Nonnulli *sine crimine:* duo *rubore nostro;* quatuor *murmure vestro.*—391 *Contegat* Heins. dedit ex scriptis; vulg. *Contegit. Obductus* etiam unus Mor.—392 *Desierant....ora* etiam ex Heins. vulg. *Desierat ... ore.*—394 In quibusdam *Iol. factum.* Vett. etiam ma-

NOTÆ

390 *Sine munere*] Pietatis fuisse officium, quod ad sanguine vel affinitate proximos spectaret, morientium claudere oculos, jam aliquoties vidimus.

395 *Eurytidos*] Ioles, Euryti filiæ.

Alcmene, flet et ipsa tamen: compescuit omnem
Res nova tristitiam: nam limine constitit alto
Pæne puer, dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.

Fab. VIII. Callirhoës filii in Juvenes.

Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmæonis, qui materno sanguine aspersus in Acarnaniam se contulerat, ut expiaretur, conjugium iniit. Ex duabus Alcmæon filios edidit: qui cum per fallaciam a Phegeo, cujus ante filiam habuerat, esset occisus; petit Callirhoë a Jove liberis suis, ut ultores patris essent, annos adjiceret. Ergo ut id consequi possent, Dei voluntate ex pueritia in adolescentes factum est ut cederent.

Hoc illi dederat Junonia muneris Hebe, 400
Victa viri precibus. Quæ cum jurare pararet
Dona tributuram posthac se talia nulli;
Non est passa Themis. Nam jam discordia Thebæ
Bella movent, dixit, Capaneusque nisi ab Jove vinci

pollice admoto, et ipsa tamen lacrymatur, res nova submovit omnem mœstitiam: namque Iolaus propemodum adolescentulus velans maxillas incerta lanugine, vultus habens restitutos in primos annos sese obtulit ad excelsas fores.

VIII. *Hebe Junonia, pellecta precibus mariti, illi præbuerat hoc beneficium; quæ cum vellet sacramento sese obstringere, se nulli præbituram posthac ejusmodi munera, Themis non sivit. Nam jam Thebæ, inquit, cient bella discordia: et Capaneus non*

jori ex parte *mirabile*. Heins. mallet *fatum mirabile*.—397 Berolin. *nam lumine*.—398 Thuan. *Forte puer. Dubiasque* alius.—402 *Posthac* ex N. sec. Med. et uno Leid. vulg. *post hunc:* alii nonnulli *post hæc*.—404 Fl. S. Marci *Bell.*

NOTÆ

398 *Dubia*] Quam vix esse crederes, ita primulum apparebat.

399 *Iolaus*] Qui Iphicli Herculis fratris fuit filius, ideo juvenili ætati restitutus, quod in senecta multa egregia facinora præstiterit.

400 *Hebe*] Quæ Junonis filia, juventutis Dea, Junone etiam assentiente, Herculi in cœlum recepto nupsit. Apposite profecto, siquidem fortitudinis, quam per Herculem significari voluerunt, comes esse solet juventus.

402 *Talia*] Ut quempiam juventuti restitueret.

403 *Themis*] Justitiæ Dea, quæ fas jubet, nefas vetat, nihil impunitum sinit, vaticiniis et religioni præest.

Nam] Multa vaticinatur Themis quæ futura erant, ut ad rem possit descendere; cujus causa a jurando Heben absterruerat, 'Dona tributuram posthac se talia nulli:' ut lectori ad versum usque 416. ante pervenire oporteat, quam Deæ scopum assequatur.

404 *Movent*] Auctores ejus fuerunt

Haud poterit: ibuntque pares in vulnera fratres: 405
Seductaque suos Manes tellure videbit
Vivus adhuc vates: ultusque parente parentem
Natus, erit facto pius et sceleratus eodem:
Attonitusque malis, exul mentisque domusque,
Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris; 410
Donec eum conjux fatale poposcerit aurum:

poterit superari nisi a Jove: et fratres descendent æquales in plagas: et vates etiam vivus aspiciet suos Manes terra aperta: et filius ultus patrem matre, erit pius et scelestus eodem facinore: et stupefactus malis, inops mentis et sedis, vexabitur facie furiarum, et Manibus genitricis, donec uxor ab eo petiverit aurum pestiferum,

movens: unus Voss. *Bell. manent:* unde Heins. *Nam j. discord. Thebas Bell. manent, dix.*—405 Fl. S. Marci *Haud poterunt. Ibuntque* correxit Heins. vulgo, *fientque*, et nonnulli etiam *in vulnere:* Florent. S. Marci *flebuntque:* multi *deflentque.* —406 Vulg. *Subductaque.* Burm. dedit *Seductaque;* sed et suadet *diducta*, aut cum uno Ambros. *divisaque.* Vulgatum dictum ut Æn. III. 565. 'subducta ad Manes

NOTÆ

Eteocles et Polynices, Œdipi ex Jocasta matre et uxore filii; qui se cum ex nefariis nuptiis ortos cognoscerent, regnum eo fœdere diviserunt, ut alternis annis imperarent. Prior Eteocles natu major solium occupat: verum exacto anno fratri regnum reposcenti non tradit. Polynices ad Adrastum Argivorum regem confugit; hinc bellum.

Capaneus] Unus e septem ducibus ad Thebas, Deorum contemtor maximus, qui cum mœnia scalis conscendere tentasset, lapidibus a propugnantibus est obrutus: quapropter fulmine tactum fabulati sunt.

405 *Fratres*] Eteocles nempe et Polynices, qui mutuis tandem vulneribus ceciderunt.

406 *Videbit*] Enimvero Amphiaraus, Œclei filius, vates ille de quo hic agitur, vivus ad Manes, hiatu terræ absorptus, descendit.

407 *Ultus*] Præviderat Amphiaraus se a bello Thebano non reversurum; quamobrem nullis precibus a Polynice adduci poterat, ut ad illud proficisceretur. Eriphyle vero ab Adrasto aureo monili corrupta quod Hermione a Venere acceperat, maritum et prodidit, et ad bellum compulit: qua re ab Amphiarao intellecta Alcmæoni filio mandavit ut suæ mortis auctorem Eriphylen occideret. Patri obsequens Alcmæon in matrem crudelis factus est; nam illam quidem sustulit. Atque ea res nunc agitur.

410 *Eumenidum*] Furiarum, quibus vexatus fuit Alcmæon parricida.

411 *Donec*] Furiis agitatus Alcmæon ad Phegeum confugit a quo purgaretur; filiamque ejus Alphesibœam duxit uxorem, cui monile matri detractum obtulit. Cum autem apud Phegeum furoris remedium non invenisset, consulto oraculo se ad Acheloum contulit: ubi pariter Callirhoës Acheloi filiæ amore captus, fatale aurum, de quo hoc in loco agitur, ab ea poscitur. Ineptissimus homo sese monile daturum pollicetur, atque ea causa ad Alphesibœam repetiturus illud contendit; verum a Phegei filiis est occisus.

Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.
Tum demum magno petet hos Acheloia supplex
Ab Jove Callirhoë natis infantibus annos.
Jupiter his motus, privignæ dona nurusque 415
Præcipiet, facietque viros impubibus annis.

Fab. IX. Byblidis Lacrymæ in Fontem.

Miletus ex insula Creta in Asiam profectus, ibi urbem sui nominis constituit. Huic ex Mæandri filia Byblis et Cannus nati sunt. Byblis cum fratrem corporali amore potius, quam pio patrioque more diligeret, nec vesaniam cupiditatis compesceret, atque per literas detestandum amorem indicavisset, furiali vesania ipse instinctus, patriam profugit. Quem illa dum vestigiis persequitur, multas permensa gentes, novissime in Cariam venit, ibique assiduo mœrore et fletu fatigata cum concidisset, Nympharum Lelegeidum misericordia expirantis lacrymæ in fontem conversæ sunt, qui dominæ nomine est insignis.

Hæc ubi faticano venturi præscia dixit
Ore Themis; vario Superi sermone fremebant:
Et, cur non aliis eadem dare dona liceret,

et gladius Phegeius transfixerit latus consanguineum. Tum denique Callirhoë Acheloia supplex poscet summum Jovem hanc ætatem filiis infantibus. Jupiter tactus his præfiniet munera privignæ et nurus; et præstabit viros ætate imberbi.

IX. *Postquam Themis prudens futuri hæc dixit ore fatidico, Dii murmurabant diversa oratione; et fremitus erat quamobrem non fas esset præbere*

imos desidimus unda.'—412 Sæpe scribitur *Phlegeius.*—413 Pro *petet* etiam pr. Med. Arund. pr. Hamburg. aliique complures *petit.* *Hos* dedit Heins. ex Fl. S. Marci, et Urbin. et tribus aliis: nonnulli *hæc* cum Cant. vulg. *hoc.*—414 Post h. vs. olim edeb. *Nevc necem sinat esse ultoris inultam;* quod in quibusdam sic legitur; *N. n. s. e. sui victoris i.* in uno V. *N. n. s. e. diu ultoris i.* alii nonnulli *genitoris* pro *ultoris: N. Neu genitorque necem sinat esse parentis inultam.* Hæc Heins. delevit, quia non comparebant in pr. V. et in uno suo ascripti tantum erant margini.—415 *Privignæ* ex scriptis; alii *privigni.* Sec. Med. et alius *vota* pro *dona.*—416 In Heidelb. correctum *Præripiet.*—417 Alii *ub. vaticino,* vel *fatidico.*—418 Pro *vario* olim edeb. *vano.* Dein nonnulli *serm.*

NOTÆ

413 *Hos*] Juveniles nempe ad quos reductus fuerat Iolaus, ut præproperata illis juventute patris necem ulcisci possent.

415 *Privignæ*] Hebes, scilicet, quæ Junonis cum fuerit filia, Jovis privigna dicitur; nurus vero, siquidem ejusdem filio Herculi nupserit.

Dona] Juventutem, scilicet, Alcmæonis filiis.

Murmur erat. Queritur veteres Pallantias annos 420
Conjugis esse sui: queritur canescere mitis
Iasiona Ceres: repetitum Mulciber ævum
Poscit Erichthonio. Venerem quoque cura futuri
Tangit, et Anchisæ renovare paciscitur annos.
Cui studeat, Deus omnis habet: crescitque favore 425
Turbida seditio; donec sua Jupiter ora
Solvit: et, O, nostri si qua est reverentia; dixit,
Quo ruitis? tantumne sibi quis posse videtur,
Fata quoque ut superet? Fatis Iolaus in annos,

aliis eadem munera. Pallantias queritur ætatem sui mariti esse exhaustam: alma Ceres queritur Iasionem canescere: Vulcanus petit annos renovatos Erichthonio. Solicitudo de futuro movet etiam Venerem, et spondet reparare annos Anchisæ. Quilibet Deus habet cui faveat: et tumultuosa seditio augetur favore, donec Jupiter os suum aperuit; atque, O, inquit, si quis est metus nostri, quo ferimini? tantumne posse aliquis sibi videtur, ut vincat etiam fata?

tremebant vel *ferebant*.—419 Bas. et duo alii *ead. donare lic.*—420 Berolin. *quare* pro *queritur*.—421 *Mitis* in plerisque vett. alii *mitem*.—421 Quidam scribunt *Iasona*, vel *Æsona*. Variant vehementer scripti: *Iasonaque alma Ceres* Tlman. et alii tres; *Iasona fronte Ceres* R. *nempe Ceres* Pal. *sancta Ceres* duo Pal. *flava* decem; *cana* unus: *Iasonaque Ceres* quinque; *Æsona flava* quatuor: alii aliter. —425 Unus Leid. *Cui studeant*. Heins. putat legendum *Cui studeant D. o. habent*.—428 *Tantumne sibi quis* est ex uno Mor. vulg. *tantumne aliquis sibi*.—

NOTÆ

420 *Pallantias*] Auroram dicit, Hyperionis filiam, Pallantis gigantis Crio sati sororem patruelem.

421 *Conjugis*] Tithoni, scilicet, Laomedontis, Trojanorum regis, filii, cui a Parcis immortalitatem, oblita perpetuam juventutem poscere, Aurora impetraverat: qui senio confectus in cicadam mutatus est.

422 *Iasiona*] Jovis ex Electra filium; Cereri adamatum, cui Plutum divitiarum Deum cæcum, claudum, timidumque peperit.

Mulciber] Vulcanus; ex cujus semine in terram prolapso, cum Minervæ castitatem temerare intentasset, Erichthonius, puer draconis pedibus horribilis, natus est. Qua quidem fabula haud scio annon maxima de hominis lapsu mysteria Ethnici attigerint; de quibus etiamnum aperte scribere satis tutum apud ignarissimos plerosque Christianos, ventri destruendo unice deditos, non ego quidem opinor, qui nuper iterum per invidorum tetras calumnias tantum non sum feris objectus. Sed brevi Jesus noster aderit.

424 *Anchisæ*] Quem, Æneæ patrem, Venerem amasse Virgiliano carmine notius est quam ut sit exponendum.

425 *Favore*] Dum quisque huic aut illi favet, et inventutem poscit.

429 *Fata*] Fatum, id omne esse quod a Deo constitutum et designatum ut eveniat, definivit Cicero. Chrysippus indeclinabilem rerum se-

Quos egit, rediit: fatis revirescere debent 430
Callirhoë geniti; non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
Me quoque, fata regunt: quæ si mutare valerem,
Nec nostrum seri curvarent Æacon anni:
Perpetuumque ævi florem Rhadamanthus haberet 435
Cum Minoë meo: qui propter amara senectæ
Pondera despicitur; nec, quo prius, ordine regnat.

Iolaus repetivit per fata annos quos exegit: filii Callirhoës debent revirescere per fata; non per ambitionem, neque per arma. Fata imperant quoque vobis, et, ut patiamini æquiore mente, mihi etiam; quæ si possem mutare, neque ætas adulta flecteret nostrum Æacum, et Rhadamanthus frueretur flore ætatis minime marcescente, cum Minoë meo, qui propter triste onus senectutis contemnitur, neque impe-

430 Alii *fat. juvenescere.*—432 Berolin. *hæc* pro *hoc.*—434 Cod. Menard. *nostr. særi;* Med. unus *miseri.*—435 Berolin. *Perpet. ævo.*—436 In uno Ciofani, et Excerpt. Mureti *propt. dura;* quatuor libri *multa;* tres *sæva.*—437

NOTÆ

riem et catenam dixit, sese volventem et implicantem per æternos consequentiæ ordines e quibus connexa est. Absurdissima porro circa fatum non Ethnici modo, sed Christiani plerique, tradiderunt: ut vix ex iis qui de fato seu Dei voluntate loquuntur, millesimum fas sit reperire, qui non Deum ter optimum maximum, supremum omnium rerum Regnatorem, ex homuncionis modulo, ut est impudentia, metiri satagat; illique, Potentiæ seu Gloriæ titulo, indigna prorsus non tribuat. Ea omnia ad Veritatis normam exequi neque locus neque vires nostræ sinunt: attamen melius esse silere, atque Deum cum ignorantia adorare, quam per superbiam emendicata scientia blasphemiis impetere, non possum non profiteri.

431 *Non ambitione*] Neque volentis neque currentis, sed Dei miserentis, inquit Paulus: quanquam homini quoque datum ut velit denique, et quasi per vim plurima a Deo consequatur. Quod pessimi latrones suis devoti voluptatibus nolunt agnoscere: ne saluti suæ invigilare teneantur scilicet.

433 *Me quoque*] 'Si tu vis,' dicebat olim, atque etiam nunc dicit hominibus, Christus Deus; ut, nisi volentibus nobis, nedum ipse quædam possit edere miracula. Quod præsertim nefariis monstris quibusdam, Deo exosis, qui in illum omne suum transmittunt nefas, est sedulo perpendendum. A Deo atque illius nutu volumus, neque a nobis quicquam possumus. At siquidem in nobis atque pro nobis etiam vult Deus, nosque velle quod ille vult intendit; quod ille vult a nobis sine nostro Velle in æternum præstari non potest. Istud vero altius relinquo bipedum pessimis rimandum; qui id unum a Domino postulant ut voluntate sua usque abutendo illius benevolentia fruantur.

434 *Nostrum*] Filium supple. Tres vero suos Jupiter memorat, post fata ob justitiam apud Inferos constitutos judices.

Curvarent] Incurvi vero senectute fiunt homines.

Dicta Jovis movere Deos: nec sustinet ullus
(Cum videant fessos Rhadamanthon et Æacon annis,
Et Minoa) queri. Qui, dum fuit integer ævi, 440
Terruerat magnas, ipso quoque nomine, gentes.
Tunc erat invalidus; Deionidenque juventæ
Robore Miletum, Phœboque parente superbum,
Pertimuit: credensque suis insurgere regnis,
Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus. 445
Sponte fugis, Milete, tua; celerique carina
Ægæas metiris aquas: et in Aside terra
Mœnia constituis, positoris habentia nomen.
Hic tibi, dum sequitur patriæ curvamina ripæ,
Filia Mæandri, toties redeuntis eodem, 450
Cognita Cyanee, præstanti corpora forma,

rium obtinet ea dignitate qua ante valebat. *Verba Jovis tetigerunt Deos: neque quisquam audet conqueri, cum cernant Rhadamanthon, et Æacon, ætate defatigatos, Minoëm insuper, qui dum vixit ætate integra, metu perculsit validas nationes vel sola fama. Tunc erat infirmus, et extimuit Miletum Deioniden elatum viribus juventutis, et patre Apolline: atque fidem habens* eum *invehi in suum regnum, non tamen sustinuit prohibere sedibus patriis. Discedis ultro, Milete, atque transis mare Ægæum veloci navi, et ponis muros in terra Asia obtinentes nomen Ædificatoris. Hic Cyanea nata Mæandri toties recurrentis eodem* fuit *tibi cognita, dum sequitur flexus ripæ patriæ: peperit Byblidem atque Caunum, geminam sobolem,*

In uno Heins. *Pond. deprimitur.* Tunc Heins. conj. *omine regn.*—438 Cant. Jun. R. et alii *Nec se tenet:* Med. unus *se movet.*—439 Vulg. *Cum videat:* multi vett. tamen *videant.* Heins. scribendum putat cum nonnullis vett. *Æac. annos.*—441 *Audito nomine* duo libri; *diro quoque n.* Gronov. *gentes ipso q. n. multas* Leid. *ipso q. n. terras* unus.—442 In Fr. et aliis *Deionidæque:* in Ms. Bersm. et nonnullis Heins. *Deionideque;* in Berolin. *Deonisque.*—443 Unus Heins. *Mileton.*—444 Tanaq. Faber mallet *certusque.* Ms. Bersm. *cred. tuis.*—446 O. *curvaque car.*—450 Duo vett. *red. in orbem.*—451 *Cognita Cyane* multi veteres; unus Bas. *Callirhoë;* pr. Pal. pro diversa lectione, *Crineo;* secundus, *Prociane: Cretei* Urbin. *Creneis* Spirensis et optimus Thuaneus, ἀπὸ τῆς Κρηνῆς. *Præstanti, &c.* quod Bernegg. pro var. lect. habet, Heins. primus edidit, monet-

NOTÆ

442 *Tunc*] Cum Jupiter loqueretur.

Deioniden] Deiones filium, ut suspicari licet, namque huic aliam matrem, patre tamen eodem Apolline, alii assignant. Cretæ regnum invadere molitus fuerat: sed a Jove Minois patre deterritus in Asiam navigavit, ubi Miletum Cariæ urbem celeberrimam condidit.

447 *Ægæas*] Mare Ægæum, quod Mileto Asiam petenti trajiciendum erat.

450 *Mæandri*] Qui Phrygiæ sinuosus fluvius nobis quoque jam sæpe occurrit.

451 *Cyanee*] Aliam alii: Eidotheam, Carum regis filiam, Cauni et Byblidis matrem fecit Antoninus Liberalis.

Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.
Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ:
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
Non soror ut fratrem, nec qua debebat, amavit. 455
Illa quidem primo nullos intelligit ignes:
Nec peccare putat, quod sæpius oscula jungat:
Quod sua fraterno circumdet brachia collo:
Mendacique diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor; visuraque fratrem 460
Culta venit; nimiumque cupit formosa videri:
Et, si qua est illic formosior, invidet illi.
Sed nondum manifesta sibi est; nullumque sub illo

atque *corpora eximia forma. Byblis exemplo est, ut puellæ ament licita. Byblis flagrans desiderio fratris Apollinei non dilexit fratrem ut soror, nec quo* amore *decebat. Illa quidem primo nullum amorem cognoscit, neque arbitratur male facere, quod sæpius præbeat suavia; quod amplectatur collum fraternum suis lacertis, et diu decipitur specie fictæ pietatis. Amor paulatim flectitur in fratrem, atque* eum *visura adest exornata, et perdite optat videri pulchra: et si qua est ibi pulchrior, illi invidet. Sed nondum est sibi perspecta, neque quicquam optat sub illo ardore; verumtamen torretur intus.*

que, posse et *præstantis formæ* vel *præstantia formæ* (ut *præstans animi* ap. Virg.) legi. Multi Codd. *præstantia forma:* Unus Medic. *formæ:* vulgo, *præstanti corpore nympha.* Dubium autem, *Byblis* an *Biblis* scribendum: vid. Heins. in Not. Var.—455 Heidelb. *nec quo.*—457 Nonnulli *osc. jungit:* et vs. seq. *frat. circumdat.*—459 Jun. et alius *Mendacisque.*—460 Politianus ex vet. Cod. pr. Gron. et tres alii *Paul. succrescit,* improbante Heinsio: unus Heins. *succedit.*—

NOTÆ

453 *Ament*] Immo et caute intueantur, si amare, servas fieri, perire denique metuunt.

454 *Apollinei*] Cui Apollo avus.

456 *Primo*] Amor igitur ut maximum, ita et maxime metuendum malum, siquidem incognitum irrepit.

459 *Mendacique*] Prima mali nostri labes Error, quem sequitur nostrimet interitus. Hinc Diabolus, Calumniator, hominumque Deique hostis, primo loco Mendax, cujus naturam propriam nomen ipsum, quanquam oscitanter advertimus, Deo admonente, indicat. Hinc Servator Iesus qui Patris virtutem, in nobis mendacio oppressam, excitat, VERBUM dicitur; a quo Lumen, Sapientiam, Veritatem mutuari, cui, quantumvis refragrante carne Diaboli conscia, credere tenetur quisquis vel pietatis nomine a Deo desciscere metuit.

460 *Declinat*] Augetur; ad nefandam flectitur libidinem.

461 *Capit formosa*] Sciunt nempe Evæ filiæ falsa boni specie lapsum Adamum.

463 *Manifesta*] Quinam essent motus sui, aut quo spectarent nesciebat. Non minus peribit tamen; ut ineptissimi videantur qui adolescentibus naturæ mala, in quæ nescientes incidunt, verentur, præcavendi causa, indicare.

Igne facit votum; verumtamen æstuat intus.
Jam dominum appellat: jam nomina sanguinis odit: 465
Byblida jam mavult, quam se vocet ille sororem.
Spes tamen obscœnas animo demittere non est
Ausa suo vigilans. Placida resoluta quiete
Sæpe videt, quod amat. Visa est quoque jungere fratri
Corpus; et erubuit, quamvis sopita jacebat. 470
Somnus abit: silet illa diu; repetitque quietis
Ipsa suæ speciem; dubiaque ita mente profatur:
Me miseram! tacitæ quid vult sibi noctis imago?

Jam Dominum vocat; jam refugit nomina consanguinitatis: jam mavult ille appellet se Byblidem quam sororem. Verita est tamen experrecta vota turpia objicere menti suæ: cernit sæpe quod amat superata leni somno. Visa est etiam jungere corpus fratri; et pudore suffusa est, quanquam dormiens jacebat. Sopor discutitur: illa diu obmutescit, atque revolvit imaginem sui somni, atque ita loquitur animo incerto: Me infelicem! quid portendit simulacrum noctis tranquillæ? quod nolim

663 Gron. et Jun. *sub ipso.*—464 Unus Med. *Ign. fuit;* et deinde duo *æst. ignis.* —466 Gron. *jam mallet:* Heins. *malit* legebat.—467 *Demittere* vett. plerique; alii *dimittere:* unus Heins. *permittere.*—470 Vetustiores, teste Heins. *jacebat;* vulg. *jaceret.*—472 Tres *dub. in ment.* Med. et duo alii *ita voce.*—

NOTÆ

Illo] Amore nondum satis amanti manifesto.

465 *Dominum*] Ergo ipsa serva fuit: ut ex ejusmodi amoris transmutationibus qualis ipse credendus, promum sit intelligere. Quanquam tamen suave malum, nisi Dei amore sublatus, nullus possit effugere: usque adeo in nostram perniciem omnes conjuravimus.

470 *Et erubuit*] Vim boni itaque altius humanæ menti impressam credidit Poëta, quam vulgo solent quidam qui se Theologos dici amant. Neque vero istorum animus somniculosus aut superbia pertinax Dei veritatem possit evertere, qui sese in hominibus boni et mali indicem et dicit et facit. At enim vincit falsitas et malum. Verum est: sed hominis perversa oscitantia, qui tum denique se non potuisse aut nescivisse causatur, cum viribus omnibus Deique lumine ad nefas exhaustis, levissima se mentitur non potuisse quæ omnino neglexit, vel etiam noluit. Fugiendo, tacendo, quiescendo, non cogitando difficillima etiam possumus: quis ista non possit, si modo mature vel puerulus voluerit, quod sero aut nunquam gigas tentaverit? Is certe non potest qui non vult; nam per voluntatem nostram omnia efficimus. At cum aliquid nolumus, non id quæritur, an id possimus; verum an penes nos fuerit velle aut flectendam permittere voluntatem ut possemus. Sed de his alias.

471 *Quietis*] Cujus tempore nisi sobrie utaris, Diabolus accedit, qui malum semen, brevi omne bonum oppressurum, spargit.

Quam nolim rata sit! cur hæc ego somnia vidi?
Ille quidem est oculis quamvis formosus iniquis: 475
Et placet, et possum, si non sit frater, amare:
Et me dignus erat. Verum nocet esse sororem.
Dummodo tale nihil vigilans committere tentem;
Sæpe licet simili redeat sub imagine somnus.
Testis abest somno; nec abest imitata voluptas. 480
Pro Venus, et tenera volucer cum matre Cupido,
Gaudia quanta tuli! quam me manifesta libido
Contigit! ut jacui totis resoluta medullis!
Ut meminisse juvat! quamvis brevis illa voluptas,
Noxque fuit præceps, et cœptis invida nostris. 485
O ego, si liceat mutato nomine jungi,
Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti!

sit verum. Quamobrem ego intuita sum hæc somnia? Ille quidem est pulcher, etiam oculis infensis: et gratus est, et nisi germanus sit, possum amare: et me dignus erat: at obest esse germanam. Dummodo nihil ejusmodi coner admittere experrecta, licet somnus recurrat sæpe sub ejusmodi specie. Testis nullus est sopori; neque deest simulata voluptas. Pro, Venus, et Amor alate cum matre molli, quantam sensi voluptatem! quam aperta libido me contigit! ut jacui resoluta totis medullis! ut prodest recordari! quanquam illa gaudia momentanea, atque nox fuit velocissima, et invida nostris cœptis. O, si fas sit convenire nomine mutato, quam bene ego poteram esse nurus tuo patri, Caune! Quam bene poteras esse gener meo

476 Vulg. *et possim:* Heins. qui ex Mss. recepit *possum*, suadet *ut possim:* nonnulli etiam habent *possem.*—477 Pro *sororem* Heins. conj. *sorori.*—478 Unus Bas. *rig. admittere.*—480 Med. *temerata*, alius *privata voluptas.* Plurimi etiam *voluntas.*—481 Unus Mor. *et nivea;* unde Heins. exsculpsit *Gnidia.*—482 Leid. *mihi quam manif.*—483 Unus Med. *jac. tactis.*—484 Heidelb. *Et memin.*—485 *Noxq. fugit* duo libri.—487 Multi ex vett. *Qu. ben. tu nostro*

NOTÆ

479 *Licet*] Animi tamen a Diabolo victi est iste assensus: quem quidem animum a servo corpore proditum neque istud curabit, neque poterit erigere.

481 *Pro Venus*] Non aliter ille uritur qui in apertum et nudum pectus prunas immittit, quam qui vacuo atque incustodito animo istiusmodi nequitias legit. Tutissimum prunas non attingere: tutissimum istiusmodi fugere. Animo facile est; nisi mavis, papilionum more, gratæ flammæ impetum tuo damno experiri.

482 *Gaudia*] Annon te jamdudum, Adami more, Deum credis contemsisse, quisquis serpentis ex voluptatis arbore blande sibilantis voci non aures modo, sed cor blanditiarum spectatorem attentum, præbuisti? Quam vix aliter quam experiundo gaudia cognoscuntur! Quam pene ea amamus, cupimus, sequimur, quæ phantasiæ grata obversantur!

Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti!
Omnia, Di facerent, essent communia nobis,
Præter avos. Tu me vellem generosior esses. 490
Nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem:
At mihi, quæ male sum, quos tu, sortita parentes,
Nil nisi frater eris. Quod obest, id habebimus unum.
Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
Somnia pondus habent? an habent et somnia pondus? 495
Di melius! Di nempe suas habuere sorores.
Sic Saturnus Opim, junctam sibi sanguine, duxit,
Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.
Sunt Superis sua jura. Quid ad cœlestia ritus
Exigere humanos, diversaque fœdera tento? 500
Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut, hoc si nequeo, peream precor ante; toroque

patri, Caune! Di annuerent, omnia essent nobis communia, præter avos: optarem tu me esses stirpe nobiliori. Nescio quam igitur præstabis matrem, formosissime; at mihi, quæ male habui eosdem parentes quos tu sortitus es, *nihil eris nisi frater. Habebimus id unum quod nocet. Quid ergo mihi designant mea visa? Quam vim autem habent somni imagines? an et somni imagines vim habent? Dii melius! Dii nimirum duxerunt suas sorores. Sic Saturnus habuit Opim sibi conjunctam sanguine, Oceanus Tethyn, moderator Olympi Junonem. Dii habent sua jura; quamobrem compono consuetudines humanas cum cœlestibus; atque ambio aliena fœdera? Vel amor prohibitus abjicietur ex nostro corde; vel, si istud non licet, oro*

pot. Quidam hunc vs. omittunt.—490 Heidelb. *et* pro *tu.* Tanaq. Faber hæc concoquere non poterat. Suadebat igitur *Præt. avos: saltem facerent alienior esses.*—492 *At* dedit Heins. ex scriptis; multi *Et:* nonnulli etiam *Hei.* —493 Heins. putat hæc mendosa esse, vel adulterina; posse tamen reponi *id hab. una.*—494 *Ægræ* pro *ergo* conj. Heins. nisi mavis cum uno Gron. *miseræ.* Deinde Heidelb. *quid autem.*—495 Med. et tres alii *an hab. hæc somn.* Fragm. Cæsen. *hab. heu.*—497 Berolin. habet *Opem.* In V. unoque Ciofani *sang. junxit.*—499 Heins. malit *Sint Sup.*—502 *Ante* meliores, teste Heins.

NOTÆ

490 *Generosior*] Nobiliori, atque adeo alia, stirpe oriundus: ut nullum conjugii quod optabat Byblis esset per sanguinem impedimentum.

496 *Di nempe*] Mire fluctuantis et æstuantis animum expressit Poëta, cum ita presse annuentem et abnuentem excogitavit.

497 *Opim*] Quæ Cœli filia, aliis nominibus Cybele, Rhea, Magna Mater vocata, fratri Saturno nupsit.

498 *Tethyn*] Quæ Cœli et Vestæ filia Oceano fratri nupsit.

499 *Sunt Superis*] Deos sibi exemplo esse debere negat. An ex animo mox patebit.

500 *Diversa*] Alia enim Deorum, alia hominum.

Mortua componar, positæque det oscula frater.
Et tamen arbitrium quærit res ista duorum.
Finge placere mihi : scelus esse videbitur illi. 505
At non Æolidæ thalamos timuere sororum.
Unde sed hos novi ? cur hæc exempla paravi ?
Quo feror ? obscœnæ procul hinc discedite flammæ :
Nec, nisi qua fas est germanæ, frater ametur.
Si tamen ipse mei captus prior esset amore, 510
Forsitan illius possem indulgere furori.
Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem,
Ipsa petam ? poterisne loqui ? poterisne fateri ?
Coget amor ; potero : vel, si pudor ora tenebit,
Litera celatos arcana fatebitur ignes. 515
Hæc placet, hæc dubiam vincit sententia mentem.
In latus erigitur, cubitoque innixa sinistro,
Viderit : insanos, inquit, fateamur amores.

prius interam, et mortua lecto condar, et frater offerat suavia compositæ. Et tamen res ista indiget voluntate duorum. Puta placere mihi ; videbitur illi esse nefas. At Æolidæ non metuerunt connubia sororum. Sed unde hos novi ? quamobrem adornavi ista exempla ? Quo ruo ? Turpes amores vos hinc procul amolimini : neque frater ametur, nisi quantum licet sorori. Si tamen ipse esset prior correptus mei amore, forte possem favere illius ardori. Ego igitur ipsa requiram, quem non eram repulsura si posceret ? Poterisne furi ? Poterisne confiteri ? Amor vim faciet ; potero : vel si pudor os comprimet, litera secreta agnoscet amores occultos. Hæc sententia insidet animo, hæc superat mentem incertam ; exsurgit in latus, atque recumbens in lævum cubitum, Quicquid sit, inquit, profiteamur violentos

alii *ipsa*.—504 Iidem meliores *Attamen ;* unde Heins. *Sed tamen ;* nam *At* sequitur.—506 Sex scripti *thalam. tenuere ;* unde Heins. *renuere.* Sed Burm. mallet, *At nonne Æol. thal. tenuere sor.*—509 Heins. pro *Nec* vult *Ne.* Berolin. *nisi quam.*—510 Idem Cod. *capt. prius.*—512 Cod. Menard. *Ergo ego, quæ fueram te non habitura precantem ;* plures alii etiam *quæ.* In uno V. utroque Ciofani, Dominic. et multis aliis *non neglectura :* Ms. Bersm. *abjectura.* Primam autem syllabam in *rejicere* fere semper produci exemplis docet Burm.—514 Alii *Cogit am.*—516 Multi vett. *hæc ;* vulg. *hoc.* Meliores etiam *vincit ;* ceteri *vicit.*—518 Med. et sex alii *Sedit et insan.*

NOTÆ

504 *Et tamen*] Latet sensus sub his particulis. Perinde est ac si diceret : Quanquam ego amorem istum nollem extinguere, eam rem tamen cogerer omittere quæ ab alio pendet.

506 *Æolidæ*] Plures equidem memorat Æoli filios Homerus ; attamen Macareum solum cum sorore rem habuisse ex eo colligitur, quod in hujus epistola vidimus, Æolum nempe indignatum filiæ gladium quo sibi mortem consciscere misisse. Verum crimini auctoritatem quærenti puellæ pronum fuit numero uti multitudinis.

Hei mihi! quo labor? quem mens mea concipit ignem?
Et meditata manu componit verba trementi. 520
Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram.
Incipit; et dubitat: scribit; damnatque tabellas:
Et notat; et delet: mutat; culpatque, probatque:
Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit.
Quid velit, ignorat: quicquid factura videtur, 525
Displicet. In vultu est audacia mixta pudori.
Scripta Soror fuerat: visum est delere Sororem,
Verbaque correctis incidere talia ceris:
Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
Hanc tibi mittit amans: pudet ah, pudet edere nomen! 530
Et, si quid cupiam, quæris; sine nomine vellem
Posset agi mea causa meo: nec cognita Byblis
Ante forem, quam spes votorum certa fuisset.
Esse quidem læsi poterant tibi pectoris index,
Et color, et macies, et vultus, et humida sæpe 535

ardores. Hei mihi! quo ruo? quem ardorem concipit mens mea? Atque ordinat voces conquisitas trepidante manu. Dextra manus *tractat stilum, altera ceram vacuam. Incipit, et hæret: pingit, et arguit tabellas: et signat, et abstergit: invertit, et damnat, et laudat: atque vicissim omittit acceptas, et denuo capit omissas. Nescit quid cupiat: quicquid videtur factura displicet: est audacia in facie confusa cum pudore. Soror fuerat exarata; placuit expungere Sororem, atque insculpere ejusmodi verba ceris correctis: Amans tibi mittit hanc salutem, quam non est habitura nisi tu dederis. Pudet ah, pudet proferre nomen! Atque si poscis, quid velim: optarem mea causa posset defendi sine nomine: neque essem Byblis prius cognita, quam spes votorum fuisset tuta. Et color, et macies, et facies, et oculi sæpe madidi,*

—520 Leid. *Et mediata.*—521 Tert. Leid. *Dext. ten. calamum.* In uno R. et aliis hic vs. præcedenti præponebatur.—522 Heins. conj. *mandatq. tabellis.* Burm. vult sic distinguere: *Incipit et dubitat; scribit damnatque. Tabellas Et notat et delet, &c.*—526 Leid. *mixt. timori;* unus Med. *pudorque.*—527 Jun. et Bernegg. *fue. placuit del.* unus *voluit:* A. *visum dolere.*—528 *Correctis* cum pr. Pal. pr. Gron. O. Arund. pr. Erfurt. utroque Hamburg. aliisque multis; vulg. *correptis. Inscribere* etiam unus Med.—530 Unus Heins. *mandat am.* Et alius *pud. ah pud. esse sororem.*—532 Berolin. a man. pr. *causa modo.*—534 *Poterant* pro vulg. *poterat* ex novem Codd. dedit Heins.—535 Quart. Med. *et*

NOTÆ

518 *Viderit*] Cannus, vel quispiam alius, utilitas, ipse rei eventus. Formula est loquendi, quomodo etiam in incertis nostris solemus dicere, *Nous verrons: Il en sera ce qui pourra.*

519 *Mens mea*] Vides, vel scelestissima puella fatente, per naturam cognitum esse quod Dominus docuit, jam diu peccasse illum qui animo flagitium concepit?

Lumina, nec causa suspiria mota patenti,
Et crebri amplexus, et quæ, si forte notasti,
Oscula sentiri non esse sororia possent.
Ipsa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam,
Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci, 540
(Sunt mihi Di testes,) ut tandem sanior essem:
Pugnavique diu violenta Cupidinis arma
Effugere infelix; et plus, quam ferre puellam
Posse putes, ego dura tuli. Superata fateri
Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis. 545
Tu servare potes, tu perdere solus amantem.
Elige utrum facias. Non hoc inimica precatur:
Sed quæ, cum tibi sit junctissima, junctior esse
Expetit; et vinclo tecum propiore ligari.
Jura senes norint: et quid liceatque, nefasque, 550
Fasque sit, inquirant; legumque examina servent:
Conveniens Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat, nescimus adhuc: et cuncta licere

et gemitus ducti causa latente, et frequentes amplexus, et suavia, quæ si forsitan observasti, possent sentiri non esse sororia, poterant quidem tibi esse signa cordis vulnerati. Quanquam tamen ego graviter animo læsa eram, quanquam intus erat ardor igneus, omnia tentavi, (Dii sunt conscii,) ut denique essem sanior: atque misera diu conata sum evitare sæva arma Amoris; atque ego plus passa sum, quam credas puellam posse pati. Victa cogor confiteri, et petere tuum auxilium votis dubiis. Tu solus potes incolumem præstare, tu solus *perdere amantem. Elige utrum facias. Non hostis istud orat, sed quæ, cum sit tibi conjunctissima, optat tibi esse conjunctior, atque connecti tibi copula arctiore. Senes cognoscant jura, atque perscrutentur quid liceat, quid sit fas, aut nefas, et observent decreta legum: Venus inconsiderata apta est nostræ ætati. Ignoramus adhuc quid fas sit, atque*

invida sæp. unde Heins. conj. *uvida.*—536 Pro *mota* multi Codd. *nota;* unus Strozzæ *natu,* quod non displicebat Heins. tres libri *longa.* Deinde Gron. *latenti;* A. *fatenti;* Med. *potenti;* duo *petenti.*—538 Berolin. et alii *soror. possunt.*—539 Alii *quamv. animi;* at *animo,* judice Heins. rectius: Fl. S. Marci, et Bonon. *quamv. me jam g. r. habebat.* Heins. etiam conj. *vuln. alebam;* ut illud Virg. Æn. IV. 2. 'Vulnus alit venis.'—541 Quatuor libri *Sint mihi.* —543 Unus Med. *quam forte.*—547 Citat hæc Cledonius, in Arte, inter Grammaticos vett. hoc modo: *non hoc inimica precatur; Sed quæcumque tibi junctiss. &c.* Scripti nihil variant, nisi quod quidam *non hæc;* alii *hoc non.*—549 Voss. *prop. teneri.*—550 Berolin. *sen. norunt.*—551 Burm. vult *exam. versent,* quod τῷ *inquirant* melius respondet; ut illud Hor. Poët. Art. 268.

NOTÆ

553 *Nescimus*] Ita loquuntur omnes: se nescire dicunt quod votis suis sciunt adversari. Interea eo gravius sunt decepti qui sponte sua sunt de-

Credimus: et sequimur magnorum exempla Deorum.
Nec nos aut durus pater, aut reverentia famæ, 555
Aut timor impedient; tantum absit causa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi.
Et damus amplexus; et jungimus oscula coram.
Quantum est, quod desit! miserere fatentis amorem, 560
Et non fassuræ, nisi cogeret ultimus ardor:
[Neve merere, meo subscribi causa sepulcro.]
Talia nequicquam perarantem plena reliquit
Cera manum: summusque in margine versus adhæsit.
Protinus impressa signat sua crimina gemma; 565
Quam tinxit lacrymis: linguam defecerat humor.
Deque suis unum famulis pudibunda vocavit:
Et pavidum blandita, Fer has, fidissime, nostro,

existimamus omnia esse concessa; et sequimur exempla magnorum Deorum. Neque aut pater severus, aut pudor famæ, aut metus nobis obstabunt: absit tantum causa timendi. Velabimus jucunda furta sub nomine fraterno. Licet mihi tecum arcana communicare. Et nos amplectimur, et conserimus suavia palam. Quantum est quod desideratur! miserere agnoscentis amorem, neque agnituræ, nisi extremus æstus vim faceret. Neve merearis subscribi causa meo tumulo. Plena tabella destituit frustra scribentem talia: atque novissimus versus inscriptus est margini. Continuo sigillum apponit suo crimini gemma impressa: quam madefecit lacrymis: humor destituerat linguam. Atque verecunda arcessivit unum ex servis suis; et blan-

****

Vos exemplaria Græca...versate.—556 *Impedient* Heins. ex uno Gronoviano recepit; nam ceteri, *impedict.* Mox variant Codd. Multi ex vetustioribus *tantum sit*; pr. Mor. *tantum si*: nonnulli, *adsit* vel *assit.* Primus Vatic. omisit *tantum.* Heins. suadebat: *nam quæ sit causa timendi?*—557 Moreti fragmentum *Publica frat.* Pro *furta*, unus Med. *vota.*—558 Burm. probat unius Leid. lectionem *tec. secura loq.*—560 Heins. conj. *quod desit.*—561 Bas. *intimus ard.* —563 Berolin. *Tal. nec quicquam.* Sec. Med. *nequicquam properantem*; alii duo *parantem*; totidem *peragentem.* Quinque etiam *plen. relinquit.*—564 Multi *summoque*, quod Bothius probat, ut sonantius.—565 Pro *crimina*, nonnulli *carmina*, approbante Heins.—566 Ro. et unus Heins. *Quam tingit.* Berolin. etiam *linguæ* pro *linguam.*—568 *Pavidum* ex plurimis vett. recepit Heins. ceteri *paulum*, quod Bothius tuetur. Deinde *fer has* ex nonnullis Codd. Heins.

NOTÆ

cepti.

556 *Tantum absit*] Sensus est, Nulla est causa timendi, ut quidem fingebat cæca puella voluptati serviens: Nullam fingamus.

560 *Quantum*] Post Visum enim, Colloquium, Tactum, Oscula, unus tantum ex quinque decantatis illis amoris gradibus, seu lineis, superest.

568 *Blandita*] Ut mos est illis qui aliena opera indigent.

Dixit, et adjecit longo post tempore, fratri.
Cum daret; elapsæ manibus cecidere tabellæ. 570
Omine turbata est: misit tamen. Apta minister
Tempora nactus adit; traditque latentia verba.
Attonitus subita juvenis Mæandrius ira,
Projicit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:
Vixque manus retinens trepidantis ab ore ministri, 575
Dum licet, o vetitæ scelerate libidinis auctor,
Effuge, ait: qui, si nostrum tua fata pudorem
Non traherent secum, pœnas mihi morte dedisses.
Ille fugit pavidus: dominæque ferocia Cauni
Dicta refert. Palles audita, Bybli, repulsa: 580
Et pavet obsessum glaciali frigore pectus.
Mens tamen ut rediit, pariter rediere furores:
Linguaque vix tales icto dedit aëre voces:
Et merito; quid enim temeraria vulneris hujus
Indicium feci? quid, quæ celanda fuerunt, 585
Tam cito commisi properatis verba tabellis?

dita timido, Porta, inquit, fidissime, nostro, et, longo post tempore, addidit, fratri. Cum offerret tabellæ elapsæ exciderunt manibus. Turbata est præsagio: attamen misit. Famulus nactus tempus opportunum accedit, et porrigit verba secreta. Juvenis Mæandrius stupens repentina ira abjicit tabellas acceptas parte a se lecta: atque ægre compescens manus a facie trementis famuli, Dum licet, inquit, proripe te, o auctor nefarie libidinis prohibitæ; qui nisi mors tua secum duceret nostrum honorem, morte mihi exsolvisses pœnas. Ille prorumpit timidus, atque reportat dominæ sæva verba Cauni. Expallescis, Bybli, cognita repulsa; atque cor oppressum frigore gelido pavet. Postquam tamen mens rediit, simul amor rediit: atque lingua ægre protulit hos sonos aëre percusso: Atque jure; quamobrem enim inconsiderata professa sum istud vulnus? Cur credidi tam cito voces tegendas acceleratis tabellis? Animi

suadet; vulg. *feras.*—569 Alii *post long. temp.*—574 Heins. malebat *lect. vix part.* improbante Burm.—575 Cod. Sixii *man. retrahens.*—576 Genev. Sprotii, et Leid. *sceler. cupidinis.* Et quidam *actor*, at *auctor* hic, monente Burm. est nuntius.—577 Alii *quod si: τὸ qui*, ex melioribus Codd. Burm. refert ad *dedisses*, seq. vs.—578 *Secum* meliores, teste Heins. alii *tecum.*—581 V. *Expavet obses.* Gron. *Et pavet obscœnum.* Deinde nonnulli ex castigatioribus *pectus*; vulg. *corpus.*—582 Med. *rapidi* pro *pariter*; et unus *redier. dolores.*—583 N. et duo alii *tal. secto ded.*—585 Pr. V. sec. Pal. et duo alii

NOTÆ

573 *Mæandrius*] Caunus, scilicet, Mæandri nepos, ut ex superioribus patet.

581 *Merito*] Repulsam tuli, supple: sed majorem vim habet hæc ellipsis, quæque adeo Byblidis statum et furorem manifestiorem facit.

Ante erat ambiguis animi sententia dictis
Prætentanda mihi. Ne non sequeretur euntem,
Parte aliqua veli, qualis foret aura, notare
Debueram, tutoque mari decurrere: quæ nunc 590
Non exploratis implevi lintea ventis.
Auferor in scopulos igitur, submersaque toto
Obruor Oceano: neque habent mea vela recursus.
Quid? quod et ominibus certis prohibebar amori
Indulgere meo, tum cum mihi ferre jubenti 595
Excidit, et fecit spes nostras cera caducas?
Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
Sed potius mutanda dies? Deus ipse monebat;
Signaque certa dabat: si non male sana fuissem.
Et tamen ipsa loqui, nec me committere ceræ 600
Debueram, præsensque meos aperire furores.
Vidisset lacrymas: vultus vidisset amantis.
Plura loqui poteram, quam quæ cepere tabellæ.
Invito potui circumdare brachia collo,
Amplectique pedes, affusaque poscere vitam: 605

sententia erat mihi ante cognoscenda verbis ancipitibus. Debueram observare parte aliqua veli, qualis esset ventus, ne non sequeretur discedentem; atque ire certo mari, quæ nunc implevi vela non prætentatis ventis. Abstrahor ergo in cautes, atque submersa obruor toto mari; neque mea carbasa habent reditus. Quid quod etiam absterrebar favere meo amori indubitatis præsagiis, tum cum tabellæ exciderunt mihi imperanti eas *deferre, et fecerunt spes nostras inanes? Annon vel illa dies mutanda, vel omne votum, sed potius dies mutanda? Deus ipse hortabatur, atque præbebat fida indicia; nisi fuissem vecors. Et tamen ipsa debueram loqui, neque me credere tabellis, atque præsens indicare meos amores. Vidisset fletus, vidisset faciem amantis. Poteram plura dicere, quam quæ tabellæ habuerunt. Potui amplecti collum invitum brachiis, atque comprehendere pedes, atque projecta petere*

quod quæ; unde Heins. *quo:* Thuan. *cur.*—587 Moreti liber *sentent. ceris;* Cant. et duo alii *verbis.*—590 Berolin. *totoque.*—592 Vulg. *Nunc feror in scop.* multi vett. autem *Auferor. Submersaque* pro vulg. *subversaque* probat Heins. qui etiam conj. *moto* pro *toto.*—593 Cant. *vel. recursum.*—594 Heidelb. *quod ab omin.*—595 Gron. *cum perferre jub.*—597 Berolin. *tot. voluntas.*—599 Fr. Bas. et Med. *Signaq. cara;* alii *Certaque sign.* Heins. volebat *Et rata signa dab.*—600 Heidelb. *non* pro *nec.*—602 In Berolin. et quibusdam aliis *vultum vid.* Heins. præterea volebat *vid. amantes,* vel *vultum...amantem.*—

NOTÆ

592 *Auferor*] Prolixe lascivit Poëta, ingenio accommodatam materiam sequacem nactus, et suo

Et, si rejicerer, potui moritura videri.
Omnia fecissem, quorum si singula duram
Flectere non poterant, potuissent omnia, mentem.
Forsitan et missi sit quædam culpa ministri.
Non adiit apte: non legit idonea, credo, 610
Tempora: nec petiit horamque animumque vacantem.
Hæc nocuere mihi. Neque enim de tigride natus;
Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ.
Vincetur. Repetendus erit: nec tædia cœpti 615
Ulla mei capiam; dum spiritus iste manebit.
Nam primum (si facta mihi revocare liceret)
Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est.

vitam; et, si repellerer, potui videri mortem obitura. Omnia fecissem: quorum si singula non poterant mollire asperum animum, omnia potuissent. Forte et aliquod sit peccatum famuli missi. Non accessit opportune; credo non dispexit tempora apta: neque petiit horam et animum vacuum. Ista mihi obfuerunt. Neque enim ille ortus ex tigride, neque habet dura saxa, aut ferrum rigidum aut adamantem in pectore: neque suxit lac leænæ. Flectetur. Repetendus erit. Neque me tædebit unquam mei incœpti, dum anima ista supererit. Nam primum fuit non incepisse, si fas esset mihi revocare fata: alterum est absolvere institutum. Namque,

606 In Berolin. hic vs. ante præcedentem exhibetur. Unus R. *si rejiceret;* Jun. *respuerer.*—608 Unus Heins. et unus A. cum Cod. Bersm. *pot. poterant tamen omn.*—610 Ex melioribus Heins. dedit *non leg.* vulg. *nec.*—611 Heins. etiam malit *non pet.* et mox *vacantes* pro *vacantem.*—612 In vett. *neq. en. est de tigr.*—613 *Rigidas* dedit Heins. ex duodecim præstantioribus; vulg. *rigidos:* Spirensis *rigida silice.* Deinde Berolin. et Heidelb. *in corpore.*—615 R. Urbinas et pr. Pal. legunt mutata distinctione: *Nec tædia cœpti Ulla mei: cupiam dum, &c.* N. et Med. *nec tædia cœpti Ulla mei faciam,* sed vulgatam retinet Burm.—617 In multis vett. *si fata.*—618 Alii *Non cepisse foret.* Fr. et

NOTÆ

609 *Forsitan et*] Persæpe nimirum, captata occasione, in tempore advenire, in rebus etiam maximis prope unicus labor.

618 *Cœpta expugnare*] Prius equidem quam incipias, consulto; ubi consulueris, mature facto opus est. At enim cum primum male consuluisse nos advertimus, ab incepto desistere secundum nobis esse debet: ut, mihi quidem, omnium stultissimi videantur, qui se ita compositis et subductis ad vitam rationibus esse autumant, ut neque dies, neque locus, neque res ulla denique illos quicquam admonere possit. Quin illum contra firma et bene constituta mente vivere crediderim, qui subinde sese ad tempus accommodare, sententiamque pro re nata mutare didicerit. Sibi suo sensu optimam posuit legem, qui sibi nullam ponere constituit; quæ virorum sanctorum sors est.

Quippe nec ille potest (ut jam mea vota relinquam)
Non tamen ausorum semper memor esse meorum. 620
Et, quia desierim, leviter voluisse videbor :
Aut etiam tentasse illum, insidiisque petisse.
Vel certe non hoc, qui plurimus urit, et ussit
Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.
Denique jam nequeo nil commisisse nefandum. 625
Et scripsi, et petii : temerata est nostra voluntas ;
Ut nihil adjiciam, non possum innoxia dici.
Quod superest ? multum est in vota, in crimina parvum.
Dixit : et (incertæ tanta est discordia mentis)
Cum pigeat tentasse, libet tentare : modumque 630
Exit ; et infelix committit sæpe repelli.
Mox ubi finis abest ; patriam fugit ille, nefasque :
Inque peregrina ponit nova mœnia terra.

tametsi nunc mea desideria omittam, neque ille potest tamen non recordari inceptorum meorum ; et quia omiserim, videbor parum optasse, vel etiam illum tentasse, et fraudibus adortam esse : vel certe non credar superata hoc Deo, qui violentissimus torruit et torret, verum libidine. Denique nunc non possum nihil patrasse nefandum. Et scripsi, et poposci: votum nostrum est emissum ; quamvis nihil addam, non possum dici innocens. Quod restat, multum est in desideria, exiguum in crimina. Absolvit: et, tanta est fluctuatio mentis dubiæ, cum pœniteat tentasse, libet tentare ; et modum transgreditur, et misera committit sæpe rejici. Dein ubi finis nullus est, ille fugit patriam et nefas, et statuit novam urbem in terra extranea.

plurimi alii *cœptum expugn.*—619 Berolin. *vot. relinquat.*—620 Berolin. *At tam.* —621 Berolin. *Aut quia:* et Leid. et Menard. *desiero.* Dein unus Med. *lev. oepisse vid.*—622 Berolin. *etiam intentasse.* Olim ed. *urget* et *urit.* Sed *urit et ussit* jam Ciofano placebat e suo Cod. et Cælest. Idem postea in pluribus repertum vett. In V. *urget et ussit.* Heins. conj. *urit et urat.* Burm. placebat cum tribus *ussit et urit.*—624 Gron. et Leid. *libid. comdar.*—625 Bothius vult *nil admisisse:* et Heins. *nefandi.*—626 Gron. *et volui;* Berolin. *petiit.* Quatuor *temerataque nostr. ;* nonnulli *temeraria nost.* Deinde plurimi *voluptas.*—628 Berolin. *mult. est, tamen est in crimine parv.*—629 Quatuor libri *et incestæ.* Unus Med. *est fiducia.* Heins. rectius legendum putat *menti.*—630 Libri

NOTÆ

624 *Deo*] Sic solemus omnes vitia nostra honestis nominibus excusare. Quasi vero Deus ille non sit Libido ipsa, unum idemque propemodum totius generis humani incendium, quod, præter lacrymas, nulla aqua possit extinguere.

625 *Denique jam*] Ergo, ut vides, Lector, primum et secundum, tertium etiam, si vis, omnino prava non incipere ; quæ, postquam viam præcipitem sumus ingressi, vel invitos deinceps trahunt.

633 *Mœnia*] Cannum, scilicet, Cariæ urbem.

Tum vero mœstam tota Miletida mente
Defecisse ferunt: tum vero a pectore vestem 635
Deripuit; planxitque suos furibunda lacertos.
Jamque palam est demens; inconcessamque fatetur
Spem Veneris; sine qua patriam, invisosque penates
Deserit; et profugi sequitur vestigia fratris.
Utque tuo motæ, proles Semeleia, thyrso 640
Ismariæ celebrant repetita triennia Bacchæ;
Byblida non aliter latos ululasse per agros
Bubasides videre nurus: quibus illa relictis
Caras, et armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.
Jam Cragon, et Lymiren, Xanthique reliquerat undas, 645

Tum vero aiunt tristem Mileti filiam defecisse animo. Tum vero detraxit amictum a pectore, atque furore correpta percussit sua brachia. Jamque aperte est vesana, atque agnoscit spem denegatam Veneris; sine qua destituit patriam atque domum infestam; atque legit vestigia fratris exulis. Et quemadmodum, o nate Semeles, Bacchæ Thraciæ tactæ tuo thyrso frequentant trieterica renovata, sic puellæ Bubasides viderunt Byblidem vociferantem per vastos campos; quibus omissis percurrit Caras, et Lelegas armiferos, et Lyciam. Jam præterierat Cragon,

scripti *Cum*; vulg. *Dum*.—636 Vulg. *Diripuit*; *Dirupit* sex libri; *Arripuit* unus. Cant. et alius *plausitque*. Gron. et tres alii *furib. capillos*.—637 Heins. malit *inconcessæque*: duo libri *inconfessamque*.—638 *Sine qua* omnes libri vett. nisi quod duo Med. *pro qua*; vulg. *siquidem*. Sed utrumque videbatur frigidum Scheppero, qui corr. *Spem Veneris, linquit patriam, &c.* Cant. pro *Penates* dat *parentes*.—641 Tres libri *repet. triatica*; unus *trietica*; duo *triaterica*; unus Med. *triterica*.—645 Heidelb. *Jamque*. Berolin. *Jam Gradion*. Berolin. *Chim. jugum*. Naugerius conj. *partibus ingens*: Constant. Fan. Perottus, Glareanus, Mycillus, Farnab. Rode *hircum* præferebant; Heins. *ignem*.—

NOTÆ

634 *Miletida*] Byblida, Mileti filiam.

637 *Jamque palam*] Atque leve est quodcumque erumpit: intus aluntur amentium amantum furores.

640 *Proles Semeleia*] Bacchus est, cui a Semele matre illud datum nomen.

Thyrso] Per quem thyrsum, quæ hasta erat hedera seu pampino vestita, Bacchi Bacchantiumque gestamen, vini furor intelligitur.

641 *Ismariæ*] Thraciæ; ab Ismaro Thraciæ monte sic dictæ.

Triennia] Trieterica, festa quæ tertio quoque anno recurrebant; de quibus supra l. VI.

643 *Bubasides*] Cariæ; Bubasus enim Cariæ est regio, cujus etiam Plinius meminit.

644 *Lelegas*] Qui Cariæ populi bellicosissimi, ex Græcia illuc advecti.

Lyciam] Quæ provincia est minoris Asiæ, Cariæ adjacens, ad ortum sita.

645 *Cragon*] Qui Lyciæ mons est.

Lymiren] Lyciæ urbem juxta Cragon.

Xanthi] Qui fluvius est Lyciæ maximus.

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem,
Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat.
Deficiunt sylvæ: cum tu lassata sequendo
Procidis; et, dura positis tellure capillis,
Bybli, taces; frondesque tuo premis ore caducas. 650
Sæpe etiam Nymphæ teneris Lelegeides ulnis
Tollere conantur: sæpe, ut moderetur amori,
Præcipiunt; surdæque adhibent solatia menti.
Muta jacet: viridesque suis terit unguibus herbas
Byblis: et humectat lacrymarum gramina rivo. 655
Naidas his venam, quæ nunquam arescere posset,
Supposuisse ferunt. Quid enim dare majus habebant?

et Lymiren, et aquas Xanthi, et montem quo Chimæra habebat ignem in mediis partibus, pectus et vultum leænæ, et *caudam draconis. Nemora* te *destituunt, cum defessa sequendo cadis, Bybli, atque obmutescis, crinibus demissis in terra rigida; atque urges tuo ore folia jacentia. Sæpe etiam Nymphæ Lelegeides nituntur erigere mollibus brachiis: sæpe hortantur ut minuat amorem, et præbent solatia surdo animo. Muta Byblis prostrata est, atque vellit virentia gramina suis unguibus: atque ea irrigat torrente lacrymarum. Dicunt Naiades his subjecisse venam, quæ nunquam posset exsiccari. Quid enim habebant majus? Continuo, sicuti guttæ*

648 Ms. Bersm. *Desistunt sylv.* unde ille conj. *Destituunt.*—649 Heins. ex O. dedit *Procidis;* vulg. Concidis; pr. Gron. *Incidis.*—650 *Taces* ex uno Med. Heins. recepit pro vulg. *jaces;* nam mox sequitur *jacet.*—651 Alii *Sæp. illam: etiam* est ex Codd. multis vett.—652 Vulg. *ut medeátur am. mederetur* multi veteres contra metrum: sed *moderetur* pr. Pal. pr. V. Cant. tert. Med. O. pr. Hamburg. et alii complures.—653 Pro *adhibent, dabant* Gron. *addunt* duo.—654 Pro *jacet,* Bonon. et Med. *tacet,* ut x. 389. 'Muta silet virgo.'—654 *Terit* ex quatuor vett. Heins. dedit pro vulg. *tenet.*—655 Bero-

NOTÆ

646 *Chimæra*] Mons fuit Lyciæ ignivomus, in cujus cacumine leones, in medio, ubi pascua, capræ, in radicibus serpentes frequentes erant: unde locus datus fabulæ.

651 *Lelegeides*] Quæ in Lelegum terra habitabant.

653 *Surdæ*] Quis vero animo amore ægro possit succurrere? Perpende, quæso, Lector, num in te suis limitibus definitum appetitum habeas, anne quod infinitum est requiras. Modo ne, quod stultissimum fateare, tibi ipsi ames imponere, scio quod posterius affirmabis. Penes te esse infinitum illud quod cupis, sanus non dixeris. Si igitur cæco impetu correptus cujusquam animus, alicubi esse maximum illud quod quærit autumat, satis illum credis periisse, nisi consequatur.

656 *Venam*] In fontem mutata est, aptissima profecto metamorphosi: ut hinc discant, qui vitiis suis favent, qualem stultitiæ suæ debeant expectare exitum.

657 *Quid enim*] Nimirum flere volenti maximum fuit beneficium juges

Protinus, ut secto piceæ de cortice guttæ,
Utve tenax gravida manat tellure bitumen;
Utve sub adventum spirantis lene Favoni 660
Sole remollescit, quæ frigore constitit unda:
Sic lacrymis consumta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominæ; nigraque sub ilice manat.

Fab. X. Iphis ex Virgine in Puerum.

Phæstos est oppidum in insula Creta. Hic Ligdus generosæ stirpis, ac præstantis fidei, cum petiisset a Telethusa conjuge, ut, si puellam pareret, necaret; si puerum autem, sobolem patriæ servaret; et uterque pro casu futuro lacrymas dedissent, mater nequiens afferre manus filiæ, Isidem in malis habuit auxilio: cujus pollicitis illa infantem pro puero, decepto patre filii opinione, nutrivit. Namque cum ætas matura nuptiis increvisset, nihil suspicans pater, obstrictus fide conjugis, Ianthen ex Teleste genitam despondit. Qui inter se cum gravi amore premerentur, maxime Iphis (hoc enim pater nomine avi eum vocari voluerat) trepidante ergo matre, ne Iphis puella cum infamia reperiretur, eadem Dea fuit auxilio. Nam ut totis nuptiis jugari possent, Iphin in puerum transfiguravit.

Fama novi centum Cretæas forsitan urbes 665
Implesset monstri; si non miracula nuper
Iphide mutata Crete propiora tulisset.

piceæ fluunt de cortice scisso, vel glutinosum bitumen ex terra humida, vel aqua, quæ congelata est frigore, liquescit Sole sub adventum Favonii leniter flantis; sic Byblis Phœbeia exhausta suis lacrymis mutatur in fontem, qui hodie etiam habet nomen dominæ in illis vallibus, atque fluit sub atra quercu.

x. *Fama recentis prodigii implevisset urbes Cretenses; nisi Creta nuper tulisset monstra propiora Iphide transmutata. Nam terra Phæstia vicina regno*

lin. *gram. rivis;* et Heidelb. *vivis* fortasse pro eodem.—660 Plurimi scripti *sub adventu.*—661 Med. *remoll. qua.*—663 Pal. et duo alii *quoq. finibus illis.* Pr. A. duo Mor. Arund. alter Hamburg. et unus Heins. *vall. imis.*—667 *Mu-*

NOTÆ

ministrare lacrymas. Neque absimili ratione omnes denique improbi punientur.

659 *Bitumen*] Limus videtur esse tenax, quanquam sulphurei odoris, de quo prolixe Plinius xxxv. 15.

665 *Cretæas*] Unde Miletus excesserat.

Proxima Gnosiaco nam quondam Phæstia regno
Progenuit tellus, ignoto nomine Ligdum;
Ingenua de plebe virum. Nec census in illo 670
Nobilitate sua major: sed vita fidesque
Inculpata fuit. Gravidæ qui conjugis aures
Vocibus his movit, cum jam prope partus adesset:
Quæ voveam duo sunt: minimo ut relevere labore;
Utque marem parias. Onerosior altera sors est: 675
Et vires fortuna negat. Quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit si fœmina partu;
(Invitus mando: pietas, ignosce;) necetur.
Dixerat: et lacrymis vultum lavere profusis,
Tam qui mandabat, quam cui mandata dabantur. 680
Sed tamen usque suum vanis Telethusa maritum
Solicitat precibus; ne spem sibi ponat in arcto.
Certa sua est Ligdo sententia. Jamque ferendo

Gnossiaco progenuit olim Ligdum, nomine ignobili, virum de plebe honesta. Neque illi opes majores sua stirpe; sed vita et fides fuit integra; qui perculit aures uxoris gravidæ his verbis, cum jam prope partus adesset: Duo sunt quæ votis poscam; ut absolvaris minimo labore; et ut marem in lucem emittas. Sors altera est molestior; atque natura subtrahit opes. Ergo, quod minus ominosum precor, si forsitan fœmina fuerit prodita tuo partu, (jubeo invitus: pietas, da veniam,) morti tradatur. Dixerat, et tam qui jubebat, quam cui jussa dabantur tinxerunt faciem lacrymis prorumpentibus. Sed tamen Telethusa usque pellicit maritum suum inutilibus precibus, ne sibi spem figat in angusto. Sua est sententia firma Ligdo. Jamque illa vix

tata meliores, teste Heins. vulg. *mutato.* Gron. *Cret. majora.*—669 Alii *ignotum nom.* Fragm. Boxhorn. *signatum nom.* Monet Heins. posse et *Lygdum* legi; nam et Λίγδος et Λύγδος Græca esse.—671 Urbin. *sed jura fid.*—673 Heins. ex quinque scriptis dedit movit; vulg. *monuit.*—674 *Labore* est ex Urbin. pr. Erfurt. et quatuor aliis; vulg. *dolore.*—676 Heins. pro *fortuna*, ex pr. Med. pr. V. et decem aliis recepit *natura;* Burm. vulgatum præfert.—677 Unus Med. *Prodita fort.*—681 Berolin. *suum tantis Tel.*—684 Edd. vulg. habent *jamque ferendo Vexerat illa ventrem.* 'Insignis barbarismus: *vehere ventrem*, pro ferre. *Vinxerat* S. Marci et Urbin. cum Jnreti excerptis: *Duxerat* N. sec. Med. prim. Gron. tres alii: duo, *Gesserat:* unus Med. *Auxerat: Vixerat* pr. Pal. pr. V. pr. Bas. pr. Erfurt. Spirensis, Arund. et sex alii. Scribe: *jamque ferendo Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem.*' Sic Heins.—

NOTÆ

668 *Gnosiaco*] Fuit Gnosus una ex centum præstantissimis Cretæ urbibus, si modo oppidula fuerint pleraque.

Phæstia] Phæstus urbs quoque fuit Cretæ, a Minoë ædificata.

675 *Altera sors*] Fœminea nempe.

676 *Quod abominor*] Quod omen Dii avertant oro.

Vix erat illa gravem maturo pondere ventrem;
Cum medio noctis spatio, sub imagine somni, 685
Inachis ante torum, pompa comitata suorum,
Aut stetit, aut visa est. Inerant lunaria fronti
Cornua, cum spicis nitido flaventibus auro,
Et regale decus; cum qua latrator Anubis,
Sanctaque Bubastis, varinsque coloribus Apis: 690
Quique premit vocem, digitoque silentia suadet;

par erat gestando gravidam alvum onere maturo, cum medio noctis tempore, Inachis stipata pompa suorum aut stetit, aut visa est consistere *ante lectum, sub specie somni. Cornua lunaria erant affixa fronti cum spicis flaventibus puro auro, et honos regius; cum qua Anubis latrator, et sacra Bubastis, et Apis distinctus coloribus, et qui compes-*

686 Nonnulli scripti *turba* pro *pompa*. *Suorum* dedit Heins. ex pr. Med. sec. Pal. pr. Mor. et aliis plurimis; vulg. *sacrorum:* Bernegg. Berolin. et nonnulli alii *suarum:* alii non pauci *sororum*. Burm. ex *sororum, comitante sonora* exsculpi posse putabat, ut ad sistra referatur.—690 Meliores, teste

NOTÆ

686 *Inachis*] Io est, Inachi filia, Jovi adamata, quæ postquam ob Junonis zelotypiam in vaccam mutata fuit, furiisque agitata, sicuti in primo Metam. vidimus, pristinæ formæ restituta, Isidis nomine apud Ægyptios pro Dea culta est. Eam vero nonnulli Cererem, plerique Lunam, alii aliam fuisse scripserunt. De qua et Osiride Plutarchus libellum composuit; Herodotus, Diodorus, plurimi alii mentionem fecerunt.

689 *Anubis*] Hunc semicanem Deum Mercurium volunt fuisse, quem canino capite ideo ab Ægyptiis coli quidam scriptitarunt, quod canibus ad Osiridis a Typhone fratre interfecti corpus investigandum Isis ejus conjux et soror usa fuerit. Quanquam alii Anubim Osiridis filium volunt fuisse, patrem ad bella secutum, qui cum galeam cane insignem gestaret, canino capite fingi meruerit.

690 *Bubastis*] Dianam esse scripsit Herodotus: quanquam pro ipsa quoque Iside accipitur, ut ex Diodoro patet.

Apis] Osiris ipse esse a multis creditur, cujus sepulto cadavere, cum præstanti specie Ægyptiis bos quidam apparuisset, illum Osirim rati pro Deo coluerunt, et Apim, hoc est, eorum lingua, Bovem, appellarunt. Epaphum Isidis filium facit Herodotus, cui cetera nigro, in fronte maculam albam formæ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in canda pilos tribuit. Aliter eum describit Plinius, itemque Solinus; variusque a variis habitus, quem Bacchum, Plutonem, Ammonem, Solem, Jovem quoque fecerunt, nec non etiam Josephum esse non sine gravi causa scripserunt.

691 *Quique*] Harpocrates, Deus taciturnitatis, qui digito ori admoto indicere videbatur, ne quis homines fuisse argueret quos tam turpi idololatria venerabantur. Quo quidem admonente Christiani nefandorum idolorum cunabula scrutari utinam desiissent.

Sistraque erant, nunquamque satis quæsitus Osiris,
Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.
Cum, velut excussam somno, et manifesta videntem
Sic affata Dea est: Pars, o Telethusa, mearum, 695
Pone graves curas; mandataque falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina levarit,
Tollere quicquid erit. Dea sum auxiliaris, opemque
Exorata fero. Nec te coluisse quereris
Ingratum numen. Monuit, thalamoque recessit. 700
Læta toro surgit, purasque ad sidera supplex
Cressa manus tollens, rata sint sua visa precatur.
Ut dolor increvit, seque ipsum pondus in auras

cit vocem, et consulit silentia digito. Sistra insuper uderant, et Osiris nunquam satis quæsitus, et anguis extranea turgida veneno soporifero. Cum Dea sic allocuta est veluti experrectam, atque intuentem evidentia : O Telethusa, pars mearum, omitte molestas solicitudines, atque eluie jussa viri : neque cunctator educere quicquid erit, cum Lucina te absolverit a partu. Sum Dea opifera, atque auxilium præbeo propitia : neque indignaberis te honorasse ingratam Deam. Monuit et excessit cubiculo. Cretensis læta exsurgit lecto, atque supplex porrigens innocentes manus ad astra, orat sua visa sint firma. Ut dolor auctus est, atque ipsum onus sese protrudit in aërem, et puella

Heins. *variusque ;* alii *variisque.*—693 Berolin. *somniferis...venenis.*—694 Heidelb. *Tunc velut.*—697 Cant. et quatuor alii *Ne dubita ;* multi *Ne dubites.*—699 Arg. et Med. *coluiss. queraris.*—701 *Purasque* ex vett. placet D. Heins. alii *durasque.*—702 *Tendens* nonnulli pro *tollens* solenni permutatione ; quod quia *tollere* præcessit Burm. non improbat.—703 O. *Utque dolor crevit ;* Jun. *Ut dolor*

NOTÆ

692 *Sistra*] Crepitacula erant ænea, quorum agitatione strepitum in sacris Isidis edebant.

Nunquam] A Typhone fratre occisum Osirim jam supra diximus. Illum autem diu quæsivit Isis conjux, quem tandem canum sagacitate usa invenit, et monumento intulit. Atque hinc apud Ægyptios sacerdotes ritus manavit, ut singulis sacris cum fletu amissum Osirim quæsituri prodirent, mox cum lætitia, tanquam recuperato Deo, redirent: ut sic nunquam satis quæsitus esset. Nobis vero satis fuerit, quos jamdiu in execrandis figmentis immorari et pœnitet et pudet.

693 *Serpens*] Mycillus crocodilum Ægypti indigenam suspicatur intelligendum: alii autem aspidem eidem regioni familiarem, cujus morsus letiferum somnum inducat.

697 *Lucina*] Diana est, quæ Juno quoque Lucina dicta est, parturientibus opem ferre solita.

698 *Quicquid erit*] Seu mas seu fœmina.

Auxiliaris] Talem vero prædicabant Isidem, quæ plurima bona in hominum genus contulerit, per somnos etiam multis opem tulerit.

703 *Dolor*] Qui partum comitatur.

Pondus] Infans, scilicet.

Expulit, et nata est ignaro fœmina patri;
Jussit ali mater, puerum mentita; fidemque 705
Res habuit: neque erat facti nisi conscia nutrix.
Vota pater solvit, nomenque imponit avitum.
Iphis avus fuerat. Gavisa est nomine mater,
Quod commune foret, nec quenquam falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant. 710
Cultus erat pueri: facies, quam sive puellæ,
Sive dares puero, fieret formosus uterque.
Tertius interea decimo successerat annus;
Cum pater, Iphi, tibi flavam despondet Ianthen:
Inter Phæstiadas quæ laudatissima formæ 715
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.
Par ætas, par forma fuit: primasque magistris
Accepere artes, elementa ætatis, ab îsdem.
Hinc amor ambarum tetigit rude pectus, et æquum
Vulnus utrique tulit. Sed erat fiducia dispar. 720

nata est nescio parente, genitrix imperavit tolli, mentita marem esse: atque res invenit fidem: neque erat conscia facti nisi nutrix. Pater exsolvit vota, et dat nomen avitum. Iphis fuerat avus. Mater lætata est nomine, quod esset ambiguum, nec quemquam deciperet illo. Mendacia incognita tegebantur pio dolo. Cultus erat maris: vultus, quem sive dares fœminæ sive puero, uterque esset elegans. Interea tertius annus supervenerat decimo, cum parens despondet tibi flavam Ianthen, Iphi; quæ puella fuit dote formæ pulcherrima inter Phæstiadas, sata Teleste Dictæo. Anni pares, forma fuit æqualis: atque habuerunt ab iisdem magistris elementa ætatis primas artes. Hinc amor permulsit imperitum pectus utriusque; et inussit eandem plagam ambabus. Sed spes erat dissimilis. Ianthe ex-

implevit, et V. et Med. *excrevit*.—704 Gron. Thuan. et alii multi *patri;* vulg. *patre*.—706 Multi ex vett. *er. ficti nis.* in aliis *tecti:* Genev. *facto:* Heins. scribendum censet *furti*.—710 Plurimi *indecepta:* Calandræ Exc. sec. Pal. pr. Bas. pr. R. alter Hamburg. et quinque alii, *indeprensa:* pr. Gron. *imperfecta;* unus Heins. cum Exc. Jureti, *intercepta*.—712 Pro *fieret* Bersm. *fierent*, non improbante Heins.—713 Primus Pal. *decim. succreverat*.—716 Ms. Bersm. *Sorte fu.* Leid. *Docta fu.* Alii etiam scribunt *Theleste* vel *Thyeste;* quidam etiam *Thelete*.—718 Tanaq. Fab. corrigit *clementaque prima sub isd.*—719 *Ambarum* Heins. dedit ex N. sec. Med. pr. V. pr. Gron. et sex aliis melioris notæ; vulg. *amborum*.—720 R. *Vuln. utrisque. Tulit* est ex Gron. et ita ediderat Heins. *fuit* unus Heins. *dabat* Heidelb. et tres alii; Berolin. *dedit.*

NOTÆ

707 *Vota*] Quibus, ut puero augeretur, Diis sese obstrinxerat.

709 *Commune*] Quod pariter masculis et fœminis imponi posset.

716 *Dictæo*] Cretensi; a Dicte, Cretæ monte.

720 *Dispar*] Quia se viri partes tueri posse Iphis diffidebat; viro

Conjugii pactæque expectat tempora tædæ,
Quamque virum putat esse, suum fore credit Ianthe.
Iphis amat, qua posse frui desperat, et auget
Hoc ipsum flammas: ardetque in virgine virgo.
Vixque tenens lacrymas, Quis me manet exitus, inquit, 725
Cognita quam nulli, quam prodigiosa, novæque
Cura tenet Veneris? Si Di mihi parcere vellent;
[Perdere debuerant: si non et perdere vellent;]
Naturale malum saltem et de more dedissent.
Nec vaccam vaccæ, nec equas amor urit equarum. 730
Urit oves aries: sequitur sua fœmina cervum.
Sic et aves coëunt; interque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est.
Vellem nulla forem. Ne non tamen omnia Crete
Monstra ferat; taurum dilexit filia Solis, 735
Fœmina nempe marem. Meus est furiosior illo,
Si verum profitemur, amor. Tamen illa secuta est
Spem Veneris: tamen illa dolis, et imagine vaccæ,

pectat tempus connubii et facis promissæ, et credit suum fore quam credit esse virum. Iphis amat, qua desperat posse potiri, atque hoc ipsum irritat ignem, et puella flagrat in puella. Atque ægre compescens lacrymas, Quæ sors, inquit, mihi futura est, quam cura inauditæ Veneris, nulli cognita, et monstrosa tenet? Si Dii mihi vellent parcere, debuerant perdere; si non et vellent perdere, dedissent saltem malum naturale atque solitum. Neque amor vaccæ incendit vaccam, neque amor *equarum* incendit *equas. Aries incendit oves; sua fœmina sequitur cervum. Aves etiam sic junguntur; atque inter omnia animalia nulla fœmina est tacta amore fœmineo. Optarem nulla essem. Ne tamen Creta non habeat monstra omnis generis, filia Solis amavit taurum: nempe fœmina marem. Amor meus est insanior illo, si verum agnoscimus. Tamen illa secuta est spem Veneris: tamen illa tulit taurum*

Gron. *er. discordia disp.*—721 *Conjugii* meliores, teste Heins. alii *Conjugium.* Deinde plurimi habent *pact. expectant.*—722 Vulg. *Quamq. vir. pudet ess. virum for.* multi vett. *vir. putat ess. virum: virum putat esse, suum fore* est ex pr. V. Arund. et aliis; unde Heins. recepit. Berolin. *Quæque vir.*—723 *Qua* ex Codd. Heins. alii *quo.*—728 Alii *Parcere debuer.* Heins. putat hunc esse versum adulterinum.—729 In Berolin. omiss. *et.*—731 Thuan. Jun. et alii *fœm. taurum.*—733 Cant. et plures alii *fœm. corrupta cup.* Quinque *fœminea correpta libidine.*—735 Multi *Monst. ferant:* quod licet defendi posset, tamen Burm.

NOTÆ

vero maturam se Ianthe sentiebat.

721 *Tædæ*] Pro nuptiis, in quibus tædæ adhibebantur.

735 *Filia Solis*] Pasiphaë, Minois uxor, cujus fabulam libro superiore vidimus.

Passa bovem est: et erat, qui deciperetur, adulter.
Huc licet e toto solertia confluat orbe, 740
Ipse licet revolet ceratis Dædalus alis;
Quid faciet? num me puerum de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit, Ianthe?
Quin animum firmas, teque ipsa recolligis, Iphi;
Consiliique inopes et stultos excutis ignes? 745
Quid sis nata vide: (nisi te quoque decipis ipsam:)
Et pete quod fas est: et ama, quod fœmina debes.
[Spes est quæ capiat: spes est quæ pascat amorem.]
Hanc tibi res adimit: non te custodia caro
Arcet ab amplexu, nec canti cura magistri. 750
Non patris asperitas, non se negat ipsa roganti.
Nec tamen est potiunda tibi: nec, ut omnia fiant,
Esse potes felix; ut Dique hominesque laborent.

fraudibus, et specie vaccæ, et erat adulter qui deluderetur. Tametsi astutia huc concurrat ex toto mundo; quanquam ipse Dædalus revolet ceratis alis, quid agat? num me præstet marem de puella doctis artibus? num te mutet, Ianthe? Quin roboras mentem, atque te ipsa recolligis, Iphi, atque abjicis amores insanos et expertes consilii? Aspice quid sis nata; nisi etiam teipsam ludis; atque posce quod licitum est, et dilige puella quod debes. Spes est quæ concipiat, spes est quæ alat amorem. Res tibi hanc tollit: non custodia te prohibet ab complexu caro, neque solicitudo callidi viri. Non parentis duritas, non ipsa se recusat oranti. Neque tamen est potienda tibi: neque potes esse beata, tametsi omnia eveniant, atque Dii

malit *Cretes Monst. ferant.*—738 Quart. Med. *in* pro *et.*—742 Heidelb. *non me;* et seq. vs. *non te. Doctis* est ex Pal. et multis aliis; vulg. *dictis.*—744 Heins. conj. *anim. obfirmas.*—745 Jun. et Bersm. Ms. *stult. exigis.*—746 *Vide* Heins. dedit ex castigatioribus pro vulg. *vides;* et censet sequentia *pete* et *ama* id confirmare. Sed ex *Id pete,* quod sex scripti exhibent, facit *I pete;* quod si recipias, Gierig. putat vulg. *vides* posse servari.—748 In Bas. est *quæ faciat,* quod placet Burmanno, recepitque Bothius. Heidelb. et alii *quæ pascit,* et in nonnullis *amantem.*—750 Burm. cum Fr. et aliis octodecim prætulit *magistri:* vulg. *mariti;* in uno Voss. *ministri.*—752 Heidelb. *Non tamen.* In Cant. et R. cum Thuan. est *potiunda* pro vulg.

NOTÆ

739 *Adulter*] Taurus nempe, quem, ligneæ vaccæ, a Dædalo fabricatæ, ope, inclusa Pasiphaë delusit.

741 *Dædalus*] Decantatus ille faber Atheniensis, qui ex labyrintho ab ipso fabricato, in quo a Minoë conclusus fuerat, una cum Icaro filio, alarum beneficio, sese extricavit.

746 *Nisi te*] Quæ Ianthen decipiebat, sibi ipsi imponere stultissimum ducebat; quanquam nosmetipsi fere semper fallimus, aliis nunquam quin nobis prius fucum faciamus.

Nunc quoque votorum pars una est vana meorum;
Dique mihi faciles, quicquid valuere, dederunt. 755
Quodque ego, vult genitor, vult ipsa, socerque futurus;
At non vult Natura, potentior omnibus istis;
Quæ mihi sola nocet. Venit ecce optabile tempus:
Luxque jugalis adest: ut jam mea fiat Ianthe;
Nec mihi continget. Mediis sitiemus in undis. 760
Pronuba quid Juno, quid ad hæc, Hymenæe, venitis
Sacra; quibus qui ducat abest, ubi nubimus ambæ?
Pressit ab his vocem. Nec lenius altera virgo
Æstuat: utque celer venias, Hymenæe, precatur.
Quod petit hæc, Telethusa timens, modo tempora differt:
Nunc ficto languore moram trahit. Omina sæpe, 766
Visaque causatur. Sed jam consumserat omnem
Materiam ficti: dilataque tempora tædæ
Institerant; unusque dies restabat. At illa
Crinalem capiti vittam natæque sibique 770

et homines in id *incumbant. Nunc etiam nulla pars meorum desideriorum est inanis, et Dii mihi propitii indulserunt quicquid potuerunt. Et quod ego* cupio, *pater cupit, ipsa cupit, et socer futurus; at Natura fortior istis omnibus, quæ sola mihi obest, non patitur. Ecce tempus amabile appropinquat, et dies nuptialis instat: ut Ianthe jam fiat mea; neque mihi eveniet: arescemus in mediis aquis. Juno pronuba,* tuque, *Hymenæe, cur acceditis ad hæc sacra; quibus abest qui ducat, ubi utraque caput obvelamus? Postea conticuit. Neque alia puella mitius uritur; et orat ut velox accedas, Hymenæe. Telethusa metuens quod hæc poscit, nunc prorogat tempus, nunc nectit moras simulato morbo. Sed jam contriverat omnem causam simulationis: atque tempora protracta facis* nuptialis *urgebant, et unus dies supererat: at illa sibi deripit vittam crinalem et capiti filiæ; et com-*

potienda.—754 Ita hunc loc. Burm. constituit ductu unius R. in quo *pars una est vana.* Vellet etiam in principio *Nunc modo.* Olim edeb. *Nulla est una.* Alii, *Nunc quoque...pars nulla.* Quidam *ulla.* Heins. olim legebat, *pars irrita nulla.* Postea h. vs. tollendum putabat atque etiam seq.—755 Berolin. *quicq. voluere.*—756 Sic meliores. Multi, *socer et vult ipse futurus.* Heins. malit, *quod genitor, vult ipsa socerque socrusque,* vel *socerq. futurus.* Bothius, ad locum sanandum, omnia hæc *Dique mihi....omnibus istis* παρενθέτως accipienda esse putat.—758 Gron. *ecce oblectabile.*—759 Alii *et jam m. fiat Ianth.*—760 Gron. unus *mih. contigerit;* Bersm. Ms. *contingit.*—761 Heidelb. *quod* pro *quid* utrobique.—763 Pro *lenius,* Heins. putat *secius. Altera virgo* non placet Burm. cum et Iphis virgo esset: præfert e Cod. Bonon. *inscia virgo.*—766 Scripti et editi nonnulli *omnia sæpe.*—768 Heins. conj. *Mat. furti.*—770 Heins. invitis libris omnibus volebat *Crin. capitis,* vel

NOTÆ

761 *Pronuba*] Quæ nuptiis præsidere credebatur, quæque cum Hymenæo invocabatur.

770 *Vittam Detrahit*] Luctus testificandi causa.

Detrahit: et passis aram complexa capillis,
Isi, Parætonium, Mareoticaque arva, Pharonque
Quæ colis, et septem digestum in cornua Nilum;
Fer, precor, inquit, opem: nostroque medere timori.
Te Dea, te quondam, tuaque hæc insignia vidi: 775
Cunctaque cognovi; comitesque, facesque, sonumque
Sistrorum: memorique animo tua jussa notavi.
Quod videt hæc lucem, quod non ego punior ipsa;
Consilium, monitumque tuum est. Miserere duarum,
Auxilioque juva. Lacrymæ sunt verba secutæ. 780
Visa Dea est movisse suas (et moverat) aras.
Et templi tremuere fores, imitataque Lunam
Cornua fulserunt; crepuitque sonabile sistrum.

plexa altare crinibus solutis, Isi, ait, quæ tenes Parætonium, et Campos Mareoticos, et Pharon, et Nilum divisum in septem ostia, succurre, oro, atque solatium præbe, nostro pavori. Vidi te olim, o Dea, atque hæc tua signa, et agnovi omnia, et comites, et tædas, et strepitum sistrorum: atque observavi tua jussa mente attenta. Quod hæc fruitur die, quod ego ipsa non male mulctor, est consilium et jussum tuum. Miserere duarum, atque tuere succurrendo. Lacrymæ comites fuerunt verborum. Dea visa est concussisse suum altare, atque concusserat. Atque valvæ templi tremuerunt, et cornua similia Lunæ micuerunt, sistrum tinnulum strepuit.

---

nat. suoque.—771 Heidelb. *et sparsis.* Tunc Berolin. *compressa.*—773 Voss. *sept. dejectum;* Menard. *digressum;* Med. *divisum.* Tunc Urbin. *in flumina.* —774 Med. et R. *med. labori.*—776 *Facesque sonumque* est ex Jun. et alio. Heins. malebat vel cum uno Moreti *resonantia æra,* vel cum uno suo *crepitantia æra.* Idem paulo ante suadet, *vidi, Visaque cognovi.*—778 Mss. nonnulli, *quod non ego ponor in ignem* vel *igne.* Primus Medic. *thalamo quod non ego ponor* cum glossa, ' id est, deponor.'—779 Nonnulli *monitusque.* Inde Heins. *consilii monitusque tui,* et mox ex novem Mss. malit *miserere tuarum.* Tum vs. seq. vel invitis Mss. scribit, *sua verba.*—780 Nonnulli, improbante Burm. *Auxil. leva.*—782 Gron. *Ut templ.* et Pal. duo *patuere,* et duo alii *sonuere for.*—783 Etiam hic invitis Codd. Heins. reponit *sonatile.* Com-

NOTÆ

772 *Parætonium*] Oppida ubi potissimum Isis colebatur de more commemorat supplex Telethusa. Fuit autem Parætonium Ægypti urbs ampla cum portu vastissimo.

Mareotica] Quæ Mareotidi lacui juxta Alexandriam proxima.

Pharon] Alexandriæ objectam insulam dicit, ubi celeberrima fuit turris illa et specula lucernis instructa, quarum beneficio nautæ portum ingressuri iter suum noctu inter cautes et brevia dirigebant.

773 *Cornua*] Ostia dicit majora, per quæ maximus ille Ægypti fluvius maria subit.

775 *Hæc*] Quæ jam in ara apposita supplex Telethusa intuebatur, olim per somnum viderat.

778 *Punior*] A marito, scilicet, qui sequioris sexus prolem tollendam prohibuerat.

Non secura quidem, fausto tamen omine læta
Mater abit templo. Sequitur comes Iphis euntem, 785
Quam solita est, majore gradu: nec candor in ore
Permanet; et vires augentur; et acrior ipse est
Vultus: et incomtis brevior mensura capillis.
Plusque vigoris adest, habuit quam fœmina. Jam, quæ
Fœmina nuper eras, puer es. Date munera templis: 790
Nec timida gaudete fide. Dant munera templis.
Addunt et titulum: titulus breve carmen habebat:
Dona puer solvit, quæ fœmina voverat, Iphis.
Postera lux radiis latum patefecerat orbem;
Cum Venus, et Juno, sociosque Hymenæus ad ignes 795
Conveniunt: potiturque sua puer Iphis Ianthe.

Mater non tranquilla quidem, sed tamen hilaris felici præsagio, discedit a templo. Iphis comes sequitur discedentem passu majore quam consuevit: neque albus color perstat in vultu, et vires crescunt, et facies est ferocior, et modus minor impexæ comæ. Atque plus inest vigoris, quam habuit puella: jam quæ modo eras puella es puer. Persolvite dona templis, neque lætamini dubia fide. Persolvunt dona templis. Adjiciunt quoque inscriptionem. Inscriptio habebat brevem versum: Iphis puer præbet munera, quæ promiserat puella. Sol alter manifestum fecerat vastum mundum radiis, cum Venus, et Juno, et Hymenæus coëunt ad amores conjugales: et puer Iphis gaudet sua Ianthe.

parat, *multiforatilis, auratilis, vertilis, volatilis, rotatilis.* Sed Burm. monet, *sonatilis* incognitam Latio esse vocem, *sonabilis* receptæ auctoritatis.—785 Triginta Codd. *sequitur puer.*—788 Med. et tres alii *et incultis;* duo *impositis.* —789 Leid. et tres alii *vig. habet.* Tunc Ms. Bersm. *habeat quam fœm.*—790 Berolin. *fœm. namque.*—791 Cod. Menard. *Nec dubia.* Cod. Sixii *tim. dubitate fid.*—793 Vulg. *Vota puer.*—794 *Latum* Ciofan. et Heins. dederunt ex vett. scriptis; alii *totum.*—795 Pr. Gron. et quatuor alii *sociosque;* alii *sociusque.*

NOTÆ

786 *Majore*] Quia in marem mutata. Qua quidem fabula seu naturæ vires, quæ post aliquod tempus latentem maris formam ex puella posit educere, seu pietatis miracula Naso posuit.

795 *Socios*] Qui Diis illis conjugalibus de more in aris accendebantur.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER X.

Fab. I. Anonymus quidam, item Olenus et Lethæa in Lapides.

Orpheus, Eurydice interemta, ad Inferos descendit, et a Dite impetravit, ut eam reduceret ad superos; lege proposita, si sequentem non respexisset: quod ille præstare non potuit. Revocata ergo ad Inferos, Orpheus ut lucem contigit, sic dementia stupuisse dicitur, ut qui canem Cerberum videns præ timore, in saxum versus est: item ut Olenus et Lethæa, qui in Ida monte in lapidem transfigurati sunt. Postea dolore et fletu finito, ne rursus conjugale desiderium experiretur, puerilem Venerem instituit.

Inde per immensum croceo velatus amictu
Aëra digreditur, Ciconumque Hymenæus ad oras
Tendit; et Orphea nequicquam voce rogatur.

1. *Hymenæus tectus veste flava inde abit per vastum aërem, et petit regionem Ciconum: atque frustra citatur voce Orphei. Ille quidem affuit; ast neque attulit*

2 Alii *Æthera digr.*—3 *Rogatur* Burm. dedit ex Med. et undecim aliis;

NOTÆ

1 *Crocco*] Qui flammeo concolor seu velo, lutei coloris, cujusmodi assidue gerebant flaminum uxores, cum quibus divortium facere maritis non licebat; quo quidem flammeo pudoris et boni ominis causa nubens velabatur.

2 *Ciconum*] Populi fuerunt Thra-

Affuit ille quidem : sed nec solennia verba,
Nec lætos vultus, nec felix attulit omen. 5
Fax quoque, quam tenuit, lacrymoso stridula fumo,
Usque fuit, nullosque invenit motibus ignes.
Exitus auspicio gravior : nam nupta, per herbas
Dum nova Naiadum turba comitata vagatur,
Decidit, in talum serpentis dente recepto. 10
Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras
Deflevit vates ; ne non tentaret et umbras,
Ad Styga Tænaria est ausus descendere porta.

voces solennes, neque faciem hilarem, neque lætum præsagium. Tæda etiam quam tractavit crepitans fumo lacrymas ciente, et sicuti fuit, nullam flammam concepit concussione. Eventus tristior omine ; nam dum nova nupta stipata cœtu Naiadum ambulat per gramina, interiit, dente anguis admisso in talum. Quam ubi vates Rhodopeius satis deplorarit ad aërem superum, ne non etiam exploraret Manes, sustinuit descendere ad Stygem porta Tænaria. Atque accessit ad Proserpinam, et

vulg. *vocatur.*—4 Berolin. *non sol.* Unus Bas. *sol. jura*, quod ex *tura* ortum Burm. putat.—7 Unus Voss. et unus Leid. *Utque fuit, nullos inv.* quod placet Heins.—9 Sec. Pal. alter Twisd. et alius *Mænalidum turba.*—10 *Decidit* e Fr.

NOTÆ

ciæ ad Hebrum lacumque Bistonidem.

3 *Orphea*] Orphei, Apollinis ex Calliope Musa filii, qui a patre lyra accepta mira quæ deinceps videbimus patravit.

Nequicquam] Quia infeliciter cesserunt nuptiæ.

4 *Solennia*] Quæ faustitatis gratia ab Hymenæo proferrentur ; qualia hæc essent, ‘ faustæ felicesque sint hæ nuptiæ,’ &c.

6 *Fax*] Faces in nuptiis adhiberi solitas jam toties vidimus, ut tædio sit repetere.

Lacrymoso] Qui Orpheo præsertim lacrymas excuteret.

7 *Nullos*] Quanquam concussione et frequenti ventilatione ignis solet accendi, flammaque excitari.

9 *Dum*] Dum fugeret Aristæum, scripsit Virgilius. Quam fabulam ita exponunt, ut per Eurydicen Anima intelligatur, quæ corporis amore decepta, fallacibus hujus voluptatibus tanquam evanescentium florum amœnitate delinita, Aristæum, hoc est Bonum, quod per illud, ut fert vocis Etymologia, intelligitur, maximo suo damno refugit. Anne istud significare voluerint poëtæ parum interest : maximum est quod revera se ita res habet : ut si quis ex veteris serpentis exitiali peste, qua omnes infecti fuimus, sese liberare voluerit, illum non Orpheo modo seu rectæ rationi, spretis corporis lenociniis, sed Christo Domino, ad Inferos pro nobis delapso, auscultare oporteat.

11 *Rhodopeius*] Orpheus Thracius ; nam Thraciæ mons est Rhodope altissimus.

13 *Styga*] Quæ Inferorum palus, pro Inferis ipsis posita.

Tænaria] Est Tænarus promontorium Laconiæ, ubi antrum, cujus

Perque leves populos, simulacraque functa sepulcris,
Persephonen adiit, inamœnaque regna tenentem 15
Umbrarum dominum: pulsisque ad carmina nervis
Sic ait: O positi sub terra numina mundi,
In quem recidimus quicquid mortale creamur;
Si licet, et, falsi positis ambagibus oris,
Vera loqui sinitis; non huc, ut opaca viderem 20
Tartara, descendi; nec uti villosa colubris
Terna Medusæi vincirem guttura monstri.
Causa viæ conjux: in quam calcata venenum
Vipera diffudit; crescentesque abstulit annos.
Posse pati volui: nec me tentasse negabo. 25
Vicit Amor. Supera Deus hic bene notus in ora est.
An sit et hic, dubito: sed et hic tamen auguror esse.

regem Umbrarum, habentem imperia tristia, per exiles populos, et imagines potitas tumulis, atque chordis tactis ad versus sic inquit: O Dii mundi siti sub terra, in quem recidimus quicquid producimur morti obnoxium; si conceditur, et patimini dicere vera, omissis anfractibus ficti oris, non huc descendi ut cernerem atra Tartara, neque ut constringerem tres fauces monstri Medusæi hispidas anguibus. Uxor est causa itineris, in quam vipera pressa sparsit venenum, atque rapuit annos venientes. Cupiri posse sufferre, neque diffitebor me conatum esse: Amor potior fuit. Hic Deus est bene notus in regionibus superis: nescio an sit etium hic, sed conjicio

****

et Stroz. Mss. recepit Burm. pro vulg. *occidit.*—14 *Sepulcris* ex Mss. dedit Heins. olim editi *sepulcro.*—15 Boxhornii, *et inania regna.* Et passim *inane regnum* Plutoni tribuitur. Unus Langerm. *regna tuentem.*—18 Unus V. *In quem corruimus;* multi quoque *decidimus.* Tunc Berolin. *mort. creatur.*—19 Quidam *Sic licet:* alii *scilicet.* Heins. olim conjecerat, *si liquet,* i. e. si constat. Nihil mutandum censet Burm.—22 O. *Tetra Med. Torva* pr. Bas. et sex alii; *Trina* duo: *Cerva* unus Med.—23 Berolin. *viæ est.* In O. etiam *calc. veneno;* et in vs. seq. in quatuor *que* omittitur; unde Heins. *in quam, calcata, veneno, Vipera, diffuso crescentes abstulit annos.*—25 Heins. volebat *pat. vovi.* Berolin.

NOTÆ

vastus hiatus, gravis ex eo erumpens odor, strepitus insuper, fabulantibus occasionem dedit fingendi hac ad Inferos patere descensum.

14 *Leves*] Umbras dicit seu Manes mortuorum, qui exilem Ditis regiam frequentant.

15 *Persephonen*] Proserpina est, Inferorum regina, Ditis seu Plutonis conjux.

16 *Umbrarum dominum*] Plutonem, scilicet.

22 *Medusæi*] Cerberum dicit, Inferorum canem tricipitem, anguibus villorum loco horridum, Echidnæ ex Typhone progeniem, a Medusæ sanguine ortam.

26 *Supera*] Neque insuper aut Mars aut ipse Jupiter Cupidinis sagittas effugere potuerunt.

Famaque si veterem non est mentita rapinam,
Vos quoque junxit Amor. Per ego hæc loca plena timoris,
Per Chaos hoc ingens, vastique silentia regni, 30
Eurydices, oro, properata retexite fila.
Omnia debemur vobis: paulumque morati,
Serius aut citius sedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes, hæc est domus ultima: vosque
Humani generis longissima regna tenetis. 35
Hæc quoque, cum justos matura peregerit annos,
Juris erit vestri. Pro munere poscimus usum.
Quod si fata negant veniam pro conjuge, certum est
Nolle redire mihi. Leto gaudete duorum.
Talia dicentem, nervosque ad verba moventem, 40

tamen etiam hic esse. Et si fama antiqui raptus non est falsa, Amor etiam vos sociavit. Ego oro per loca plena pavoris, per hoc vastum Chaos, et pacem ampli imperii, revolvite fila accelerata Eurydices. Cuncta debemur vobis; et paululum moruti festinamus tardius aut maturius ad unam hanc *domum. Omnes huc collimamus, hæ sunt sedes novissimæ, vosque habetis vastissima imperia generis humani. Hæc etiam, cum matura absolverit annos debitos, erit vestræ ditionis: petimus usum pro beneficio. Quod si fata recusant potestatem pro uxore, constitui non reverti: fruimini morte duorum. Animæ pallidæ lugebant talia proferentem, et pulsantem*

ne me.—27 Heins. *et huc.*—28 *Veterem rapinam* ex uno Vatic. dedit Burm. pro *veteris rapinæ*, ut *mentita* dictum esset passive, quod non insuitatum. Sed elegantius et magis poëticum, *Fama mentita est*, finxit, *rapinam.*—29 Bersm. et unus Heins. *vicit Amor;* duo, *vinxit;* Leid. unus *jungit.*—30 Duo Bonon. et unus Moreti, *silent. mundi.*—31 *Fila* ex quinque vett. Heins. dedit; alii *fata.*—32 *Debemur* pr. Med. multi alii *debemus:* vulg. *debentur.* Heins. etiam scribendum putat *paul. morata.*—33 Leid. *sed. remeamus.* Alii etiam habent *ad imam*, quod et Berolin. cum glossa ' infimam.'—35 Bas. *latissima regna.*—36 Marg. Bersm. *cum jussos.*—40 Cod. Sprotii *ad bella:* Pal.

NOTÆ

28 *Rapinam*] Supra l. v. Proserpinam vidimus a Plutone raptam.

31 *Retexite*] Metaphora est e trium Parcarum lanificio petita, quæ hominum vitam et fata unicuique per illud assignare sunt creditæ.

34 *Ultima*] Quia nempe piis, diverso a turba scelesta itinere, suæ sunt post mortem descriptæ sedes; vel ex Ethnicorum gente, testibus plurimis. Quæ quidem sedes ultimæ mirum est quam paucos a flagitiis absterreant, quam paucos ad bonam frugem reducant.

35 *Longissima*] Immo æterna, Ethnicis, qui revocationem ad vitam ignoraverunt.

36 *Justos*] Quos ante exhaustas vires homines rescindi nolunt.

40 *Nervos*] Citharæ chordas pulsantem.

Exsangues flebant animæ. Nec Tantalus undam
Captavit refugam: stupuitque Ixionis orbis.
Nec carpsere jecur volucres: urnisque vacarunt
Belides: inque tuo sedisti, Sisyphe, saxo.
Tum primum lacrymis victarum carmine fama est 45
Eumenidum maduisse genas: nec regia conjux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicenque vocant. Umbras erat illa recentes
Inter: et incessit passu de vulnere tardo.
Hanc simul et legem Rhodopeius accipit heros, 50
Ne flectat retro sua lumina; donec Avernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur acclivus per muta silentia trames,
Arduus, obscurus, caligine densus opaca:

chordas ad dicta. Neque Tantalus captavit aquam effluentem: et rota Ixionis constitit. Neque aves laniarunt jecur; et Belides abstinuerunt urnis: et, Sisyphe, requievisti super tuo silice. Tum primum aiunt maxillas Furiarum delinitarum versibus irrigatas fuisse lacrymis: neque uxor regia, neque qui imperat Inferis potest repellere precantem: et arcessunt Eurydicen. Illa erat inter novas umbras, atque accessit gressu lento ex plaga. Heros Rhodopeius simul accipit hanc, et legem, ne retrorsum ferat suos oculos, donec egressus sit ex vallibus Avernis; vel munera fore inania. Callis acclivis, arduus, caliginosus, plenus densis tenebris,

quart. *ad plectra.* Tunc *dicenti* et *moventi* unus Leid.—41 Bothius mallet *non Tant.*—42 Thuan. *Tant. amnem Capt. refugum.* Leid. *Capt. profugam;* sec. Pal. *refluam.*—45 In Berolin. *est* omiss.—48 Berolin. *Eurydicemque.*—49 Leid. et Bonon. *et incedit.* Tunc Heidelb. *tardo d. v. passu.*—50 Vulg. *Rhod. Orpheus: heros* Heins. dedit ex pr. Pal. pr. Bas. pr. V. pr. Mor. aliisque compluribus.—52 Sprotii *Ex. sedes;* et mox *irrit. vota.*—53 Heins. a Zulichemiano recepit *acclivus* pro vulg. *acclivis:* at hoc prætulit Bothius, quia mox sequitur *Ardu-us, obscur-us, &c.* Heidelb. *acclinis.*—54 Omnes Edd. et

NOTÆ

41 *Flebant*] Durius videtur istud; nisi quod, non sine magno mysterio, nobis jam revelato, opera nostra nos ad Manes prosequuntur.

Tantalus] Vide Met. IV. 457.

42 *Ixionis*] De eo supra Met. IV. 460.

43 *Volucres*] Quæ Titii jecur exedunt; de quo etiam Met. IV. 456.

44 *Belides*] Vide iterum Met. IV. 462.

Sisyphe] Met. IV. 459.

46 *Eumenidum*] Met. IV. 451.

Regia conjux] Proserpina, Plutonis uxor.

50 *Rhodopeius*] Orpheus, scilicet, ut supra annotatum.

51 *Avernus*] Fuit Avernus lacus Campaniæ, quem Plutoni vetustas fabulosa, propter sulfureas quas emittit exhalationes, dicatum credidit.

Nec procul abfuerunt telluris margine summæ. 55
Hic, ne deficeret metuens, avidusque videndi,
Flexit amans oculos: et protinus illa relapsa est.
Brachiaque intendens, prendique et prendere captans,
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
Jamque iterum moriens non est de conjuge quicquam 60
Questa suo: quid enim nisi se quereretur amatam?
Supremumque vale, quod jam vix auribus ille
Acciperet, dixit: revolutaque rursus eodem est.
Non aliter stupuit gemina nece conjugis Orpheus,
Quam tria qui timidus, medio portante catenas, 65
Colla canis vidit: quem non pavor ante reliquit,

calcatur per tacita silentia: neque longe distabant ab oris supremæ terræ. Tum timens amans ne illa aberraret, atque cupidus videndi, retorsit oculos; et continuo illa revoluta est: atque porrigens brachia, et nitens corripere atque corripi, miser nihil capit nisi mobilem aërem. Jamque iterum fato fungens nihil quicquam est questa de suo marito: quamobrem enim quereretur sese dilectam? atque dixit ultimum vale, quod jam vix ille apprehenderet auribus: rursusque eodem relapsa est. Orpheus non aliter attonitus est duplici morte uxoris, quam qui pavidus intuitus est tria colla canis, medio gerente vincula; quem timor non prius omisit quam natura

scripti *obscurus;* sed quia seq. *calig. dens. opac.* Bothius malit *absconsus.*—55 *Abfuerunt* ex S. Marci Heins. protulit; alii *abfuerant.*—56 Unus Heins. *avid. medendi;* R. *juvandi.*—57 Sec. Med. et quatuor alii *repulsa est;* unde Heins. *revulsa.*—58 Ciofanus ex uno præferebat *prendere certans:* Burm. recepit e Mss. *captans,* quia *τῷ prendere* rectius conveniat: Heins. nil mutare volebat.—59 Fragm. Cæsen. *arrip. umbras.*—61 Multi vett. *nisi subsequeretur amantem* vel *amatam:* Fl. S. Marci *si subsequeretur:* pr. et sec. Med. ac septem alii cum Spirensi *nisi se sequeretur:* Heins. corr. *quid enim sese quereretur:* Noricus *quid enim nisi sequeretur:* Berolin. *quid enim si iterum sequeretur.*—63 Vulg. *revocataque.*—65 Alter Hamb. *qui timidas;* Langerm. et unus Voss. *tumidus;* pr. R. *tumidi;* Med.

NOTÆ

57 *Amans*] Orpheus, scilicet. Ceterum, ut ingenue quod ego credo in medium proferam, ex Loti historia hanc detortam fuisse fabulam arbitror. Atque hinc quam periculosum sit retro in hac inferna valle animam servare cupienti respicere, cuivis facile erit colligere. Ad æterna futuræ vitæ indesinenter anhelet, hujus exilii caduca contemnat, Eurydices seu Loti conjugis meminerit oportet, quicumque animam seu ex Sodomæ valle seu ex Inferorum faucibus cupit eripere.

61 *Quid enim*] Immo perverse sese amatam potuit queri; quod multis eveniet.

65 *Qui timidus*] Vir quidam fuit qui, cum metu Herculis in speluncam sese recepisset, unde capite inclinato prospiceret, viso Cerbero quem ille trahebat, diriguit.

Medio] Cerberi collo, scilicet.

Quam natura prior, saxo per corpus oborto:
Quique in se crimen traxit, voluitque videri
Olenos esse nocens: tuque, o confisa figuræ,
Infelix Lethæa, tuæ; junctissima quondam 70
Pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
Orantem, frustraque iterum transire volentem,
Portitor arcuerat. Septem tamen ille diebus
Squalidus in ripa, Cereris sine munere, sedit.
Cura, dolorque animi, lacrymæque alimenta fuere. 75
Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam
Se recipit Rhodopen, pulsumque Aquilonibus Hæmon.
Tertius æquoreis inclusum Piscibus annum
Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus

prior, silice per membra coacto: vel Olenus, qui in se derivavit culpam, et voluit videri reus; tuque, o misera Lethæa, confisa formæ tuæ, olim junctissima pectora, nunc saxa, quæ Ide aquosa sustinet. Portitor prohibuerat precantem, et frustra denuo transire nitentem. Ille tamen sedit septem diebus ad ripam, sentus, sine pane. Solicitudo, et mæror animi, atque lacrymæ fuerunt in escam. Postquam questus esset Deos Inferorum esse sævos, se recipit in excelsam Rhodopen, et Hæmum agitatum Borea. Sol tertio absolverat annum comprehensum piscibus æquoreis; et

chartaceus *timidi;* Berolin. *pavidus:* Heins. conj. *Stygii.*—67 Nonnulli *corp. aborto.*—69 Quidam scribunt *Olenus.* Tunc Turneb. Adversar. I. 23. legit *o confixa.* Alii etiam habent *figura,* et vs. seq. *tua.*—70 Pro *Lethæa* unus Med. *Letheti: Lethæe* prim. Strozzæ, et sec. Med. et Fl. S. Marci, a man. sec. N. *Lethie:* Heins. *Lethei.*—71 *Pectora* Ciofanus reposuit ex uno suo, et uno V. pro vulg. *Corpora.*—72 Sprotii Cod. et unus Mor. *trans. parantem.*—73 *Arcuerat* est ex tribus scriptis cum Bernegg. et Thuan. vulg. *arguerat.*—75 Arg. *Ira dolorq. anim.* Unus Mor. *alim. dedere.*—76 Berolin. *in altum.*—77 Alii *Hæmum.*—78 Heins. malit *æthereis* pro *æquoreis.*—79 Jun. Arg. et Thysii *Fin. Pæan.*

NOTÆ

68 *Quique*] Olenus est, Lethææ conjux, uxoris crimen, quæ se pulchritudine Deabus præponere ausa fuerat, non veritus suum facere; quamobrem una cum illa in lapidem versus.

71 *Ide*] Mons Phrygiæ plurimis fontibus scatens.

73 *Portitor*] Charon, scilicet, qui Inferorum portui præest.

74 *Ripa*] Stygis Inferorum paludis, scilicet.

Cereris munere] Pane: Ceres enim frugum Dea, quæ pro ipsis sumitur.

76 *Erebi*] Ex Chao et Caligine progenitus fuit hic Lethi pater, qui sæpissime pro ipsa Inferorum sede a Poëtis sumitur.

77 *Hæmon*] Qui cum superiore mons est Thraciæ, Boreæ, Septentrionali vento, maxime obnoxius.

78 *Tertius*] Id est, Jam ter Zodiacum, in quo ultimum et hybernale signum Pisces numerantur, Sol emensus fuerat. Uno verbo, Tertius annus elapsus erat.

Fœmineam Venerem; seu quod male cesserat illi; 80
Sive fidem dederat. Multas tamen ardor habebat
Jungere se vati: multæ doluere repulsæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares: citraque juventam
Ætatis breve ver, et primos carpere flores. 85

Fab. II. Attis in Pinum.

Ad cantus Orphei, desiderantis consuetudinem conjugis, cum plurima animalia capta vocis dulcedine convenissent; et in his etiam arbores elicitæ: inter eas stupens cantibus fuit pinus Cybeles, montis, qui in Phrygia est, in quam Attis matris Deum antistes mutatus est.

Collis erat, collemque super planissima campi
Area: quam viridem faciebant graminis herbæ.
Umbra loco deerat. Qua postquam parte resedit
Dis genitus vates, et fila sonantia movit;
Umbra loco venit. Non Chaonis abfuit arbos, 90

Orpheus sibi temperaverat ab omni fœminea Venere, sive quod male illi verterat, sive fidem obstrinxerat. Multæ tamen maximopere cupiebant copulari cum vate; multæ neglectæ ægre passæ sunt. Ille etiam suasit Thracibus populis amorem transmittere in molles pueros, et deripere primos flores citra juventutem et breve ver ætatis.

II. *Mons erat, et super montem spatium campi planissimum, quod graminibus virescebat. Umbra desiderabatur loco: ubi postquam Diis ortus vates consedit, et pulsavit nervos sonoros, umbra affuit loco. Non arbor Chaonia defuit, non sylva*

Dein in Berolin. abest *que*.—81 Heins. malebat *ard. agebat*.—84 Sligtenhorstius volebat *circaque*.—86 Arg. *Callis cr*. Duo alii *coll. supra*. Et Voss.

NOTÆ

81 *Fidem dederat*] Sive, inquit Poëta, infelicis conjugii dolore, sive quod ita uxori pollicitus esset, nullam fœminam mortua Eurydice Orpheus attigerat.

84 *Transferre*] Hac execranda libidine famosus vixit vir cetera omnis generis virtutum insignis; si modo is aliquid præter Poëtarum figmenta, ex Mose tamen expressa, fuit.

89 *Dis genitus*] Apolline, scilicet, et Musa Calliope, ut plurimis placet.

Fila sonantia] Citharæ chordas intelligit.

90 *Umbra*] Quia arbores, cantus dulcedine illectæ, illuc confluxerunt.

Chaonis] Quercum dicit, cujus generis arboribus Chaonia, Epiri provincia, in qua etiam vocalibus quercubus celeberrima sylva Dodonæa, inprimis abundat.

Non nemus Heliadum, non frontibus esculus altis,
Nec tiliæ molles, nec fagus, et innuba laurus.
Et coryli fragiles, et fraxinus utilis hastis,
Enodisque abies, curvataque glandibus ilex,
Et platanus genialis, acerque coloribus impar, 95
Amnicolæque simul salices, et aquatica lotos,
Perpetuoque virens buxus, tenuesque myricæ,
Et bicolor myrtus, et baccis cœrula tinus;
Vos quoque flexipedes hederæ venistis, et una
Pampineæ vites, et amictæ vitibus ulmi: 100
Ornique, et piceæ, pomoque onerata rubenti

Heliadum, non esculus excelsis foliis, nec tiliæ voluptariæ, nec fagus, et casta laurus. Et coryli fragiles, et fraxinus idoneus jaculis, et abies enodis, et ilex sinuata glandibus, et platanus genialis, et acer discolor, et simul salices aquaticæ, et lotos juxta aquas nascens, et buxus semper virens, et exiles myricæ, et myrtus bicolor, et tinus cærulea baccis; vos etiam hederæ flexipedes affuistis, et una vites pampineæ, et ulmi maritatæ vitibus, et orni, et piceæ, et arbutus onusta pomo rubenti,

sup. placidissima camp.—91 Olim Edd. *non frondibus:* Burm. putat *frontibus* melius convenire *τῷ altis.*—93 Genev. *corni* pro *coryli.*—94 Tres libri *oneratque.*—95 Nonnulli *plat. genitalis.*—97 Unus Mor. et Fragm. Boxhorn. *humilesque myr.*—98 *Tinus* est ex Heins. emend. vulg. *ficus:* quidam *pinus:* Langerm. Cod. *cinus,* quod præferebat Constant. Fan.—99. 100 Turnebus restituit *flexipedes;* olim *flexibiles.* Deinde Heins. *et uva Amictæ vit.* Scholiastes Statii et multi scripti *et Amicæ vitib.* Alter Erfurt. *amatæ.*—101 Lu-

NOTÆ

91 *Nemus Heliadum*] Populos dicit, in quas Heliades seu Solis filias, Phaëthontis sorores, mutatas fuisse supra l. II. vidimus.

Esculus] Arbor est glandifera, Jovi sacra, cujus glandibus, nondum inventis frugibus, primi mortales pro esca utebantur.

92 *Innuba*] Quia, ut in superioribus legimus, Daphne, quæ in laurum mutata, nunquam Apollinis amoribus aurem præbere voluit.

95 *Genialis*] Genio ac voluptati dicata: quo genere arborum hodie etiam ambulacra opacata habemus.

Coloribus impar] Quapropter etiamnum hodie in pretio. Gall. dicitur *érable.*

96 *Lotos*] Arbor est Africæ familiaris, fructum ferens adeo gratum, ut hospitibus patriæ oblivionem inducere dicatur.

97 *Myricæ*] Virgulti est species, quam nos vocamus *des bruyères, du tamarisc.*

98 *Myrtus*] Arbuscula est Veneri dicata, cujus altera parte folia paulo ad nigritiem vergunt.

Tinus] Laurus est sylvestris cœrulea bacca, ut refert Plinius.

99 *Flexipedes*] Hedera vero, quæ Baccho sacra, nodosis et errabundis flagellis, tanquam flexis et curvis pedibus, serpit.

100 *Amictæ*] Quia vites ulmis fulcire consueverant.

101 *Orni*] Eo nomine montanæ arbores quælibet intelliguntur, in

Arbutus, et lentæ, victoris præmia, palmæ :
Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus,
Grata Deum matri : siquidem Cybeleius Attis
Exuit hac hominem ; truncoque induruit illo. 105

Fab. III. Cyparissus in Cupressum.

Cyparissus Amyclei filius ex insula Cea : hunc Apollo dilexit ; et propter cervam patientem manus, quem per imprudentiam sagitta transfixum interemerat, manus suas afferentem sibi, periculo eripuit : et protinus in arborem sui nominis vertit.

Affuit huic turbæ, metas imitata, cupressus,
Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo,
Qui citharam nervis, et nervis temperat arcus.

et palmæ flexiles præmia victoris, et pinus succincta comas, atque hispida in fastigio, placens matri Deorum ; siquidem Attis Cybeleius spoliatus est hac homine, et diriguit illo stipite.

III. *Cupressus speciem exhibens pyramidum, nunc arbor, prius puer amatus ab illo Deo qui modum facit citharæ nervis, et* modum facit *arcui nervis, fuit ex eo*

tatius *pom. generata rub.*—104. 105 Tan. Faber legit, *Cybeleius olim...induruit Atys*, quia *hac* et *illo* in eodem vs. inusitatum videtur. Sed Burm. monet, et alibi hæc duo pronomina cumulari. Bothius tamen pro *illo* malit *alto*. Berolin. vero pro *hac* habet *ac*.—106 Unus Bas. *huic numero*. Leid. *luctus imit.*

NOTÆ

specie tamen fraxinus sylvestris.

102 *Lentæ*] Flexiles equidem palmæ rami, attamen oneri cedere nescii : unde et victoribus honoris causa tribuebantur.

103 *Succincta*] Quia in vertice tantum frondes pinus emittit.

104 *Deum matri*] Quæ Cybele est, seu Rhea, plurimis itemque aliis nominibus insignita.

Attis] Qui puer Cybele adamatus, sacrisque suis ea lege præpositus, ut castitatem servaret, cum in Sagarithide Nympha peccasset, in furorem versus sese exsecuit. Sibi insuper manus violentas parabat ; verum Deæ miseratione in pinum mutatus.

106 *Metas*] Ejusmodi etiamnum hodie pyramidata forma in hortis conspicimus.

107 *Nunc arbor*] Fuit Cyparissus puer formosissimus, Apollini gratus, qui cervum, quem in deliciis habebat, cum imprudens occidisset, tanto est affectus dolore, ut mori omnino vellet ; quamobrem in cupressum ab Apolline mutatus. Quæ quidem fabula levis est momenti, et allusio nominis, quod Græce puero et arbori idem est ; nisi forte quia Cyparissus doctus fuit, illum ideo Deo acceptum credideris, namque Dei cognitio amorem mutuum parit. Nec ita Cyparissi incongrua erit Metamorphosis in

Namque sacer Nymphis, Carthæa tenentibus arva,
Ingens cervus erat: lateque patentibus altas 110
Ipse suo capiti præbebat cornibus umbras:
Cornua fulgebant auro: demissaque in armos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla super frontem parvis argentea loris
Vincta movebatur: parilesque ex ære nitebant, 115
Auribus in geminis, circum cava tempora, baccæ.
Isque metu vacuus, naturalique pavore
Deposito, celebrare domos, mulcendaque colla
Quamlibet ignotis manibus præbere solebat.
Sed tamen ante alios, Ceæ pulcherrime gentis, 120
Gratus erat, Cyparisse, tibi. Tu pabula cervum
Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
Tu modo texebas varios per cornua flores:

numero. Namque vastus cervus erat dicatus Nymphis tenentibus agros Carthæos; atque ipse præstabat excelsas umbras suo capiti vastis cornibus. Cornua radiabant auro, atque torques gemmati pendebant ex collo tereti defluentes in armos. Bacca argentea alligata fronti tenuibus loris agitabatur; atque bullæ ex eodem ære fulgebant in ambabus auribus circum depressa tempora. Atque is expers timoris, et omisso naturali metu, consueverat colere domos, et exhibere collum palpandum etiam manibus ignotis. Sed tamen tibi placebat præ ceteris, Cyparisse, formosissime ex natione Cea. Tu agebas cervum ad intacta pabula, et ad aquas puri fontis. Tu modo inserebas varios flores cornibus: modo eques sedens in dorso, huc et illuc vec-

---

—108 Berolin. *temp. arcum.*—109 Ms. Bersm. *Jamque sac.* Vehementer Mss. variant in nomine *Carthæa:* habent enim *Cretea, Cirthea, Carchia, Orchea, Archea, Cirrea, Corchea, Colchæa, &c.*—112 Heidelb. *gemmataque;* et vs. seq. *demissa monil.* et sic multi scripti in utroque loco: ast hic quidam habent *diffusa;* vel *suspensa; pretiosa* etiam, vel *geminata.*—115 Vulg. *parilesq. atute nit.* multi etiam *parilig. nitore nit.* Nostram lectionem Heins. dedit ex sec. V. quart. Med. et aliis. Præterea unus Gron. *ex arte,* unus Med. *in core;* unus Heins. *a mane.*—116 Nonnulli *Aur. e gem.*—117 In uno Ciofani *natur. timore;* et sic R. unus: Jun. et alius *pudore.*—119 Berolin. *Qualibet.*—122 Ms. Bersm. *liquidas...ad undas;* Leid. *liquidam...ad undam.*—123 Pro *texebas* pr. et sec. Med. N. Spirens. pr. Hamburg. et quatuor alii, *tendebas:* tres, *sternebas* cum fragmento Cæsenati, S. Marci veterrimo libro et sec. Pal. *sibi texebas* Cant. *spargebas* unus Leid. *terrebas* unus

NOTÆ

eam arborem, cujus omnes rami cœlum versus, nullo in terram recurvo, simul contendunt.

109 *Carthæa*] Id est, quæ ad Carthæam urbem spectarent. Fuit autem Carthæa una ex quatuor Ceæ insulæ urbibus, Cyparissi patria.

120 *Ceæ*] Quæ Cycladam est una in mari Ægæo.

Nunc, eques in tergo residens, huc latus et illuc
Mollia purpureis frænabas ora capistris. 125
Æstus erat, mediusque dies: Solisque vapore
Concava littorei fervebant brachia Cancri.
Fessus in herbosa posuit sua corpora terra
Cervus; et arborea ducebat frigus ab umbra.
Hunc puer imprudens jaculo Cyparissus acuto 130
Fixit: et, ut sævo morientem vulnere vidit,
Velle mori statuit. Quæ non solatia Phœbus
Dixit? et ut leviter, pro materiaque doleret,
Admonuit. Gemit ille tamen: munusque supremum
Hoc petit a Superis, ut tempore lugeat omni. 135
Jamque, per immensos egesto sanguine fletus,
In viridem verti cœperunt membra colorem;
Et modo qui nivea pendebant fronte capilli,
Horrida cæsaries fieri; sumtoque rigore
Sidereum gracili spectare cacumine cœlum. 140
Ingemuit, tristisque Deus, Lugebere nobis,
Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.

tus frana adhibebas ori facili capistris purpureis. Calor erat intensus, et dies medius, atque brachia sinuosa Cancri littorei æstuabant. Cervus lassus demisit corpus suum in terram gramineam: et captabat frigus ab umbra arborea. Puer Cyparissus nescius hunc transfixit telo acuto; atque ut vidit obeuntem crudeli plaga, decrevit velle obire. Quam consolationem Apollo non insinuavit? et hortatus est ut parce lugeret, et pro causa. Ille tamen suspirat, et poscit hoc ultimum donum a Diis, ut semper fleat. Jamque sanguine exhausto per immoderatas lacrymas, artus cœperunt mutari in viridem colorem; et crines qui modo pendebant ex fronte candida, mutari in comam hispidam, atque duritie induta ferri versus cœlum sidereum tenui fastigio. Deus mœstus indoluit, atque inquit, Deploraberis a nobis, et deplorabis alios, et aderis lugentibus.

Voss.—124 *latus* ex uno Med. emendavit Heins. cui nec *vectus* displicet: ante eum edebatur, *lætus*.—128 Unus Gron. *sua tergora*; alii *corpora*, vel *pectora*.—129 Duo, *ad arboream umbram*.—131 Berolin. *Admovit: gem.*—136 Pro *egesto*, Cant. et multi alii *ejecto: exhausto* R. *expulso* Leid. *fluctus* etiam duo.—138 *Qui nivei* Fl. S. Marci.—140 *cacum. Solem* Bas.—143 *Con-*

NOTÆ

127 *Cancri*] Sideris cœlestis, quod postquam Sol est ingressus, excitantur æstus vehementissimi.

132 *Phœbus*] Apollo, cui Cyparissus puer dilectus.

133 *Pro materia*] Cervo nimirum, cui non absimilem reperire, cujus insuper amissi dolorem plurimis aliis rebus lenire, posset.

141 *Deus*] Apollo, scilicet.

142 *Lugebis*] Hoc ex Romanorum consuetudine desumtum, qui cupressi,

Fab. IV. Jupiter in Aquilam.

Ganymedes, Trois filius, prima forma, cum ceteris Iliensibus Phrygiæ præferretur, et assiduis venationibus interesset, ne infamiam virentis ætatis subiret, Jupiter versus in aquilam ex Ida monte eum rapuit in cœlum, ministrumque fecit.

Tale nemus vates contraxerat: inque ferarum
Concilio medius, turba volucrumque sedebat.
Ut satis impulsas tentavit pollice chordas; 145
Et sensit varios, quamvis diversa sonarent,
Concordare modos; hoc vocem carmine rupit:
Ab Jove, Musa parens, (cedunt Jovis omnia regno,)
Carmina nostra move. Jovis est mihi sæpe potestas
Dicta prius. Cecini plectro graviore Gigantas, 150
Sparsaque Phlegræis victricia fulmina campis.

iv. *Poëta allexerat ejusmodi sylvam; et sedebat medius in consessu ferarum, et turba avium. Postquam satis tentavit nervos motos pollice, atque cognovit tonos diversos convenire, quanquam varie sonarent, flexit vocem hoc carmine: Musa mater, fac initium nostris versibus ab Jove: omnia cedunt Jovis imperio. Jovis numen sæpe cantatum est a me antehac. Cantavi plectro severiore Gigantas, et fulmina victricia disjecta per campos Phlegræos. Nunc opus est lyra molliore:*

traxerat ex Med. dedit Burm. vulg. *attraxerat*, quod revocavit Mitscherl.—144 Pr. R. Pr. Bas. sec. V. quart. Med. et tres alii *med. turbæ;* unde Heins. legebat *turbæ volucrisque.*—146 Gron. *divers. sonabant.*—147 O. *Conciliare mod.* Vulg. etiam *carm. movit:* sed quia mox seq. 'Carmina nostra move,' propterea Burm. ex Voss. Ms. recepit *rupit:* nam passim apud Poëtas 'rumpere voces,' 'questus,' &c.—148 Langerm. *Ab Jove principium.* Quidam, *Musa potens.* Duo Medic. *cedent;* Heins. malebat, *cedant.* Mox Leid. *carm. digna.* —150 Edd. quædam distinguunt post *dicta. Gigantas* S. Marci, Bernegg. pr. Pal. pr. Med. pr. V. Cant. pr. Erfurt. Spirens. et duo alii: vulg. *Gigantes.*—151 Pro *fulmina* octo ex melioribus *carmina: fulgura* Bas. et edd. Gryph. et

NOTÆ

Diti sacræ arboris, ramos ante fores ejus domus, in qua cadaver esset, apponebant; rogis insuper eosdem, gravis ex cadavere odoris amovendi causa, adhibebant.

144 *Sedebat*] Quibus figmentis, agrestes ferosque homines ad humaniorem vitam ab Orpheo sapienti et politico viro illectos, antiqui significare voluerunt.

148 *Parens*] Calliopen Musam Orphei matrem fuisse supra diximus.

150 *Graviore*] Quali bella cantari decet.

Gigantas] Qui adversus Deos bellum movere non sunt veriti, sicuti in primo vidimus.

151 *Phlegræis*] Quos alii in ea Ma-

Nunc opus est leviore lyra : puerosque canamus
Dilectos Superis ; inconcessisque puellas
Ignibus attonitas meruisse libidine pœnam.
Rex Superum Phrygii quondam Ganymedis amore 155
Arsit: et inventum est aliquid, quod Jupiter esse,
Quam quod erat, mallet. Nulla tamen alite verti
Dignatur ; nisi quæ possit sua fulmina ferre.

atque dicamus pueros amatos a Diis ; atque puellas correptas amoribus nefandis meruisse pœnam libidine. Rex Deorum olim flagravit desiderio Ganymedis Phrygii : atque aliquid est repertum quod Jupiter mallet esse, quam quod erat. In nullam tamen avem vult mutari, nisi quæ possit gestare sua fulmina. Nec mora : aëre acto

Bersm. *prælia* Ms. Bersm. Pro *campis* Heinsius conj. *castris.*—152 Arund. *Hic opus.*—154 Omnes fere scripti *libid. pœnas.*—158 *Portet*, vel *portat terræ*, aut *terris*, plerique veteres ; *quo portat terræ* unus ; alius, *qua portet terræ ;* duo, *quæ portet terra :* pr. Hamburg. *portat terra.* Arund. *quæ possit ferre.* Heins. suadet, *quæ possit sua fulmina ferre ;* vel, *null. tam. al. vert. Dignatus, nisi*

NOTÆ

cedoniæ parte quæ Pallene postea dicta est, in peninsula ad sinum Thermaicum ; alii in Thessalia, in Thracia, in Campania denique collocant.

152 *Leviore*] Amoribus convenienti sono molliore.

153 *Puellas*] Qualis fuit Myrrha, de qua in sequentibus. Plurima vero fœminarum odio ab Orpheo facta Poëta memorat, ut postea commodius ad ejus fata descendat.

155 *Ganymedis*] Qui Trois Phrygiæ regis fuit filius.

156 *Arsit*] Impurissimum amorem vel ipsi Ethnici verecundiores in hominibus ita damnaverunt, ut poëtas profligandos censuerint, qui nefanda audacia suo Jovi nequitias istiusmodi attribuerunt. Ex illorum numero fuit Cicero, qui insuper, eo ducente nomine ipso Ganymedis, per hujus pueri fabulam Dei cum sapientum mentibus commercia hominibus inculcata esse voluit. Sederent profecto Ethnici judices contra nos, nisi ab execrandis perditorum hominum libidinibus oculos averteremus. Atque adeo, sive a Jove per navem, sive per legiones, quibus insigne fuerit Aquila, Ganymedes raptus fuerit, eo omisso, ad ea, quæ nobis sunt propiora, mentem convertamus. Sunt omnes quotquot homines sancti vivunt, et consilii et sapientiæ curam habent, vere Ganymedes et regii pueri : qui nos amat, verus Deus est. Sitit ille semper, et cupit ut sapientiæ nectar sibi ministremus. Quæ nos in cœlum transferat Aquila, et ad corpus mortuum congreget, fides requiritur. Illam Deus homo factus ita mentibus ingenerat, ut ipsius virtute ex terra auferamur. De his cogitandum. Melinsque erit ejusmodi curis operam dare, ut cœlestia ad nos derivando ad Superos transvehamur, quam ut terrestria in cœlum transmittendo ad Inferos deturbemur.

158 *Quæ possit*] Aquila est, quæ in volucrum divisione Jovi cessit, altius quam ceteræ aves volat ; solem fixis oculis audet intueri ; fulmine non tangitur ; immo Jovi fulmina ministrasse

Nec mora: percusso mendacibus aëre pennis,
Abripit Iliaden. Qui nunc quoque pocula miscet, 160
Invitaque Jovi nectar Junone ministrat.

Fab. V. Hyacinthus in Florem.

Hyacinthus Amyclæ, dilectus ab Apolline, cum per jocum in certamen disci venisset, altius jactum pondus non prius despicere potuit, quam capiti sensit injectum. Quo eliso, post obitum ejus cruor in florem ejus nomine inscriptum cessit.

Te quoque, Amyclide, posuisset in æthere Phœbus,
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet, æternus tamen es: quotiesque repellit
Ver hyemem, Piscique Aries succedit aquoso; 165
Tu toties oreris, viridique in cespite vernas.
Te meus ante alios genitor dilexit: et orbe

simulatis pennis aufert Iliaden: qui nunc etiam temperat pocula, atque offert nectar Jovi, nolente Junone.

v. *Apollo te etiam statuisset in cœlo, Amyclide, si fata tristia tempus indulsissent statuendi. Tamen immortalis es, quatenus licet; et quoties ver fugat hyemem, atque Aries subsequitur Piscem aquosum, tu toties appares, et flores in viridi gleba. Meus pater te amavit præ ceteris: et Delphi siti in medio orbe destituti sunt rectore,*

cui possent sua fulm. ferri, quod præfert: Bersm. Ms. *portas.*—160 *Abripit* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, Urbin. Spireus. et duobus aliis; vulg. *Arripit.* —164 Berolin. *quotiensque;* et—166 *totiens.* Boschii etiam liber *viroque*, quod et alibi sæpissime occurrit. Pro vulg. *flores*, Burm. ex uno Leid. recepit *vernas.*—167 Berolin. *ant. omnes gen.* Unus etiam Thuan. *et orbis.*—

NOTÆ

dicitur cum adversus Titanas proficisceretur; quæ denique in cœlum relata fulmen unguibus tenere fingitur. Atque hæc sunt pleraque fabulæ. Fabula non est, quod nisi aquilis corpus suum verus Deus exhibet: atque eo assurget quisquis illius filius fuerit, cui alæ datæ ab ipso grandis aquilæ.

160 *Iliaden*] Ganymedem dicit, Ili fratrem, Ilio oriundum.

161 *Invita*] Tum propter filiam Heben a Jovis poculis, Ganymedis causa, remotam, tum propter amores.

162 *Amyclide*] Hyacinthus est, Amyclæ, Amyclarum in Laconia conditoris, filius.

165 *Aries*] Qui sidus est in Zodiaco, quod, relictis Piscibus, postquam Sol est ingressus, benignius radios suos ad nos transmittit, vernalemque tempestatem inchoat.

166 *Vernas*] Quia in florem mutatus Hyacinthus.

167 *Genitor*] Apollo, quem sæpius

In medio positi caruerunt præside Delphi,
Dum Deus Eurotan, immunitamque frequentat
Sparten; nec citharæ, nec sunt in honore sagittæ. 170
Immemor ipse sui non retia ferre recusat;
Non tenuisse canes; non per juga montis iniqui
Isse comes: longaque alit assuetudine flammas.
Jamque fere medius Titan venientis et actæ
Noctis erat, spatioque pari distabat utrimque; 175
Corpora veste levant, et succo pinguis olivi
Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
Quem prius aërias libratum Phœbus in auras
Misit, et oppositas disjecit pondere nubes.

dum Deus celebrat Eurotan, et Spartam nullis muris cinctam; neque citharæ, neque sagittæ coluntur. Ipse sui oblitus non renuit portare plagas, non tenuisse canes, non ivisse comes per cacumina montis asperi: atque fovet amorem longa assuetudine. Jamque Sol erat fere medius noctis præteritæ et subsequentis, et distabat utrimque æquali intervallo. Tollunt amictum a corpore, et fulgent humore pinguis olivi, atque veniunt in certamen vasti disci. Quem ante libratum Apollo sustulit in

169 *Immutatamque* in quibusdam Mss. legi Vivianus notat: i. e. a qua Apollo nunquam discedebat: ex P. Galesii conj. etiam, et ex vet. lect. vestigiis, Ciofanus suadet *immœnitamque.*—170 Gron. *hon. pharetræ.*—173 *Isse* ex pr. Erfurt. et quinque aliis; vulg. *Ire.* Idem Erfurt. *longa trahit assuet.* Tunc Cant. habet *flammam.*—175 Cant. Bas. et alius *Lucis* pro *Noctis*, non improbante Burm.—176 Meliores, teste Heins. *olivi*; ceteri *olivæ.*—177 Leid. V. et quatuor alii *latique:* Bas. *jactique in discrimina.*—179 Unus Heins. *oppos. divisit*; Gron. *disgessit;* Menard. *discessit.* Suspectum est a Burm. τὸ *pondere*,

NOTÆ

Orphei patrem diximus.

168 *Delphi*] Urbs fuit Phocidis in Achaia ad Parnassum montem, Apollinis oraculo clarissima, quam umbilicum terræ, et commune quondam humani generis oraculum, antiqui vocitarunt. Fabulam de ea Græci consignaverunt, quam Claudianus hisce versiculis comprehendit: 'Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet Naturæ, regni nescius ipse sui, Armigeros utrimque duos æqualibus alis Misit ab Eois occiduisque plagis. Parnassus geminos fertur junxisse volatus: Contulit alternas Pythius axis aves.'

169 *Eurotan*] Qui fluvius est Laconiæ, Amyclas, Hyacinthi patriam, præterfluens.

Immunitam] Quippe quem satis civium virtute custoditam Lacedæmonii diu arbitrati sunt.

170 *Citharæ...sagittæ*] Quæ sunt Apollinis insignia.

174 *Titan*] Sol ipse est, Hyperionis Titanis filius; quem venientis et actæ noctis medium cum fingit Poëta, meridiem fuisse statuit.

177 *Disci*] Qui orbis fuit ex ferro, ære, lapide, ligno etiam; quem medium loro, amenti vice, trajectum ita in sublime jaci oportebat, ut intra

Recidit in solidam longo post tempore terram 180
Pondus : et exhibuit junctam cum viribus artem.
Protinus imprudens, actusque cupidine ludi,
Tollere Tænarides orbem properabat : at illum
Dura repercusso subjecit ab aëre tellus
In vultus, Hyacinthe, tuos. Expalluit æque, 185
Ac puer, ipse Deus : collapsosque excipit artus :
Et modo te refovet : modo tristia vulnera siccat :
Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
Nil prosunt artes : erat immedicabile vulnus.
Ut si quis violas, riguove papaver in horto, 190
Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis ;
Marcida demittant subito caput illa gravatum ;
Nec se sustineant ; spectentque cacumine terram :

aërem et discussit nubes objectas pondere. Pondus recidit in duram terram longo post tempore, et ostendit peritiam additam viribus. Continuo temerarius Tænarides, impulsus desiderio ludi, festinabat tollere discum : at solida terra remisit sublatum in aërem in faciem tuam, Hyacinthe. Ipse Deus æque expalluit ac puer ; et tollit membra collapsa : et modo te reficit ; modo abstergit luctuosas plagas ; modo retinet spiritum crumpentem graminibus adhibitis. Artes nullius sunt auxilii. Vulnus erat insanabile. Quemadmodum si quis atterat violas, vel paparer in horto riguo, aut lilia juncta subnigris caulibus, illa flaccida statim deprimant caput læsum, neque se sustineant, et respiciant terram fastigio : sic facies moribunda languet, et

quia vs. sec. iterum repetitur ; conj. ergo *verbere ;* Bothius vult *robore.*—180 Quidam *Decidit*, quod placet Constant. Fanens. Gron. *Incidit ;* tres libri *Occidit.* Tunc O. et nonnulli alii *post long. temp.*—182 Pr. Erfurt. et unus Leid. *incumbens* pro *imprudens.* In vocem *actusque* variant libri ; *tactusq. captusq. latusq. victusq. avidusq. raptusq.* scribuntur, quæ omnia defendi possunt : plurimi Codd. *artisque*, sed *artem* jam præcesserat. *Ludi* est in multis vett. sed vulg. legitur *lusus ;* Fl. S. Marci habet *jussus ;* Burm. conj. *laudis.*—184 Pr. Med. Thuan. et alii *Dur. repercussum...in aëra :* (tum legendum vs. seq. monet Heins. *Et vultus, Hyacinth.*) Heins. dedit *repercusso...ab aëre* ex uno Arg.—186 Alii *Qui*, vel *Quam puer ; Ac* est ex Bonon. Deinde quidam *coll. accipit*, vel *exigit :* Heins. conj. *erigit.*—187 Pro *te* Bothius mallet *se.*—190 *Papaver* dedit Heins. ex N. Arund. et sex aliis ; vulg. *papavera.*—191 Ex Codd. *virgis* plerumque in Edd. datur : sed quidam *lignis*, vel *linguis ;* Gron. et unus Med. *truncis*, quod Gronovio placebat ; pauci *signis :* Heins.

NOTÆ

præscriptos fines decideret.

181 *Artem*] Quia ad scopum, utcumque in altum et in gyrum actus, discus pervenit.

183 *Tænarides*] Hyacinthus Lacon, a Tænaro Laconiæ promontorio sic dictus.

186 *Deus*] Apollo, qui mactatum puerum vidit.

Sic vultus moriens jacet; et defecta vigore
Ipsa sibi est oneri cervix; humeroque recumbit. 195
Laberis, Œbalide, prima fraudate juventa,
Phœbus ait: videoque tuum, mea crimina, vulnus.
Tu dolor es, facinusque meum. Mea dextera leto
Inscribenda tuo est. Ego sum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? nisi si lusisse, vocari 200
Culpa potest: nisi culpa potest, et amasse, vocari.
Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret
Reddere! sed quoniam fatali lege tenemur;
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.
Te lyra, pulsa manu, te carmina nostra sonabunt: 205
Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros.
Tempus et illud erit, quo se fortissimus heros
Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.

cervix destituta viribus ipsa est sibi oneri, et recidit in humerum. Cadis, Œbalide, private prima juventute, inquit Apollo, atque intueor tuam plagam meum crimen. Tu es dolor et flagitium meum: mea manus est insimulanda de morte tua: ego sum tibi causa obitus. Quod tamen est meum flagitium? nisi si potest dici flagitium lusisse; nisi si etiam potest dici flagitium dilexisse. Atque utinam concessum esset reddere vitam pro te, vel tecum! sed quoniam obstringimur lege fatali, semper eris mecum, atque manebis in ore non oblivioso. Lyra tacta manu, versus nostri te laudabunt; et flos novus repræsentabis scripto nostros gemitus. Tempus etiam erit, quo heros strenuissimus se adjiciat in hunc florem, et legatur eodem folio. Dum

conj. *virgis hær. longis.*—194 Unus, *Sic vultum;* alius, *vultu:* Heins. conj. *vultu moriente,* aut, *vultus moriens flaccet* (quod proprium huic rei verb.) aut *marcet,* et tum supra pro *marcida* esse reponendum *flaccida.*—198 Berolin. *Tu pudor es.*—201 Heidelb. *et adamasse;* unde Boihius *nis. culp. pot. adamasse voc.*—202 Berolin. *tecumque.*—203 Vulg. *quod* pro *sed.* Tunc vett. quidam *leg. vetamur,* vel *vetatur; tenetur* etiam alii.—207 O. Voss. et quidam alii *fortiss. Ajax.*

NOTÆ

196 *Œbalide*] Hyacinthum compellat, cui ab Œbalia Laconiæ urbe nomen illud patronymica forma, cum Œbalium dicere debuisset, licentia poëtica assignavit.

199 *Inscribenda*] Ut mortis causa habeatur.

206 *Flosque*] Videtur namque syllaba *ai,* seu interjectio gemitum significans, in hyacintho flore quodammodo inscripta: quæ res fabulæ duplici de Hyacintho, itemque Ajace, de quo in XIII. ansam præbuit. Testatur autem Lazarus Bonamicus Italus, ad Virgilii Georgica, se, qualem describunt poëtæ, Venetiis Alexandria allatum hyacinthum vidisse: ut frustra ejusmodi inveniri florem alii negaverint.

207 *Heros*] Ajacem dicit Telamonium, cujus nomen duabus prioribus literis *ai* intelligitur.

Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
Ecce cruor, qui fusus humi signaverat herbam, 210
Desinit esse cruor: Tyrioque nitentior ostro
Flos oritur; formamque capit, quam lilia: si non
Purpureus color huic, argenteus esset in illis.
Non satis hoc Phœbo est, (is enim fuit auctor honoris,)
Ipse suos gemitus foliis inscribit: et ai ai 215
Flos habet inscriptum: funestaque litera ducta est.
Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque
Durat in hoc ævi, celebrandaque more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Fab. VI. Cypri incolæ in Boves.

Amathus oppidum in insula Cypro, cujus incolæ, obtrita consuetudine humani generis, soliti in ara Jovis, quæ proxima erat Deæ, advenas immolare. Quorum crudelitate Venus offensa, ne relinquere sedes suas cogeretur, in boves eos vertit, qui a magnitudine cornuum Cerastæ apud Salaminios sunt nominati.

At si forte roges fœcundam Amathunta metalli, 220

talia referuntur ore veridico Apollinis, ecce sanguis, qui sparsus per terram infecerat herbam, cessat esse sanguis; et flos splendidior purpura Tyria nascitur, atque induit formam quam lilia; nisi color esset purpureus huic, niveus esset in illis. Non satis est istud Apollini: namque is fuit causa honoris. Ipse inscribit suos gemitus foliis: et flos habet inscriptum ai, ai, et tristis litera exarata est. Neque Sparten pudet tulisse Hyacinthon; et gloria perstat in hoc tempus: atque Hyacinthia annua celebranda ritu veterum recurrunt præcedente pompa.

VI. *At si forte exquiras ab Amathunte metallo abundante, an cupiat produxisse*

—208 Voss. *Abdat in h.*—210 *Humi* ex meliioribus profert Heins. vulg. *humo.* Nonnulli *sign. herbas.*—213 *Huic* pro vulg. *his* ex uno suo et Voss. dedit Heins.—215 Heidelb. *fol. inscripsit.* Monstra lectionum sunt in antiquis libris, *et ya; et ae; et ay; et ia; et aia; et e e; et eæ; et æ æ* pluraque hujus notæ: vulgata scriptura sincera est. *Heins.*—217 *Genuisse* ex vett. Heins. dedit; vulg. *genuisse.*—218 Gron. *hoc ævo;* Voss. Arg. et duo alii *hoc avum:* nihil mutandum censet Burm. Berolin. *in ore* pro *more.*—219 Cant. *Ann. prælatæ...pompæ;* unus Med. *celata...pompa.*—220 *Metalli* pro

NOTÆ

209 *Vero*] Quippe qui Delphis oracula tenebat.

211 *Tyrio*] Id est, pulcherrimo, cujusmodi Tyro Phœniciæ urbe celeberrima olim petebatur.

217 *Sparten*] Quod nomen non modo Hyacinthi patriæ seu urbi Spartæ, sed ejusdem aviæ Lacedæmonis uxori, a Pausania datum.

219 *Hyacinthia*] In Hyacinthi ho-

An genuisse velit Propœtidas, abnuat æque,
Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu
Frons erat; unde etiam nomen traxere Cerastæ.
Ante fores horum stabat Jovis Hospitis ara,
Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam 225
Advena vidisset; mactatos crederet illic
Lactentes vitulos, Amathusiacasve bidentes:
Hospes erat cæsus. Sacris offensa nefandis,
Ipsa suas urbes, Ophiusiaque arva parabat
Deserere alma Venus. Sed quid loca grata, quid urbes 230
Peccavere meæ? quod crimen, dixit, in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pendat,
Vel nece; vel si quid medium mortisque fugæque.
Idque quid esse potest, nisi versæ pœna figuræ?

Propœtidas, perinde neget, atque illos, quibus olim frons erat scabra duplici cornu, unde etiam nomen habuerunt Cerastæ. Altare Jovis hospitalis erat ante horum ostia, triste flagitiis: quod si quis peregrinus vidisset infectum cruore, arbitraretur vitulos lactentes, vel oves Amathusiacas illic cæsas: advena erat jugulatus. Ipsa alma Venus læsa sacris horrendis volebat destituere campos Ophiusios et suas urbes. Verum, ait, quid loca dilecta, quid urbes meæ deliquerunt? quod vitium in illis? Gens scelesta exsolvat potius pœnas exilio, vel morte, vel si quid medium mortis et exilii. Atque id quid potest esse, nisi pœna mutatæ formæ? Dum incerta est,

vulg. *metallis* ex uno Gron. Heins. recepit.—221 Vulg. *Prop. annuat:* Heins. corr. *abnuat:* certe *abnuit* in multis vett. quatuor cum pr. R. *abnuet.*—222 Heidelb. *ill. geminos.*—225 Mss. *Inlugubris* vel *Illugubris;* et *celeris, celeri, sceleris, sceleri:* Heins. emend. *Ilicibus celebris,* vel *In luco obscuro,* vel *Ilice sub veteri;* Schepperus *Cædibus illustris;* Burm. *Lugubris Veneri:* quorum omnium Emendd. displicent Bothio, qui vult *Illecebra,* vel *Illecebræ sceleris;* recte enim sic vocari aram istam Jovis Hospitis, qua in necem advenæ illiciebantur.—227 Unus Leid. *Amathusiadesve;* unde Heins. *Amathusiadusve:* Heidelb. *Amathusiasve.*—229 Pro *urbes* Burm. mallet *ædes.*—231 Heidelb. et Berolin. *quod, dixit, crim.*—232 Berolin. *imp. pendet.*

NOTÆ

norem quotannis celebrata.

220 *Amathunta*] Cypri urbem, ærifodinis cum tota insula claram.

221 *Propœtidas*] Vide infra vs. 238.

223 *Cerastæ*] *Cerastis* dicta est olim insula Cyprus ob multa κέρατα seu promontoria: ex quo forte datus locus fabulæ. Quanquam alii ex incolarum feritate, vel etiam ex tumoribus, quos illi in capite cornuum vice gerebant, tractam crediderunt.

224 *Jovis*] Qui hospitibus, quos in tutela habet, jura dare creditus: unde et Hospitalis dictus.

229 *Ophiusia*] Cypria intelligit, ut patet; quanquam ratio hujus appellationis, neque apud geographos, neque apud interpretes uspiam apparet, quod sciam.

232 *Gens impia*] Cerastæ.

Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum 235
Flexit, et admonita est hæc illis posse relinqui;
Grandiaque in torvos transformat membra juvencos.

Fab. VII. Propœtides in Lapides.

Propœtides, filiæ Amathunteæ, aspernatæ Venerem, primæ in trivio vulgavere corpora. Ob ejusdem Deæ iram, quia pudore induruerant, in lapidem novissime sunt transfiguratæ.

Sunt tamen obscœnæ Venerem Propœtides ausæ
Esse negare Deam: pro quo sua, numinis ira,
Corpora cum forma primæ vulgasse feruntur. 240
Utque pudor cessit, sanguisque induruit oris,
In rigidum parvo silicem discrimine versæ.

quo vultu eos vertat, detorquet faciem ad cornua, atque admonita est hæc posse illis relinqui: et mutat vastos artus in truces juvencos.

VII. *Tamen turpes Propœtides non sunt veritæ inficiari Venerem esse Deam: quamobrem ejus ira dicuntur primæ in propatulo habuisse corpora cum pulchritudine. Postquam autem pudor ejectus est, et sanguis oris diriguit, mutatæ sunt in durum saxum levi discrimine.*

—233 Heidelb. *med. est mort.*—237 Berolin. et Heidelb. *torv. transmutat.*—238 Urbin. *Ven. Propretides;* Med. *Propæidas.*—239 *Quo* Heins. dedit ex pr. V. et aliis; vulg. *qua.*—240 Burm. mallet *cum fama.* Deinde Berolin. *primo.*—241 Nonnulli *sanguis indur.* omisso *que.* Jun. *indur. omnis.*—243 *Crimen* ex melioribus

NOTÆ

237 *Juvencos*] Quia ad aratrum coacti in juvencos mutatos nonnulli voluerunt.

240 *Vulgasse*] Fabulæ locum dedit Cypriarum puellarum turpitudo, quæ, ut Herodotus et Justinus referunt, corporis quæstu dotem comparare solitæ erant. Ex eo autem, quod illæ Veneris ira ad flagitium dicuntur prostitutæ, Deum sui contemtores per libidinem punire, cui illos permittit, licet colligere.

241 *Induruit*] Ut hinc non prius a Deo homines scias destitui, quam in suis criminibus obduruerint.

Fab. VIII. Pygmalionis Statua eburnea in Virginem.

Pygmalion, offensus impudentia vulgari Propœtidum, statuit cœlebs permanere, qui cum signum virginale ex ebore fecisset, captus specie ejus, in vecordem incidit amorem, et tota mente quæsivit a Dea, ut ei signo, cujus amore exarsisset, animam infunderet. Qui ut egressus templo domum pervenit, comperit voto se esse damnatum conjugii. Itaque lætatus arte sua Paphum filium genuit, qui in insula Cypro oppidum sui nominis constituit.

Quas quia Pygmalion ævum per crimen agentes
Viderat, offensus vitiis, quæ plurima menti
Fœmineæ Natura dedit, sine conjuge cœlebs 245
Vivebat: thalamique diu consorte carebat.
Interea niveum mira feliciter arte
Sculpit ebur; formamque dedit, qua fœmina nasci
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.
Virginis est veræ facies; quam vivere credas: 250
Et, si non obstet reverentia, velle moveri.
Ars adeo latet arte sua. Miratur, et haurit
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admovet, an sit
Corpus, an illud ebur: nec ebur tamen esse fatetur. 255

VIII. *Quas quia Pygmalion viderat ætatem transigentes per crimen, deterritus vitiis, quæ natura indidit plurima ingenio muliebri, vivebat cœlebs sine uxore, atque diu carebat socia thalami. Interea sculpit feliciter ebur candidum mira arte, atque addidit speciem, qua nulla puella potest nasci; et tactus est amore sui operis. Vultus est veræ puellæ, quam arbitreris vivere, et nisi prohibeat modestia, velle moveri: usque adeo ars celatur arte sua. Pygmalion miratur, et pectore concipit ardores corporis ficti. Sæpe admovet operi manus explorantes an illud sit corpus an ebur: neque tamen agnoscit esse ebur. Offert suavia, et credit reponi:*

recepit Heins. vulg. *crimina.*—244 Unus Med. *plur. sorti.*—245 Unus Heins. *conj. felix.*—246 Bas. unus *thalamoque.*—248 Vulg. *Sculpsit eb.* Fl. *Scalpsit: Sculpit* est ex pr. A. sec. Med. et duobus aliis.—249 Unus Heins. *sui præcepit.*—250 *Veræ* est ex Heins. emend. vulg. *vere.*—251 Pr. Gron. et duo alii *posse* pro *velle.*—253 Jun. *Pygm. simulatæ conjugis ign.* Duo *simulati pectoris.* Unus etiam *ignem.*—255 Vulg. *nec adhuc ebur ess.* nos-

NOTÆ

251 *Si non obstet*] Argute profecto et ad hujus simulacri statuendam elegantiam apposite, quod non natura, sed pudore immotum facit.

253 *Simulati*] Ad virginis similitudinem sculpti.

Oscula dat, reddique putat: loquiturque, tenetque:
Et credit tactis digitos insidere membris:
Et metuit, pressos veniat ne livor in artus.
Et modo blanditias adhibet: modo grata puellis
Munera fert illi conchas, teretesque lapillos, 260
Et parvas volucres, et flores mille colorum,
Liliaque, pictasque pilas, et ab arbore lapsas
Heliadum lacrymas. Ornat quoque vestibus artus:
Dat digitis gemmas; longoque monilia collo.
Aure leves baccæ, redimicula pectore pendent. 265
Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.
Collocat hanc stratis, concha Sidonide tinctis:
Appellatque tori sociam: acclinataque colla
Mollibus in plumis, tanquam sensura, reponit.
Festa dies Veneri, tota celeberrima Cypro, 270
Venerat: et pandis inductæ cornibus aurum

et affatur, et tangit; et putat digitos infigi artubus tactis, et timet ne livor succedat in membra pressa. Et nunc blanditiis utitur, nunc illi porrigit conchas, et lapillos expolitos, dona accepta puellis, itemque aviculas, et flores mille colorum, et lilia, et pilas pictas, et lacrymas lapsas ab arbore Heliadum. Decorat quoque membra vestibus; inscrit gemmas articulis, aptat amplos torques collo. Expolitæ margaritæ pendent ex auribus, redimicula ex pectore. Omnia sunt decori, neque minus pulchra videtur nuda. Hanc componit in stratis infectis concha Sidonia; et vocat consortem lecti, atque collocat collum demissum, tanquam sensurum, in mollibus plumis. Dies Veneri sacra, celeberrima tota Cypro, aderat: et vaccæ candido collo,

tra lect. est ex pr. Gron. quam Heins. protulit.—262 Vulg. *Lilia perpictasque pilas: Liliaque pictasque pilas* Cant. Urbin. Thuan. pr. Erfurt. pr. et sec. Pal. et alii multi: nec pauciores, *Liliaque et pictasque:* Zulichem. *Liliaque et pictas violas: tabulas* unus Pal. *Liliaque pictasque* etiam Gifan. Indic. Lucr. pag. 462. Heinsius etiam conjecerat, *lilia fert pictasque pilas.*—263 Berolin. *vest. aptis.*—264 Edd. vulg. *dat longa monilia collo:* duo *grata monilia:* O. *larga:* Arund. *lata:* In sec. Med. et duobus aliis est, *longoque monilia collo:* quod placet Burm. quia *longum collum* elegantibus formarum spectatoribus probatur.—267 Med. et Bas. *Sidon. pictis.*—268 Jun. et quatuor alii *inclinataq. coll.*—270 Pr. Strozzæ *Veneri;* ceteri *Veneris.*—271 Vulg. *et blandis indutæ corn.* Gronovius suadebat *pandis.* Plerique vett. *inductæ.* Unus Heins. et unus Bas. et pr. Erfurt. *auratis cornua vittis,* vel *sertis.*—

NOTÆ

263 *Heliadum lacrymas*] Succina, quæ e populis, in quas Phaëthontis sorores mutatæ, defluere dicuntur: quanquam pinei generis esse arbores ex quibus succinum manat, Plinius, hodierni etiam medici attestantur.

267 *Concha*] Purpura Sidonia, seu Tyria, quam laudatissimam Tyro seu Sidone peti jam toties diximus.

Conciderant ictæ nivea cervice juvencæ;
Thuraque fumabant: cum munere functus ad aras
Constitit; et timide, Si Di dare cuncta potestis;
Sit conjux opto, (non ausus, eburnea virgo, 275
Dicere Pygmalion,) similis mea, dixit, eburneæ.
Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint: et, amici numinis omen,
Flamma ter accensa est, apicemque per aëra duxit.
Ut rediit; simulacra suæ petit ille puellæ: 280
Incumbensque toro dedit oscula. Visa tepere est.
Admovet os iterum: manibus quoque pectora tentat.
Tentatum mollescit ebur: positoque rigore
Subsidit digitis, ceditque; ut Hymettia sole
Cera remollescit, tractataque pollice multas 285
Flectitur in facies, ipsoque fit utilis usu.
Dum stupet; et timide gaudet; fallique veretur;
Rursus amans, rursusque manu sua vota retractat.

habentes cornua varia circumdata auro, percussæ procubuerant; et thura fumabant: cum donis exhibitis constitit Pygmalion *ad altaria, atque pavide, Si Dii potestis omnia præbere, cupio sit uxor mea, non ausus est dicere puella eburnea, dixit, similis eburneæ. Cum Venus splendida adesset suis sacris, cognovit quid illa vota significent; atque in præsagium benevoli numinis flamma ter emicuit, et impulit apicem per aërem. Postquam ille rediit, adit effigiem suæ virginis: atque devolutus in lectum obtulit suavia. Visa est tepere. Denuo os admovet; explorat etiam pectus manibus; ebur exploratum mollescit, atque omissa duritie flectitur et cedit digitis; sicut cera Hymettia remollescit sole, atque ficta pollice ducitur in multas figuras, et fit ductilis ipso usu. Dum hæret et cunctanter lætatur, et timet decipi, rursus amans, rursus retentat manu sua desideria. Erat corpus; venæ exploratæ pollice*

272 Med. R. et Thuan. *Concid. pictæ niv.* Bonon. *ict. rauca.*—273 Gron. et unus Med. cum aliis *quo mun.* Cant. et alii *ad aram.*—276 Vulg. *dix. eburnæ: eburneæ* est ex O. pr. Erfurt. et aliis.—277 Pr. Gron. *aur. templis;* Genev. *sacris.*—278 Voss. et Ms. Bersm. et alii *am. muneris.*—280 Quinque libri *ille figuræ.*—284 *Subsidit* Heins. dedit ex uno Med. nec *Ceditque* displicet: vulg. *Subsedit.*—285 Plurimi vett. *rem. multas quæ pollice tracta.* Pro *multas* Berolin. *cunctas.*—286 *Flectitur* ex melioribus dedit Heins. pro vulg. *Vertitur.*—287 *Timide* ex Arund. et tribus aliis placet Heins. vulg. *dubio:* quidam *medio* vel *modico:* Ms. Bersm. *medium.*—288 Pal. et quatuor alii *vot. retentat.*

NOTÆ

284 *Hymettia*] Ab Hymetto, Atticæ monte, optimi et laudatissimi mellis fertilissimo, dicta cera *Hymettia.*

285 *Remollescit*] Non hæc una fuit eburnea seu marmorea puella, quæ obsequio et assiduis precibus emollita.

Corpus erat: saliunt tentatæ pollice venæ.
Tum vero Paphius plenissima concipit heros 290
Verba, quibus Veneri grates agat: oraque tandem
Ore suo non falsa premit: dataque oscula virgo
Sensit; et erubuit: timidumque ad lumina lumen
Attollens; pariter cum cœlo vidit amantem.
Conjugio, quod fecit, adest Dea. Jamque coactis 295
Cornibus in plenum novies lunaribus orbem,
Illa Paphon genuit: de quo tenet insula nomen.

Fab. IX. Myrrha in Arborem sui nominis.

Myrrha, Cinyræ et Cenchreidis filia, iracundia Veneris, quod sibi mater ejus præferretur, patrem impio amore dilexit: nec viam potiendi inveniens, cogitur suspendium experiri. Cujus nutrix intra cubile gementis excepit vocem: et signis cognitis nefariæ mortis, dum diligentius scrutatur, causam poscit. Consolata ergo puellam, ei pollicetur, se effecturam, ut parenti sine ulla infamia jungatur: cujus illa orationem in promissum tempus differt. At anus die solenni Cereris, quo mater ejus operata a viro secubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram; prædicans forma ejus impulsam sibi se credidisse: qui data cupiditate lumen inferri jussit, ut speciem ejus notam haberet: cognitusque filiæ pater stuprator, coactus est pudore ferro stricto eam insequi. Quæ duplici metu territa in sylvam profugit: ibique misericordia ejusdem Deæ in arborem, quæ ejus nomen indicaret, mutata est.

Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset,

micant. Tum vero heros Paphius comprehendit voces perfectissimas, quibus gratias agat Veneri; et denique urget ora non ficta ore suo: atque puella sensit suavia oblata, et erubuit; et erigens oculos timidos versus ostium spectavit simul amantem cum cœlo. Dea adest connubio, quod paravit; atque illa, cornibus lunaribus jam novies coactis in plenum orbem, peperit Paphon, de quo insula habet nomen.

IX. *Ille est hac genitus, qui, si fuisset sine prole, Cinyras potuisset reponi inter*

—290 Bothius mallet *Paph. planissima.*—291 Unus Heins. *Vota* pro *Verba*, quod Burm. non displicet: Bothius vero cum sup. *planissima* retinendum putat.—291 Castigatiores, teste Heins. *agat;* vulg. *agit.*—293 Unus Mor. et unus Bonon. *ad limina.*—296 Heidelb. a man. pr. et Berolin. *Corn. implevit nov.*—297 *Paphon* vett. plerique; alii *Paphum.*—298 Vulg. *Ed. et ill.* Glarean.

NOTÆ

290 *Paphius*] Pygmalion scilicet, quanquam per prolepsim ita appellatur; siquidem a Papho filio Paphus urbs Cypri deinde ædificata.

Inter felices Cinyras potuisset haberi.
Dira canam. Natæ, procul hinc, procul este, parentes: 300
Aut, mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
Desit in hac mihi parte fides; nec credite factum:
Vel, si credetis, facti quoque credite pœnam.
Si tamen admissum sinit hoc Natura videri;
Gentibus Ismariis, et nostro gratulor orbi; 305
Gratulor huic terræ, quod abest regionibus illis,
Quæ tantum genuere nefas. Sit dives amomo,
Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno
Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus;
Dum ferat et Myrrham. Tanti nova non fuit arbos. 310
Ipse negat nocuisse tibi sua tela Cupido,

beatos. Horrenda referam. Filiæ, hinc longe state, longe este, *parentes: vel, si mei versus tangant vestros animos, ne mihi credite in hac parte, neque fidem habete facto: vel si fidem habeatis, credite etiam pœnam facti. Si tamen Natura patitur hoc videri patratum, gratulor populis Thracibus et nostris oris, gratulor huic terræ, quod distat ab illis regionibus quæ protulerunt tantum monstrum. Terra Panchaia sit opulenta amomo, et producat Cinnama, et costum suam, et thura stillata ex ligno, et flores alios, modo protrudat etiam Myrrham: nova arbor non fuit tanti. Ipse Amor diffitetur sua spicula tibi obfuisse, Myrrha; atque immunes præstat suas*

atque; Mycillus *hinc* vel *ex;* Heins. *hoc: hac* legebat Boccatius.—300 Vulg. *procul hinc natæ: natæ procul hinc, procul este parentes* est ex Cant. Med. et duobus aliis: duo etiam libri *procul este sorores.*—301 *At mea* plurimi scripti.—302 *Ne cred.* octo libri. Cant. *factis;* Heinsius malebat, *facto,* ut seq. vs. *facti.*—305 Aberat hic versus a Flor. S. Marci. probante Burm.—306 Unus A. *huic orbi;* 'venuste' inquit Burm. 'si prior vs. deleatur.'—308 Alii *costamque suam:* in duobus V. Briant. et Cælest. *Costumq. suum. Suam* ex Urbin. pr. V. O. et sex aliis, cum nonnullis Edd.—309 Bas. et tres alii *flor. varios;* alii *floresq. suos.* Nonnulli etiam scribunt *Panchaiaca.* Petitus, Comment. in leges Att. p. 248. corrigit. *Thura ferat (floresque alios) Panchaica, tellus Dum, &c.* Sed incommode, monente Burm. inter *thura* et *Panchaia* interjiceretur, *floresque alios.*—310 Berolin *Conferat et Myrr.* Heidelb.

NOTÆ

305 *Ismariis*] Thraciis, ab Ismaro Thraciæ monte: qua quidem ex regione oriundum Orpheum supra vidimus.

306 *Abest*] Quantum enim Thracia, a Cypro, Arabia deinde, quo confugit Myrrha, dissita est?

307 *Amomo*] Qui frutex est exoticus laudatissimi odoris.

308 *Costum*] Frutex est etiam gratissimi odoris.

309 *Panchaia*] Arabiæ est Felicis pars felicissima, non procul a Sinus Arabici ostio.

310 *Tanti*] Ut per nefandam libidinem in eam arborem Myrrha mutaretur.

Myrrha; facesque suas a crimine vindicat isto.
Stipite te Stygio, tumidisque afflavit Echidnis,
E tribus una Soror. Scelus est odisse parentem:
Hic amor est odio majus scelus. Undique lecti 315
Te cupiunt proceres; totoque Oriente juventus
Ad thalami certamen adest. Ex omnibus unum
Elige, Myrrha, tibi; dum ne sit in omnibus unus.
Illa quidem sentit; fœdoque repugnat amori:
Et secum, Quo mente feror? quid molior? inquit. 320
Di, precor, et Pietas, sacrataque jura parentum,
Hoc prohibete nefas: scelerique resistite tanto;
Si tamen hoc scelus est. Sed enim damnare negatur
Hanc Venerem pietas: coëuntque animalia nullo
Cetera delectu. Nec habetur turpe juvencæ 325
Ferre patrem tergo: fit equo sua filia conjux;
Quasque creavit, init pecudes, caper: ipsaque, cujus
Semine concepta est, ex illo concipit ales.

tædas ab isto scelere. Altera ex tribus Sororibus tetigit te torre Stygio et viperis turgidis. Nefas est odio habere patrem: hic amor est majus flagitium odio. Dynastæ undique lecti te optant; atque juventus concurrit ad pugnam pro tuo thalamo ex toto Oriente. Dispice unum tibi ex omnibus, Myrrha; modo ne sit unus inter omnes. Illa quidem cognoscit, atque resistit turpi amori; atque apud se, inquit, Quorsum abeo votis? quid conor? Dii, oro, atque Pietas, et jura sacra parentum, avertite hoc nefas. Verum enim Pietas dicitur minime improbare hunc Amorem; aliaque omnia animantia junguntur nullo discrimine: neque videtur fœdum junici sustinere patrem tergo; sua filia fit uxor equo; atque caper insilit in pecora quæ genuit; et volucris concipit ex illo cujus semine creata est. Beati qui-

fuit arbor.—312 Unus Bas. *ab crim.*—313 Jun. et Ms. Bersm. *Stip. de Styg.* R. et Jun. *tumidis affl.* omisso *que;* ut sit, tumidis de stipite Echidnis.—316 Caspar. Hoffman. Var. Lect. III. 4. corr. *totoque Oronte;* i. e. Syriæ parte, quam Orontes irrigat.—318 *Tibi* N. et sec. Med. alii *virum.* Deinde affertur corrupta lectio, *dum non sit ex omn.* ubi Constant. Fanens. delet τὸ *sit:* Mycillus legit *dum non sit in omn.* Emend. Constant. Fanens. non displicet. Heins. si legatur, *Elige Myrrha virum, dum non ex omnibus, unum:* Leid. *dum desit in o. unus.*—319 Bas. unus *fœdoq. resistit am.*—322 Berolin. *resist. nostro.*—324 Quidam vett. *coëunt anim.* omisso *que.*—325 Olim editi *Cet. delicto:* Heins. recepit *delectu* ex fragm. Cæsenat. cui neque displicet *dilectu* cum Fl. S. Marci: fragm. Boxhorn. *deletu;* unus Pal. et unus Voss. *dilecto.*—328 Sixii

NOTÆ

313 *Stipite*] Face infernali.

Echidnis] Viperis, quibus Furiæ caput præsertim habent horridum.

314 *Soror*] Tisiphone, Alecto, seu Megæra.

318 *Unus*] Pater, scilicet.

325 *Juvencæ*] Usque adeo omnem exuisse rationem vides, quisquis ob-

Felices, quibus ista licent! humana malignas
Cura dedit leges: et quod Natura remittit, 330
Invida jura negant. Gentes tamen esse feruntur,
In quibus et nato genitrix, et nata parenti
Jungitur; et pietas geminato crescit amore.
Me miseram, quod non nasci mihi contigit illic,
Fortunaque loci lædor! Quid in ista revolvor? 335
Spes interdictæ, discedite. Dignus amari
Ille, sed ut pater, est. Ergo si filia magni
Non essem Cinyræ; Cinyræ concumbere possem.
Nunc quia tam meus est, non est meus; ipsaque damno
Est mihi proximitas. Aliena potentior essem. 340
Ire libet procul hinc, patriosque relinquere fines,
Dum scelus effugiam. Retinet malus error amantem;
Ut præsens spectem Cinyran, tangamque, loquarque,
Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.
Ultra autem sperare aliquid potes, impia virgo? 345

bus ista sunt concessa! Solicitudo humana invexit leges perversas: et jura livida recusant quod natura concedit. Dicuntur tamen esse nationes inter quas et mater rem habet cum filio, et filia cum patre; atque pietas augetur duplici amore. Me infelicem, quod mihi non obvenit illic gigni, atque male mihi est sorte loci! Quamobrem ea cogito? Spes prohibitæ, procul abite. Ille est dignus diligi, sed tanquam genitor. Adeoque nisi essem nata magni Cinyræ, possem jungi cum Cinyra. Nunc quia tam ad me spectat, ad me non spectat: atque ipsa propinquitas est mihi dispendio. Essem validior si essem aliena. Fert animus hinc longe discedere, atque deserere fines patrios, donec vitem nefas. Prava vesania retinet amantem, ut astans videam Cinyram, et tangam, et colloquar, et adhibeam suavia, si nihil præterea permittitur. Potes autem sperare aliquid aliud, puella scelesta? Neque

Cod. *Germine conc.* Berolin. *ex ipso:* N. pr. et tert. Med. et alii *illa.*—333 Plurimi vett. *et...crescit;* vulg. *ut...crescat:* Cod. a Mariang. Accurs. citatus *piet. gemino concrescat amore.*—339 Langerman. *tam;* et ita Heins. correxerat; vulg. *jam.*—341 Cod. Naugerii cum Bonon. *patriosque;* ceteri *patriæque.* —342 Alii *malus ardor:* Heins. corr. *error* ex Codd. Ex quibusdam etiam mallet *euntem* pro *amantem.*—345 Mor. Med. et octo alii *aut. spectare;* Vivian.

NOTÆ

scœnis amoribus indulget, ut nequidem brutorum naturam induere sibi turpe reputet.

331 *Gentes*] In quibus Troglodytæ, Æthiopiæ gens fera, ad sinum Arabicum.

339 *Meus*] Pater nempe.

Meus] Conjux, scilicet.

Nec, quot confundas et jura et nomina, sentis?
Tunc eris et matris pellex, et adultera patris?
Tunc soror nati, genitrixque vocabere fratris?
Nec metues atro crinitas angue Sorores,
Quas, facibus sævis oculos atque ora petentes, 350
Noxia corda vident? At tu, dum corpore non es
Passa, nefas animo ne concipe: neve potentis
Concubitu vetito Naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipsa vetat. Pius ille, memorque
Juris: et o vellem similis furor esset in illo! 355
Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum,
Quid faciat, dubitare facit, scitatur ab ipsa,
Nominibus dictis, cujus velit esse mariti.

sentis quot perturbes jura et nomina? Tunc eris et pellex genitricis, et adultera patris? Tunc soror filii, atque diceris mater fratris? Neque reformidabis Sorores comatas nigris serpentibus, quas pectora conscia videnl irruentes in oculos atque vultus tædis feralibus? At tu dum non admisisti scelus corpore, ne admitte animo; neve fœda jura Naturæ invictæ coitu prohibito. Pone te *cupere: res ipsa prohibet. Ille sanctus, et servantissimus æqui: et o cuperem par esset vesania in illo! Absolverat: at Cinyras, quem magnus numerus procorum cogit ambigere quid agat, exquirit ab ipsa, prolutis nominibus, cujus viri optet esse. Illa primo tacet, atque*

peccare.—346 *Nec quot* est ex emend. Constant. Fanens. vulg. *Et quod;* unus Med. *aut*, Leid. *num quod.* Bothius putabat Nasonem reliquisse, *Ecquid confundens et jura et adultera sentis?*—347 Unus Med. *matri pell.* et tunc legendum esset *adult. patri;* et vs. seq. *nato*, et *fratri.*—348 Berolin. *Tunc.*—349 In quibusdam *Nec metuens sacro crin.* Burm. legeret potius *metuas* cum Jun. et Sprotii Cod.—350 Jun. *Quam* pro *quas*, ut sit exclamatio, quam sævis: Thuan. *Quæ.*—352 Vulg. *neve parentis:* Burm. censet huic loco conveniens magis esse *patentis* legere.—354 Bas. et Jun. *ips. negat.* Berolin. *pius ipse memorque est.* Plurimi etiam alii *memorq. est.*—355 Nonnulli *Moris* pro *juris.* Berol. *More suo vell.* quod Bothius putat pro *Moris: io vell.* Jun. *et hoc vell.* Heins. malnit *et ut vell.* aut *ut o vell.*—356 O. et unus Heins. *cop. magna.*—

NOTÆ

346 *Confundas*] Seipsa vero optime per hoc vocabulum increpat. Enimvero per distinctionem cuique rei sua natura constat; singula etiam Deus per distinctionem creavit: quod maxime ignaris et brutis hominibus, cujusmodi terra hodie est obruta, præsertim foret inculcandum.

349 *Sorores*] Furias; de quibus non multo ante; quas scelerum ultrices vere ex Cicerone cognosces. 'Nolite,' inquit ille, pro Roscio Amerino, 'putare, quemadmodum in fabulis videtis, eos, qui aliquid impie sceleratequc commiserint, agitari et perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, et suus terror maxime vexat: suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit,' &c.

354 *Velle*] Te supple, non patrem.

Illa silet primo : patriisque in vultibus hærens,
Æstuat : et tepido suffundit lumina rore. 360
Virginei Cinyras hæc credens esse timoris,
Flere vetat, siccatque genas ; atque oscula jungit.
Myrrha datis nimium gaudet : consultaque, qualem
Optet habere virum ; Similem tibi, dixit. At ille
Non intellectam vocem collaudat ; et, Esto 365
Tam pia semper, ait. Pietatis nomine dicto
Demisit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.
Noctis erat medium, curasque et corpora somnus
Solverat. At virgo Cinyreia pervigil igni
Carpitur indomito ; furiosaque vota retractat. 370
Et modo desperat ; modo vult tentare : pudetque,
Et cupit ; et, quod agat, non invenit. Utque securi
Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat,
Quo cadat, in dubio est ; omnique a parte timetur :
Sic animus vario labefactus vulnere nutat 375
Huc levis, atque illuc ; momentaque sumit utroque.
Nec modus, aut requies, nisi mors, reperitur amoris.

stupens in facie paterna, ardet, et supplet oculos calido humore. Cinyras putans hæc esse metus puellaris, jubet a lacrymis temperare, et abstergit genas, atque dat suavia. Myrrha effuse lætatur datis ; atque interrogata qualem maritum cupiat habere, Tibi parem, ait. At ille probat verba non intellecta ; atque, inquit, Esto semper tam pia. Puella sibi conscia flagitii depressit faciem ad prolatum nomen pietatis. Nox erat media : atque sopor oppresserat solicitudines et pectora. At puella Cinyreia experrecta æstuat flamma sæva, et revolvit desideria insana. Et modo despondet animo ; modo vult periculum facere : et pudet, et vovet : neque reperit quod incipiat. Atque ut alta pinus vulnerata bipenni, incerta est qua parte ruat, cum ictus ultimus superest ; atque metuitur ab omni latere : ita mens incerta diversis plagis emota, huc atque illuc vacillat, et impellitur utroque. Neque modus aut

359 *Patriisque* cum Arund. et uno Heins. et altero Twisden. vulgo *patrisque*. Gifan. Indic. Lucret. sic legit, *primoque patris in v.* et ita multi scripti.— 361 Unus Ciofani *credens hæc ess.* In quibusdam etiam *pudoris* pro *timoris*.— 364 *Optet* meliores, teste Heins. vulg. *Optat* : Berolin. *Vellet*.—368 Bas. et septem alii *curas et*, omisso *que*. Tunc Gron. *et pectora*.—369 *Igni* ex sec. Pal. pr. Erfurt. Spirens. et quatuor aliis ; vulg. *igne*.—371 Med. et alius *vult captare*.—372 *Quod* Heins. dedit ex Jun. vulg. *quid*.—374 Unus Mor. *et ab omni part.* Alter etiam *minatur*.—376 Quatuor libri *sum. utrimque*.—377

NOTÆ

365 *Non intellectam*] Non eo quidem sensu quo dicebat Myrrha.

Mors placet. Erigitur: laqueoque innectere fauces
Destinat; et, zona summo de poste revincta,
Care vale Cinyra, causamque intellige mortis, 380
Dixit: et aptabat pallenti vincula collo.
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Pervenisse ferunt, limen servantis alumnæ.
Surgit anus, reseratque fores: mortisque paratæ
Instrumenta videns, spatio conclamat eodem, 385
Seque ferit, scinditque sinus, ereptaque collo
Vincula dilaniat. Tum denique flere vacavit;
Tum dare complexus, laqueique requirere causam.
Muta silet virgo, terramque immota tuetur:
Et deprensa dolet tardæ conamina mortis. 390
Instat anus; canosque suos, et inania nudans
Ubera, per cunas alimentaque prima precatur,
Ut sibi committat, quicquid dolet. Illa rogantem
Aversata gemit. Certa est exquirere nutrix:
Nec solam spondere fidem. Dic, inquit, opemque 395
Me sine ferre tibi: non est mea pigra senectus.

requies amoris invenitur nisi obitus. Obitus placet. Exsurgit, atque parat gulam premere laqueo: et cingulo ad supremum postem alligato, Dilecte Cinyra, vale, inquit, atque crede causam esse necis: atque accommodabat laqueum collo pallenti. Aiunt strepitum vocum permeasse ad fideles aures nutricis custodientis fores alumnæ. Exsilit anus, atque aperit januam: et intuens instrumenta necis decretæ, eodem tempore vociferatur, seque plangit, et vestes discerpit, atque frangit laqueos dereptos collo. Tum denique spatium fuit ejulandi, et amplectendi, atque petendi causam suspendii. Puella muta tacet, atque hærens spectat terram, et correpta mæsta est ob conatum seræ necis. Urget vetula; atque detegens capillos suos albos et vacuas mammas, orat per incunabula et prima nutrimenta, ut sibi credat quicquid ægre est. Illa repellens orantem suspirat. Nutrix obfirmata est sciscitari: neque modo promittere fidem. Indica, ait, atque patere me tibi succurrere: mea senectus non

Berolin. *et req.* Heins. malebat *reper. amori.*—380 Unus Med. et Arund. et Berolin. *causam te intell.*—381 Heins. mallet *Dix. ut apt.*—383 Heins. conj. *alumnum* pro *alumnæ.*—384 Unus Med. et quinque alii *mort. parantem;* Gron. et alius Med. *parata:* Bas. *et mortis apertæ.*—386. 387 Jun. *scind. comas.* Berolin. *sinus et vincula tollens Collo dil.* Tunc in quibusdam *fler. vetavit,* vel *paravit.*—392 Berolin. *Pectora* pro *Ubera.* Scheppero non placet τὸ *cunas;* corr. ergo *canos.*—393 Med. Arg. et Thysii *illa precantem:* multi codd. *ro-*

NOTÆ

380 *Cinyra*] Amatorie; nam patris nomen amanti invidiosum.

385 *Instrumenta*] Zonam, scilicet, summo de poste revinctam.

396 *Non est*] Immo incredibile est quantum in promovendis flagitiis va-

Seu furor est; habeo quæ carmine sanet, et herbis.
Sive aliquis nocuit; magico lustrabere ritu.
Sive est ira Deum, sacris placabilis ira.
Quid rear ulterius? certe fortuna domusque 400
Sospes, et in cursu est: vivunt genitrixque, paterque.
Myrrha, patre audito, suspiria duxit ab imo
Pectore. Nec nutrix etiamnum concipit ullum
Mente nefas: aliquemque tamen præsentit amorem.
Propositique tenax, quodcumque sit, orat, ut ipsi 405
Indicet: et gremio lacrymantem tollit anili:
Atque ita complectens infirmis colla lacertis,
Sensimus, inquit; amas; et in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi: nec sentiet unquam
Hoc pater. Exsiluit gremio furibunda, torumque 410
Ore premens, Discede, precor; miseroque pudori
Parce, ait. Instanti, Discede, aut desine, dixit,

est iners. Sive est amor; habeo quæ medeatur carmine et graminibus. Sive aliquis obfuit, purgaberis ritu magico. Sive est ira Deorum, ira est mollienda sacris. Quid amplius conjiciam? Certe fortuna et domus est integra, atque florens: pater et mater vivunt. Myrrha traxit gemitus ab infimo pectore, audito patre: neque nutrix adhuc intelligit animo ullum scelus: nihilominus prævidet aliquem amorem: atque obfirmata mente precatur ut sibi confiteatur quodcumque sit, atque tollit flentem sinu vetulo; et sic complectens collum debilibus brachiis, Advertimus, ait, amore correpta es: et, omitte metum, mea industria tibi erit utilis ad hanc rem: neque parens unquam istud advertet. Vesana sese proripuit ex sinu, et urgens lectum facie, Quæso, inquit, egredere, et ignosce deflendo pudori. Egredere, inquit, cum magis illa urgeret, aut omitte sciscitari quamobrem mihi ægre sit:

ganti, et vs. seq. *Adversata.*—397 *Quæ* multi vetustiores: vulg. *quod.*—398 Langerm. et Arund. *lustrab. cantu*, quod non displicet Burm.—399 *Placabilis ira* Heins. profert ex Fl. S. Marci; alii *placabimus iram.*—400 Heins. malebat *terræ* pro *certe.*—401 Vulg. *Sosp. ab incursu est:* Fl. S. Marci, et N. *Sosp. it incursu:* Heins. nostram lect. suadet.—402 Bas. Mor. et unus Gron. *traxit ab im.*—403 Berolin. *conc. illum*, et a man. sec. *illud.*—405 Pr. Gron. pr. A. et alii *sit*; alii *est.*—407 Berolin. *Atq. ea compl.* Pro *membra* unus Med. *nata*, quod venustum videbatur Heins. quia *natæ* alumnæ vocabantur a nutricibus, et illæ vicissim ab alumnis matres. Recepit vero *colla* e sec. Pal.—408 *An in hoc* quinque libri; *sed in hoc* Med. *sed in hac* Jun. *et in hac* Bonon. *et ad hoc* tres alii; *sed ad hoc* unus: Heinsius volebat, *sed et hic.*

NOTÆ

leant improbæ ejusmodi vetulæ. Illas mittere dicunt dæmonem, quo ire non concedilur.

411 *Ore premens*] Adverte, quæso, quam bene Poëtæ perspecta affectuum indoles.

Quærere quid doleam. Scelus est, quod scire laboras.
Horret anus; tremulasque manus annisque metuque
Tendit: et ante pedes supplex procumbit alumnæ. 415
Et modo blanditur; modo, si non conscia fiat,
Terret: et indicium laquei cœptæque minatur
Mortis: et officium commisso spondet amori.
Extulit illa caput, lacrymisque implevit obortis
Pectora nutricis: conataque sæpe fateri, 420
Sæpe tenet vocem: pudibundaque vestibus ora
Texit: et, O, dixit, felicem conjuge matrem!
Hactenus: et gemuit. Gelidos nutricis in artus,
Ossaque (sensit enim) penetrat tremor: albaque toto
Vertice canities rigidis stetit hirta capillis. 425
Multaque, ut excuteret diros, si posset, amores,
Addidit. At virgo scit se non falsa moneri,
Certa mori tamen est; si non potiatur amato.
Vive, ait hæc; potiere tuo: non ausa, parente,
Dicere, conticuit: promissaque numine firmat. 430
Festa piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa, quibus nivea velatæ corpora veste

quod cupis cognoscere est nefas. Vetula exhorrescit, et tollit manus trementes ætate et timore; et supplex devolvitur ante pedes alumnæ. Et nunc blanditur; nunc metum injicit, nisi fiat conscia, et minatur indicium suspendii et necis tentatæ: atque pollicetur obsequium amori concredito. Illa erexit cervicem, et implevit gremium nutricis lacrymis prorumpentibus; et cum sæpe tentasset confiteri sæpe opprimit vocem; et velavit vultus verecundos amictu: et, O, inquit, beatam matrem marito! Hactenus: et suspiravit. Pavor currit per membra frigida et per ossa nutricis, namque rem *cognovit: et candida coma stetit arrecta toto capite rigidis crinibus. Atque plurima subjecit, ut, si liceret, depelleret nefandos amores. At puella conscia est, se non moneri falsa; tamen constituit mori, nisi potiatur dilecto. Vive, inquit hæc, potieris tuo, verita dicere, patre, obmutuit; et confirmat promissa sacramento. Matres celebrabant solennia illa sacra piæ Cereris: quibus indutæ*

—410 Codd. vetustiores *exiluit* pro vulg. *exiliit*.—413 Quidam *cur dol.* duo *quod*; Burm. conj. *quo*.—414 Med. unus *tremulasque*.—417 Cant. R. et duo alii *captæque*.—418 Nonnulli *at offic.* Duo etiam Codd. *confesso*. Unus R. *commiss. spond. aperto*.—424 V. et quinque alii *sentit en.* Multi etiam *pen. timor*. Dein unus Heins. *torto* pro *toto*.—428 *Amato* dedit Burm. ex fragm. Cæsen. pr. Gron. et duodecim aliis; vulg. *amore*.—430 Pr. Gron. habet *Dicere; jurato promiss. &c.*—432 Burm. mallet cum Genevens. Cod. *velat.*

NOTÆ

427 *Non falsa*] Quippe utile fuisset nefandis amoribus abstinuisse.

432 *Illa*] Nam diversa fuerunt.

Primitias frugum dant, spicea serta, suarum:
Perque novem noctes Venerem, tactusque viriles
In vetitis numerant. Turba Cenchreis in illa 435
Regis abest conjux, arcanaque sacra frequentat.
Ergo legitima vacuus dum conjuge lectus,
Nacta gravem vino Cinyram male sedula nutrix,
Nomine mentito, veros exponit amores:
Et faciem laudat. Quæsitis virginis annis, 440
Par, ait, est Myrrhæ. Quam postquam adducere jussa est,
Utque domum rediit; Gaude mea, dixit, alumna:
Vicimus. Infelix non toto corpore sentit
Lætitiam virgo; præsagaque pectora mœrent.
Sed tamen et gaudet: tanta est discordia mentis. 445
Tempus erat, quo cuncta silent; interque Triones
Flexerat obliquo plaustrum temone Bootes.
Ad facinus venit illa suum. Fugit aurea cœlo

corpus candido amictu offerunt coronas spiceas primitias suarum frugum: atque recensent inter prohibita Venerem et tactus viriles per novem noctes. Cenchreis regis uxor abest per illam turbam, atque celebrat festa secreta. Dum igitur torus vacuus legitima compare, perverse officiosa nutrix nacta Cinyram vino oppressum, indicat veros amores nomine ficto; et prædicat formam. Ætate puellæ ab eo *petita, similis est Myrrhæ, inquit: quam postquam jussa est adducere, atque rediit domum, Lætare, ait, mea alumna: vicimus. Misera puella non sentit gaudium per totum corpus; et pectus ominosum luget. Sed tamen etiam gaudet: tanta est dissentio animi. Tempus erat quo omnia conticescunt; et Bootes verterat currum temone obliquo inter boves. Illa accedit ad flagitium suum. Luna aurea discedit*

tempora vitta.—434 *Viriles* ex melioribus, teste Heins. vulg. *virorum.*—435 *Cenchreis*, vel *Cencreis* habent Fl. S. Marci, Bernegg. Cant. et O. et complures alii; vulg. *Cinyreis;* quidam etiam *Cenereis.* Nonnulli etiam *turbam...in illam.*—436 *Abest* ex quibusdam Codd. Heins. malebat pro vulg. *adest;* alii *abit.*—437 Heidelb. *legitim. est vac.* Berolin. *Legitim. vac. erg...lectus est.*—439 Bas. *Nom. mutato.*—441 Unus Cod. *postq. ducere;* Gron. *advertere.*—443 Quidam *Vincimus.* Tunc O. quart. Med. et quatuor alii *tot. pectore;* quod spernit Heins. quia *pectora* mox sequitur.—445 *Flet tamen* unus Med. Heins. conj. *Flens tamen et gaudet;* vel, *Sic tamen et gaudet.* Sed alterum præstare putat. Sec. Med. et alius *et gaudent.* Heins. etiam malebat *discord. menti.*—

NOTÆ

435 *Cenchreis*] Nomen est uxoris Cinyræ.

436 *Arcana*] Namque tanta in Cereris sacris taciturnitas, ut quidpiam evulgare nefas duceretur.

446 *Triones*] Redi ad lib. II. 171.

447 *Bootes*] De eo etiam lib. II. 176. Mediæ autem noctis tempus hac periphrasi indicatur.

448 *Fugit*] Quia, ne tantum Myr-

Luna: tegunt nigræ latitantia sidera nubes;
Nox caret igne suo. Primos tegis, Icare, vultus; 450
Erigoneque pio sacrata parentis amore.
Ter pedis offensi signo est revocata: ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tamen: et tenebræ minuunt, noxque atra pudorem.
Nutricisque manum læva tenet; altera motu 455
Cæcum iter explorat. Thalami jam limina tangit;
Jamque fores aperit; jam ducitur intus: at illi
Poplite succiduo genua intremuere; fugitque
Et color, et sanguis: animusque relinquit euntem.
Quoque suo propior sceleri, magis horret, et ausi 460
Pœnitet; et vellet non cognita posse reverti.
Cunctantem longæva manu deducit: et alto
Admotam lecto cum traderet, Accipe, dixit;

ex cœlo: nubes atræ condunt astra latitantia; nox caret luce sua. Icare, velas primos vultus; tuque, *Erigone, sacrata pio amore patris. Ter fuit repressa indicio pedis impacti: ter bubo feralis præsagio fuit cantu funereo. Nihilominus abit: et tenebræ atque nox caliginosa minuunt pudorem. Atque tenet manum nutricis sinistra; altera tentat viam obscuram agitatione. Jam tangit ostium cubiculi; jamque aperit januam; jam intro ducitur: at genua illi tremuerunt poplite vacillante; atque color et sanguis evanescit, et animus destituit accedentem. Et quo vicinior flagitio magis timet, et pœnitet incepti, et cuperet posse redire non cognita. Vetula perducit dubitantem manu; et cum daret admotam sublimi lecto, Accipe,*

446 Fl. S. Marci *interq. Trionem.*—450 Alii *primus teg.*—451 In uno Leid. *Erig. suos:* in Berolin. *pio stellificata par.*—453 Thuani Cod. *carm. dixit.*—454 In Menard. Cod. *et tenebris minuit n.* in Berolin. *minuunt tenebræ nox atr.* Heins. conj. *ut tenebr. min.*—455 Cant. et octo alii *alter. tactu.*—456 Berolin. *expl. iter.*—457 Bas. unus *Jamq. seras.*—458 Fragm. Cæsen. *gen. tremuere.*—459 *Relinquit* Heins. dedit cum melioribus; vulg. *reliquit.*—460 Heidelb. *scel. est.* Berolin. *et ausam.*—461 Genevens. *non cognoscenda.*—462 Pro *Cunctant.* sec. Med. *Luctantem.* Nonnulli etiam *man. diduxit.*—464 Vett.

NOTÆ

rhæ scelus videret, inter nubes sese occultavit.

450 *Icare*] Icarius ab aliis dicitur, pater Erigones, qui a pastoribus occisus huic tam asperi doloris fuit causa, ut sibi laqueo mortem consciverit. Ille autem Jovis miseratione in cœlum translatus signum effecit, quem Booten appellamus, Erigone vero Virginem. Nota autem quod pios et castos Poëta elegit, qui tantum nefas Myrrhæ perhorrescerent.

452 *Signo*] Ex ejusmodi enim casibus multa solebant veteres captare augurria.

462 *Longæva*] Nutrix, scilicet.

Ista tua est, Cinyra: devotaque corpora junxit.
Accipit obscœno genitor sua viscera lecto; 465
Virgineosque metus levat; hortaturque timentem.
Forsitan ætatis quoque nomine, Filia, dicat:
Dicat et illa, Pater; sceleri ne nomina desint.
Plena patris thalamis excedit: et impia diro
Semina fert utero; conceptaque crimina portat. 470
Postera nox facinus geminat: nec finis in illa est.
Cum tandem Cinyras, avidus cognoscere amantem
Post tot concubitus, illato lumine vidit
Et scelus, et natam; verbisque dolore retentis,
Pendenti nitidum vagina deripit ensem. 475
Myrrha fugit, tenebris et cæcæ munere noctis
Intercepta neci: latosque vagata per agros,
Palmiferos Arabas, Panchæaque rura relinquit.
Perque novem erravit redeuntis cornua Lunæ;
Cum tandem terra requievit fessa Sabæa. 480

inquit; ista tua est, Cinyra: et junxit corpora execranda. Pater excipit turpi toro sua præcordia, atque minuit timorem puellarem, et animos addit metuenti. Forte et vocet filiam nomine ætatis; atque illa appellet patrem; ne desiderentur nomina flagitio. Gravida ex patre discedit ex cubiculo, et gestat alvo semina nefanda, atque fert flagitia concepta. Nox sequens iterat flagitium: neque est finis in illa. Cum denique Cinyras cupidus cognoscere amantem post tot congressus, admoto lumine spectavit et nefas et filiam: atque sermone represso per dolorem, deripit gladium coruscum vagina pendenti. Myrrha prorumpit, sublata morti tenebris et beneficio caliginosæ noctis; atque errans per vastos campos, præteriit Arabas palmiferos, et agros Panchæos. Atque vagata est per novem cornua Lunæ concurrentis, cum denique lassa requievit in tellure Sabæa: vixque gestabat pondus alvi.

plerique, teste Heins. *corpora;* alii *pectora. Jungit* etiam Voss. Mor. et Menard.—466 Bas. *hort. trementem.*—467 Vulg. *fil. dixit: Dixit:* at *dicat* utroque loco cum castigatioribus.—469 Tert. Bonon. *patr. thalamos.* Dein Menard. Cod. *excessit;* Arund. et septem alii *discedit;* unus Heins. *incedit.*—470 R. et Jun. *conceptaq. crimina.* Burm. conj. *Crimina f. u. conceptaq. semina p.*—471 In Berolin. *est* omiss.—473 Quatuor libri *allato lum.* non probante Burm. *inferre* enim *lumen* propriam phrasim esse.—475 Tres *ragin. liberat;* alii *diripit.*—476 Alii *tenebrisque et.*—477 Vulg. *nec. est;* at hoc omisit Burm. cum uno Mor. Alius Mor. *lat. ululata per.*—478 Nonnulli *rur. reli-*

NOTÆ

464 *Tua*] Ludere, ubicumque licet, verborum sensu multiplici Poëta ingeniosus gestit: quod ex verbis 'Tua,' 'Filia,' 'Pater,' quilibet facile possit cognoscere.

Devota] In incepto suo execranda.

478 *Arabas*] Qui Asiæ sunt populi Cypro insulæ oppositi, apud quos palmarum copia.

Vixque uteri portabat onus. Tum nescia voti,
Atque inter mortisque metus, et tædia vitæ,
Est tales exorsa preces: O si qua patetis
Numina confessis; merui, nec triste recuso
Supplicium. Sed, ne violem vivosque superstes, 485
Mortuaque extinctos, ambobus pellite regnis:
Mutatæque mihi vitamque necemque negate.
Numen confessis aliquod patet. Ultima certe
Vota suos habuere Deos; nam crura loquentis
Terra supervenit; ruptosque obliqua per ungues 490
Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
Ossaque robur agunt: mediaque manente medulla
Sanguis it in succos: in magnos brachia ramos;
In parvos digiti: duratur cortice pellis.
Jamque gravem crescens uterum perstrinxerat arbor; 495
Pectoraque obruerat; collumque operire parabat;

Tum imprudens desiderii, atque inter pavores mortis et tædia vitæ, hujusmodi concepit preces: O si qui Dii estis propitii confitentibus, digna sum atroci supplicio, neque detrecto. Verum ne et offendum vivos vita fruens, et mortua fato functos, excludite utroque regno, atque tollite mihi transformatæ et vitam et mortem. Aliquis Deus favet confessis. Certe novissimæ preces nactæ sunt suos Deos: nam terra inducta est pedibus loquentis, et radix tortuosa, firmitas proceri stipitis, serpit per ungues divisos; et ossa protrudunt lignum, et medulla permanente media sanguis mutatur in humorem, lacerti in vastos ramos, digiti in tenues; cutis induratur cortice. Jamque arbor crescens coarctaverat plenum ventrem, et oppresserat pectus,

quit.—479 Sec. Pal. et alii *err. radiantis corn.*—481 In Berolin. *que* omiss.—483 *Exorsa* profert Heins. ex Arund. et sex aliis Codd. vulg. *complexa.*—486 V. *Mortuave.*—487 V. *Sed mihi*, Bas. *Et mihi mutatæ:* sed in Med. aberat totus vs.—489 Quinque, *plura loquenti:* Leid. et Heidelb. *non plura loquentis*, quod probat Burm. si *loquenti* legas; ita enim 'plura loqui' Nostrum passim dixisse, ut I. 525. II. 658.] et alibi.—492 Menard. *Os quoque r. agit: med.* Thuan. etiam habet *agit.* Dein Arg. et Thysii *media remanente*, et pr. Mor. *manante.*—494 Pro *duratur* pr. Gron. *curvatur:* si voci suæ constaret auctoritas, Heins. legeret *rugatur*, ut 'rugosus cortex' Heroid. v. 28. et Metamorph. VII. 626.—495 Vulg. *præcinxerat:* alii, *præstrinxerat*, aut *constrinxerat;* duo etiam *præstruxerat.*—496 Heins. suadet, *Pectora obsuerat*, i. e. occluserat, opernerat, de quo verb. ipse ad Fast. II. 578. exposuerit. *Obruit* enim *cortice* paulo durius dictum. Burm. dubitat, an *obsuere* hoc sensu Ovid.

NOTÆ

480 *Sabæa*] Quæ Asiæ est regio, ad sinum Arabicum, thuris, myrrhæ, aliorumque odorum fertilis.

481 *Nescia*] Ex ipso patebit: lege modo.

492 *Robur agunt*] Id est, quod in arbore firmum, lignum, scilicet, efficiunt.

Non tulit illa moram: venientique obvia ligno
Subsedit: mersitque suos in cortice vultus.
Quæ, quanquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen: et tepidæ manant ex arbore guttæ. 500
Est honor et lacrymis: stillataque cortice Myrrha
Nomen herile tenent, nullique tacebitur ævo.

Fab. X. Ex connubio Myrrhæ et Cinyræ incesto Adonis.

Ex Myrrhæ et Cinyræ incesto concubitu ob iram Veneris conceptus est infans. Versa enim Myrrha in arborem sui nominis nascitur, quem Adonem cognominant: quem Venus non minus dilexit, quam puella patrem Cinyram dilexerat, beneficio Cupidinis.

At male conceptus sub robore creverat infans;
Quærebatque viam, qua se, genitrice relicta,
Exereret: media gravidus tumet arbore venter. 505
Tendit onus matrem: nec habent sua verba dolores:

atque festinabat obvolvere collum. Illa non est passa retardationem; atque se demisit occurrens ligno succrescenti: et occuluit suam faciem in libro. Quæ tametsi perdidit antiquos sensus cum corpore, nihilominus lacrymatur, et guttæ calidæ exsudant ex arbore. Est quoque laus lacrymis; et Myrrha expressa libro habet nomen Dominæ, neque silentio premetur ulla ætate.

x. *At puer flagitiose concretus auctus erat sub ligno, et quærebat iter, quo prorumperet matre destituta. Plenus uterus turgescit in media arbore. Sarcina inflat matrem; neque dolores habent suas voces: neque Lucina potest appellari verbis*

scribere potuerit. Si quid mutandum, mallet, *induerat.*—499 Duo, *de corpore;* quatuor, *in corpore.*—500 Alii *ex corpore*, vel *cortice;* alii *de corpore* vel *cortice:* unus etiam Gron. *ex cortice gutta.*—501 Quidam *still. corpore*, vel *robore.*—502 *Nullique* ex uno Strozzæ dedit Heins. pro vulg. *nulloque.*—505 In voc. *Exsereret* mire variant codices; unus *Eximeret*, alter *Exiret*, unus *Exueret;* denique *Extraheret* alius.—506 Pro *matrem* N. *ventrem;* sed præcessit *venter.*

NOTÆ

498 *Subsedit*] Moræ impatiens seipsam Myrrha præ dolore sub corticem occultavit: ut hinc quis sit criminis exitus, qualis insuper esse debeat pœnitentia peccatorem destruens, liceat cognoscere.

500 *Flet*] Ad myrrhæ arboris naturam alludit, quæ arbor sponte etiam et illæsa guttas, quas Stactas vocant, pretiosissimamque myrrham emittit. Hanc autem inter dona sua Magi ab Oriente Christo attulerunt; ut pœnitentiæ fructum, non minus forte fratribus nostris quam aliorum virtutem utilem, Deo fragrantissimi odoris esse intelligamus.

506 *Nec habent*] Crescente enim, post pœnitentia immutatam matrem,

Nec Lucina potest parientis voce vocari.
Nitenti tamen est similis; curvataque crebros
Dat gemitus arbor: lacrymisque cadentibus humet.
Constitit ad ramos mitis Lucina dolentes: 510
Admovitque manus: et verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas; et fissa cortice vivum
Reddit onus; vagitque puer: quem mollibus herbis
Naides impositum lacrymis unxere parentis.
Laudaret faciem Livor quoque. Qualia namque 515
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat: sed, ne faciat discrimina cultus,
Aut huic adde leves, aut illis deme pharetras.
Labitur occulte, fallitque volatilis ætas:
Et nihil est annis velocius. Ille sorore 520
Natus avoque suo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus; modo formosissimus infans;
Jam juvenis, jam vir, jam se formosior ipso est:
Jam placet et Veneri, matrisque ulciscitur ignes.

parturientis. Similis est tamen enitenti; et arbor curvata frequenter gemit, et irrigatur lacrymis defluentibus. Lenis Lucina affuit ramis pressis, et adhibuit manus, et pronuntiavit voces fœtum expellentes. Arbor diffinditur, et diviso libro profert sarcinam; atque infans vagit, quem Naiades imbuerunt lacrymis matris, postquam collocassent in molli gramine. Invidia deprædicaret etiam vultus. Nimirum talis erat, qualia corpora nudorum Amorum exhibentur in tabula picta. Sed ne ornatus pariat differentiam, vel adjice huic leves pharetras, aut tolle illis. Anni volucres tacite effluunt nobis non cogitantibus, neque est quicquam illis celerius. Ille ortus sorore atque avo suo, qui nuper abditus arbore, nuper erat in lucem editus, modo puer pulcherrimus, nunc juvenis, nunc vir, nunc pulchrior est seipso, nunc

Arund. *verb. labores.*—507 Duo libri *par. ab ore;* unus *more.* Quidam *voc. rogari,* ut et vs. 3. Hunc vs. Capoferreus putat melius abesse; quem igitur Bothius uncinis cancellavit.—508 Fl. S. Marci pro var. lect. *curv. spissos.* —510 Multi *Luc. dolentis.*—512 *Fissa* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, Bernegg. Cæsen. O. pr. Bas. pr. Erfurt. et Spirens. alii *fisso* vel *fixo:* vulg. autem leg. *scisso.*—516 Quint. Pal. *tab. scribuntur;* unus Heins. *panguntur,* et Fr. *ponuntur.*—517 Unus Leid. *ne faciant.*—518 Berolin. *aut illi.*—519 Leid. et quin-

NOTÆ

Diis caro Adonide, usque adeo resipiscentem non pœnitet indoluisse, ut dolere insuper voluptati reputet.

510 *Lucina*] De ea Junone Lucina, seu Diana, parturientibus opem ferente, jam sæpius egimus.

521 *Ulciscitur*] Quia amanti Veneri doloris plurimi causa fuit.

Ignes] Quos, ut refert Apollodorus, Venus Myrrhæ, a qua contemnebatur, immiserat.

Namque pharetratus dum dat puer oscula matri, 525
Inscius extanti destrinxit arundine pectus.
Læsa manu natum Dea repulit: altius actum
Vulnus erat specie: primoque fefellerat ipsam.
Capta viri forma non jam Cythereia curat
Littora: non alto repetit Paphon æquore cinctam, 530
Piscosamque Gnidon, gravidamve Amathunta metalli.
Abstinet et cœlo: cœlo præfertur Adonis.
Hunc tenet: huic comes est: assuetaque semper in umbra
Indulgere sibi, formamque augere colendo,
Per juga, per sylvas, dumosaque saxa vagatur 535
Nuda genu, vestem ritu succincta Dianæ;

etiam gratus est Veneri, atque vindicat amores genitricis. Namque dum puer pharetratus præbet suavia parenti, imprudens vulneravit ejus *pectus sagitta prominente. Dea vulnerata manu rejecit filium. Plaga erat profundior quam videbatur, atque primo ipsam latuerat. Correpta pulchritudine viri jam contemnit oras Cythereias: non revertitur Paphon circumdatam profundo mari; aut Cnidon piscosam, aut Amathunta abundantem metallo. Relinquit etiam cœlum: Adonis anteponitur cœlo. Hunc tenet, huic est comes: et quæ solita erat semper sibi placere in umbra et otio, atque augere pulchritudinem colendo, errat per cacumina* montium, *per nemora, et rupes sentibus hispidas, nuda genu, atque habens vestes collectas ad modum Dianæ. Atque instigat canes, et*

que alii *volubilis æt.*—523 Sex libri *formos. ipse*, quod Burm. placet.—526 *Destrinxit* ex melioribus profert Heins. vulg. *distrinxit:* Leid. *perstrinxit;* Thuan. *defixit.*—529 Gron. *vir. formam.* Tunc Berolin. *non illa Cytharea.*—531 Alii *gravidamque.* Nonnulli etiam scribunt *Amathonta.* Tunc *metalli* recepit Heins. ex Genevens. pro vulg. *metallis.*—532 Hunc vs. Balbus in Catholicó sic citat *Abstinet, et summo cœlo præsertor Adonis.*—533 Tres *in herba.*—534 Thuan. *Indulg. rosa* pro *rosæ.*—535 Vulg. *sylv. dumos et sax.* sed libri scripti *dumosaque sax.* Bas. et duo alii *clivosaque saxa*, et unus *clir. rura.*—536 In hasce voces *Nuda genu* variant vehementer codd. Quidam *Fine genu;* alii *Fune genu:* N. et sec. Med. *Inde Venus:* Urbinas *Funiculo:* in Norico *Viisque genu;* in altero Erfurt. *Pæne genu.* Heins. olim corrigebat *Crure tenus;* vel, si veterrimorum Codd. vestigiis fideliter insistendum, *Fine genus;* i. e. *genus* in

NOTÆ

525 *Puer*] Amor, Veneris filius.

529 *Cytherein*] Sæpe Cythera insulam juxta Cretam, quo primum Dea ex mari prodiens appulit, Veneri sacram dilectamque vidimus.

531 *Gnidon*] Urbs fuit in Cariæ promontorio, Veneri sacra, quo ad videndum Deæ signum, quod sculpserat Praxiteles, undique olim confluebant.

532 *Cœlo*] Non tam Adonis Myrrhæ filius, quam voluptas ex amore; quæ quidem ex 100. hominibus 99. eo certius in barathrum protraxit, quo magis eos in Paradisum evehere se persuasit.

535 *Per juga*] Immutatis adeoque moribus, se totam Venus amasio tradit: ut ex effectis, qualis sit cordis affectus, liceat cognoscere.

Hortaturque canes; tutæque animalia prædæ,
Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum,
Aut agitat damas: a fortibus abstinet apris;
Raptoresque lupos, armatosque unguibus ursos 540
Vitat, et armenti saturatos cæde leones.
Te quoque, ut hos timeas, (si quid prodesse monendo
Possit,) Adoni, monet. Fortisque fugacibus esto,
Inquit: in audaces non est audacia tuta.
Parce meo, juvenis, temerarius esse periclo: 545
Neve feras, quibus arma dedit Natura, lacesse:
Stet mihi ne magno tua gloria. Non movet ætas,
Nec facies, nec quæ Venerem movere, leones,
Setigerosque sues, oculosque animosque ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri: 550
Impetus est fulvis, et vasta leonibus ira:
Invisumque mihi genus est. Quæ causa, roganti,
Dicam, ait; et veteris monstrum mirabere culpæ.

persequitur animalia securæ prædæ, aut veloces lepores, aut cervum in cornua sublimem, aut damas: recedit a trucibus apris. Effugit lupos rapaces, et ursos instructos unguibus, et leones expletos cæde armenti. Hortatur te etiam, Adoni, ut hos metuas, si quid possit promovere hortando. Atque inquit, Esto acer in timidos: fortitudo non est secura adversus audaces. Noli esse imprudens meo damno, juvenis; neve irrita feras, quibus natura obtulit tela; ne tua laus mihi magno veniat. Neque anni, neque forma, neque ea quæ Venerem demulserunt, tangunt leones, et apros setosos, et oculos et ferocitatem ferarum. Sues asperi gerunt fulmen in obliquis dentibus: est impetus et acris ira fulvis leonibus; atque genus est mihi odiosum. Quamobrem, afferam rationem petenti, inquit; et miraberis prodigium ex antiquo

secundo casu a *genu*. Nostra lectio est ex antiquo Cod. et a Regio probatur.—538 Tres, *parvos lepores:* Heins. malebat, *paridos.*—539 Quidam, *aut*, vel *sed*, vel *et fortibus:* Heins. malebat, *at fort.* quod probat Burm.—541 Med. et Langerm. *saturos e cæde:* Mor. *fœdatos cæd.*—543 *Possit* cum melioribus; vulg. *posset.* Tunc Heidelb. *Adon, monuit.*—544 Heins. conj. *audac. tutum*, ne nimis sit pedester sermo; et comparat, 'Triste lupus stabulis,' et, 'Turpe senex miles.'—547 Gronov. et tres alii *ne damno.*—550 Multi vett. *et aduncis;* Heins. conj. *præaduncis.*—553 Sixii Cod. *Dicta, ait;* unde Heins. *Disce, ait. Mirabere* est ex Thuan. pr. V. pr. Med. pr. Mor. aliisque compluribus; vulg.

NOTÆ

538 *Pronos*] In fugam propensos; quibus etiam natura pedes anteriores finxit breviores.

Celsum] Nam sese elatus cervus in cornua videtur erigere.

550 *Fulmen*] Quia vis fulminea esse videtur, ita obvia quæque dentibus apri proterunt.

Sed labor insolitus jam me lassavit: et ecce
Opportuna sua blanditur populus umbra: 555
Datque torum cespes. Libet hac requiescere tecum,
Et requievit, humo: pressitque et gramen et ipsum.
Inque sinu juvenis posita cervice renidens
Sic ait: ac mediis interserit oscula verbis.

Fab. XI. Hippomenes et Atalanta in Leones.

Atalante, Schœnei filia, cum de conjugio sciscitata esset, et monita, ut nulli jungeretur, quia omnium virginum pernicissima erat, petentibus procis legem proposuit, ejus conjugem futuram, qui se cursu pedum antecessisset, victo autem necem statuit. Quam cum Hippomenes Megarei filius ex progenie Neptuni intenso amore diligeret, nec morem certaminis expavesceret, Venerem in malis habuit auxilio. Nam ex Amaseno agro, qui est in insula Cypro, ei tria mala aurea donavit, ut in cursu projiceret virgini: futurum enim ut cupiditate ejus tardaretur impetus, ea dum peteret. Cujus monitis Hippomenes consecutus victoriam, postea ingratus adversus Deam cognitus est. Itaque impulsu ejusdem Deæ, Matris Deum lucum dum transgrediuntur, quem Echion terræ filius sacraverat, non tenuerunt cupiditatem, quin adversus religionem in sacrato concubuere solo. Quam ob causam a Dea in leones sunt conversi: unde Deum Matri ex illo leones sunt subjecti.

Forsitan audieris aliquam certamine cursus 560
Veloces superasse viros. Non fabula rumor
Ille fuit: superabat enim. Nec dicere posses,
Laude pedum, formæne bono præstantior esset.
Scitanti Deus huic de conjuge, Conjuge, dixit,

scelere ortum. *Verum labor insuetus jam me defatigavit; atque ecce populus idonea invitat sua umbra: et cespes præbet lectum. Placet requiescere tecum in hoc solo; atque requievit: et in herbam atque in ipsum recubuit. Atque festiva demisso capite in gremio juvenis sic ait; ac interponit suavia mediis verbis.*

XI. *Forte audieris quandam* puellam *vicisse viros celeres certamine cursus. Illa fama non fuit fabula; vicit enim. Neque posses cognoscere essetne melior virtute pedum, an laude pulchritudinis. Cum interrogaret Deum de marito; Nihil, inquit,*

---

mirabile. In Berolin. *monstrat miracula.*—558 *Renidens* Heins. profert ex Fl. S. Marci; plerique *reclinis;* Med. et Bas. *reclinans;* unus *reclinat:* duo Pal. et Mor. *recumbens.*—559 Multi *oscul. labris.*—560 *Audieris* scripti et editi meliores; vulg. *audieras.*—561 Heidelb. *Vel. superare.*—562 Unus Heins. *discere possis;* plures alii etiam *possis:* unus Med. *dicere*

Nil opus est, Atalanta, tibi: fuge conjugis usum. 565
Nec tamen effugies: teque ipsa viva carebis.
Territa sorte Dei per opacas innuba sylvas
Vivit: et instantem turbam violenta procorum
Conditione fugat: Nec sum potiunda, nisi, inquit,
Victa prius cursu. Pedibus contendite mecum. 570
Præmia veloci conjux thalamique dabuntur;
Mors pretium tardis. Ea lex certaminis esto.
Illa quidem immitis: sed (tanta potentia formæ est)
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.
Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui: 575
Et, Petitur cuiquam per tanta pericula conjux?
Dixerat: ac nimios juvenum damnarat amores.
Ut faciem, et posito corpus velamine vidit,

tibi opus est marito, Atalanta. Vita usum mariti. Neque tamen vitabis: atque viva carebis te ipsa. Attonita responso Dei, vitam agit cœlibem per obscura nemora; atque sæva repellit importunum numerum procorum lege: Neque, ait, sum obtinenda, nisi ante superata cursu. Certate mecum pedibus. Uxor et thalami exhibebuntur in mercedem celeri; mors erit *præmium lentis: ea sit conditio contentionis. Illa quidem dura: sed, tanta est vis pulchritudinis, caterva imprudens procorum accessit ea lege. Hippomenes sederat spectator cursus iniqui; atque dixerat, Uxor a quoquam expetitur per tanta discrimina? atque arguerat immodicos amores juvenum. Postquam spectavit vultus, et corpus derepto amictu, quale meum,*

promtum est, quod Burm. videtur ex XIII. 10. sumtum.—563 Multi scripti *formane,* vel *formare bona.*—564 Cod. Menard. *Quærenti D.* Voss. *scrutanti.*—566 Unus Mor. *Vix tam.* nonnulli *Non.*—568 Pro *Vivit* unus Med. *Ibat,* quod Latinius putat Burm. Tunc Tanaq. Faber corr. *violente proc.*—569 Alii *sum potienda.*—571 Unus Heins. *thalamusque.*—573 Parenthesim hic adhibuit Const. Fanens. delevit Bothius, comparatque VII. 573.—574 Berolin. *Ven. in h.*—575 Quatuor *Venerat Hipp.* Vivian. *Affuit.*—577 Plurimi

NOTÆ

565 *Atalanta*] Hæc Schœnei fuit filia, quanquam cum alia Jasci ita confuderunt auctores, ut utrius fuerit difficile sit cognoscere.

566 *Te ipsa carebis*] Quia in leænam mutata: cum insuper non admodum sui juris esse videatur quæcumque cum conjuge jungitur.

567 *Sorte Dei*] Apollinis responso.

578 *Ut vidit*] Si itaque per Atalantam voluptatem significari libeat, quanto studio monstrum vitandum sit ex Hippomene cognoscis: ut si eadem puella tibi potius pro virtute habeatur, eadem qua Hippomenes alacritate, non minoribus laboribus, pari divitiarum contemtu, comparandam esse intelligas, si denique in virum fortem evadere cupis. Quamobrem vero ad salutem segnius quam ad exitium quisquam festinaret?

Quale meum, vel quale tuum, si fœmina fias ;
Obstupuit: tollensque manus, Ignoscite, dixit, 580
Quos modo culpavi: nondum mihi præmia nota,
Quæ peteretis, erant. Laudando concipit ignem ;
Et, ne quis juvenum currat velocius, optat,
Invidiaque timet. Sed cur certaminis hujus
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit. 585
Audentes Deus ipse juvat. Dum talia secum
Exigit Hippomenes, passu volat alite virgo.
Quæ quanquam Scythica non secius ire sagitta
Aonio visa est juveni; tamen ille decorem
Miratur magis: et cursus facit ipse decorem. 590
Aura refert oblata citis talaria plantis :
Tergaque jactantur crines per eburnea, quæque
Poplitibus suberant picto genualia limbo :
Inque puellari corpus candore ruborem

vel quale tuum si mulieris in puellam, attonitus est; et tendens manus, Parcite, inquit, quos modo damnavi: merces, quam cuperetis, nondum erat mihi perspecta? Probando admittit Amorem, atque cupit ne quis juvenum currat celerius, et metuit præ livore. Verum, ait, quamobrem sors hujus certaminis a me omittitur inexperta. Deus ipse auxilio est audacibus. Dum Hippomenes talia secum volvit, puella transcurrit gressu alato. Quæ quamvis visa est non aliter ferri quam telum Scythicum Aonio juveni; tamen ille magis stupet in formosa, et cursus ipse reddit formosam. Ventus occurrens levibus pedibus retrofert talaria; et capilli fluitant per dorsum eburneum, itemque genualia quæ suberant poplitibus versicolori fascia: atque corpus

Codd. *juv. condemnat am.* tres *damnabat;* sex *damnavit.*—582 Unus Bas. *Quæ peterentur.* Berolin. *laud. et conc.* Tunc *ignem* meliores, teste Heins. vulg. *ignes.*—584 *Invidiuq. timet* est e conj. Mycilli; vulg. *Invidiamq.* Heins. conj. *Invidiaque timens:* O. et quatuor alii *Invidiamque tenet;* unde Burm. *Invidiaque tumet.*—585 Bas. *Intercepta mih.* unde Heins. faciebat *Impercepta.*—586 Leid. et Pal. *Audaces D.* Med. unus *Audacem.*—588 *Secius* est e plurimis Mss. vulg. *segnius.*—589. 590 D. Heins. placet aliorum lectio: *tamen ille decoris Mirator magis est; cursus facit ipsa decorem.* Multi certe vett. *facit ipse decoram.*—591 *Oblata* ex plurimis Codd. vulg. *ablata:* Heidelb. *allata.*—592 Codex Menard. et tres alii, *collaque;* sic Art. III. 236. 'fusos per colla capillos,' ubi

NOTÆ

579 *Fias*] Adonim Venus alloquitur.

588 *Scythica*] Quam Scythæ Europæ itemque Asiæ populi Septemtrionales maximis viribus et summa arte solent emittere.

589 *Aonio*] Bœotico: namque Aonia dicta est Bœotiæ regio montana. Bœoticum autem fuisse Hippomenem in sequentibus patebit.

591 *Talaria*] Ut alatos calceos intelligas.

Traxerat: haud aliter, quam cum super atria velum 595
Candida purpureum simulatas inficit umbras.
Dum notat hæc hospes; decursa novissima meta est:
Et tegitur festa victrix Atalanta corona.
Dant gemitum victi, penduntque ex fœdere pœnas.
Non tamen eventu juvenum deterritus horum 600
Constitit in medio; vultuque in virgine fixo,
Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer, ait. Seu me fortuna potentem
Fecerit; a tanto non indignabere vinci.
Namque mihi genitor Megareus Onchestius; illi 605
Est Neptunus avus: pronepos ego regis aquarum:
Nec virtus citra genus est. Seu vincar, habebis
Hippomene victo magnum et memorabile nomen.
Talia dicentem molli Schœneia vultu
Aspicit; et dubitat, superari an vincere malit. 610

contraxerat ruborem virgineo candore, non secus ac cum linteum purpureum tingit imagines pictas super atria alba. Dum hospes hæc observrat, ultima meta est præterita: et Atalanta superior velatur corona gratabunda. Superati suspirant, atque exsolvunt pœnas ex pacto. Non tamen hæsit in medio repulsus exitio horum juvenum; atque oculis fixis in puella, Quamobrem, ait, secularis facilem gloriam vincendo ignavos? Mecum congredere. Sive fortuna me præstiterit superiorem, n n dolebis a tanto superari. Namque mihi pater est Megareus, illi Onchestius: Neptunus est avus; ego pronepos Dei aquarum: neque virtus est inferior nobilitate. Sive sim inferior, reportatis magnum et æternam laudem Hippomene superato. Schœneia intuetur talia proferentem languentibus oculis; et incerta est malit vinci an vincere.

---

eadem varietas.—596 Vulg. *similem dat et inficit umbram:* at *simul edit et inficit* Bernegg. et quatuor alii: *simul addat* Arund. *simul edat* pr. et alius Med. *similem datur* unus Bonon. *simul et dat et inficit* pr. Mor. et septem alii: *similatas inficit umbras* Fl. S. Marci omnium optimus, quod et sequitur Heins. nec abludit Spirensis, in quo, *similis dat inficit.* Ex var. lect. harum Codd. Bothius conj. *haud aliter quam olim super a. v. C. p. simul additur, injicit umbras:* quod sic interpr. Haud aliter quam aliquando velum purpureum, simul ac candidis atriis superadditur, umbras iis injicit.—600 Multi Codd. teste Heins. *juvenis;* vulg. *juvenum.* Tunc Menard. et tres alii *perterritus.*—602 Unus Heins. *Quid fragilem.* Dein Menard. *tit. vincendo quær.*—603 Heins. conj. *Te mihi confer, ait.*—605 Sic emend. Mycillus, quod Burm. aliusque placet: in aliis legebatur *Macareus.* Alii distinguunt ita: *g. Megareus, Onchestius illi; Est,* &c. Dein pro *Onchestius* vulg. *Achæstius;* in quibusdam *Onchestus et,* vel *at;* tres *Orestius;* in aliis *Orchesius, Onchesteus, Orchestius,* &c.—609 Heidelb. *moll. Ceneya virgo.*—611 Quinque, *hunc formo-*

NOTÆ

597 *Hospes*] Hippomenes, scil. in Seyron delatus.

605 *Illi*] Megareo tamen Hyginus Neptunum patrem assignat.

Atque ita, Quis Deus hunc formosis, inquit, iniquus
Perdere vult? caræque jubet discrimine vitæ
Conjugium petere hoc? non sum, me judice, tanti.
Nec forma tangor. Poteram tamen hac quoque tangi. 614
Quid? quod adhuc puer est? Non me movet ipse, sed ætas.
Quid? quod inest virtus, et mens interrita leti?
Quid? quod ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid? quod amat, tantique putat connubia nostra,
Ut pereat, si me Fors illi dura negarit?
Dum licet, hospes, abi; thalamosque relinque cruentos. 620
Conjugium crudele meum est. Tibi nubere nulla
Nolet: et optari potes a sapiente puella.
Cur tamen est mihi cura tui, tot jam ante peremtis?
Viderit: intereat: quoniam tot cæde procorum
Admonitus non est; agiturque in tædia vitæ. 625
Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum?

Atque ita inquit, Quis Deus infensus pulchris cupit istum perimere? atque cogit quærere hoc connubium periculo vitæ? Non sum tanti, me judice. Neque moveor pulchritudine: attamen poteram etiam moveri ista. Verum quia adhuc est adolescens: ipse non me tangit sed adolescentia. Quid quod virtute est præditus, et animus mortis contemtor? Quid quod recensetur quartus a stirpe æquorea? Quid quod amat, et tanti ducit nostra conjugia, ut intereat, si crudelis fortuna me illi sustulerit? Quando concessum est, peregrine, discede, atque desere thalamos sanguinolentos. Meum connubium est ferale. Nulla non cupiat tibi nubere; et potes desiderari a prudenti virgine. Quamobrem tamen sim de te solicita, tot jam ante occisis? Cogitet ipse: *pereat; siquidem non est deterritus nece tot procorum; atque fertur in odium vitæ. Adeoque hic mactabitur, quia cupivit vita frui me-*

sum, dixit iniq. pr. A. *fortunis iniquis:* Heins. conj. *formis tam, dixit, iniquus!* Berolin. *inique.*—612 Cant. et unus Bas. *Pendere vult.*—614. 615 Bothius sic legendum censet mutata distinctione *nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi) Sed quod ad h. &c.* Olim quidem edebatur *Sed* pro *Quid*, quod ex Arg. et sec. Mor. recepit Burm.—616 Berolin. *quod et est virt.*—619 *Fors* ex melioribus dedit Heins. vulg. *sors.* Septem etiam *dira* pro *dura*, quod non displicet Burm. quia et vs. 634. *importuna* fata, i. e. sæva, dira.—622 *Nolet* est ex pr. Pal. Bernegg. utroque Hamburg. Arund. et sex aliis; vulg. *Nollet.*—624 Quidam emend. *Viderit interea, quoniam, &c.*—625 Bas. *Attonitus non.*—626 Urbin. et Noricus *vovit* pro *voluit;* alter Hamburg. et alter Erfurt. *quia*

NOTÆ

611 *Atque ita*] Et secum locuta est.

617 *Æquorea*] Neptuni, Hippomenes avi.

624 *Viderit*] Formula solennis, ubi ulterius aliquid nolumus, seu non licet curare.

626 *Occidet*] Correctio, in quibus ingenium suum maxime exerit Poëta.

Indignamque necem pretium patietur amoris?
Non erit invidiæ victoria nostra ferendæ.
Sed non culpa mea est. Utinam desistere velles!
Aut quoniam es demens, utinam velocior esses! 630
At quam virgineus puerili vultus in ore est!
Ah, miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem!
Vivere dignus eras. Quod si felicior essem;
Nec mihi conjugium fata importuna negarent;
Unus eras, cum quo sociare cubilia possem. 635
Dixerat: utque rudis, primoque Cupidine tacta,
Quid facit ignorans, amat, et non sentit amorem.
Jam solitos poscunt cursus populusque paterque;
Cum me solicita proles Neptunia voce
Invocat Hippomenes. Cythereia, comprecor, ausis 640
Adsit, ait, nostris; et, quos dedit, adjuvet ignes.
Detulit aura preces ad me non invida blandas;
Motaque sum, fateor: nec opis mora longa dabatur.

cum? atque immeritam patietur mortem præmium amoris? Victoria nostra non poterit sustinere invidiam. At vitio non fit meo. Utinam velles inceptum omittere! Vel, siquidem es insanus, utinam esses celerior! At quam levis est vultus in facie puerili! Ah infelix Hippomene, nollem a te conspecta fuissem! Meritus eras vivere. Quod si essem beatior, neque sors molesta me prohiberet a nuptiis; unus eras cum quo possem communes habere thalamos. Absolverat; atque tanquam inexperta, et primo amore correpta, nesciens quid agat, amat, neque sentit amorem. Jam populus et parens flagitant cursus consuetos, cum Hippomenes filius Neptuni me precatur verbis anxiis. Cythereia, quæso, adjuvet nostra incepta; et tueatur amores quos movit. Ventus fœcundus pertulit ad me humilem orationem; atque tacta sum, agnosco. Neque longum tempus concedebatur ad auxilium ferendum.

vovit. Heidelb. *vol. qui.*—627 Langerm. Exc. *pret. potietur*, quod, judice Burm. *τῷ pretium* melius convenit.—628 Editi et scripti plurimi habent *nostr. ferenda.*—631 *At* ex Urbin. Spirens. et unus R. ceteri *Ah.*—632 Berolin. *vis. fuisse;* sed *m* eraso.—634 Heidelb. *import. negassent.*—635 *Possem* Heins. dedit ex Cant. pr. Pal. pr. V. et aliis ex melioribus; vulg. *vellem.*—636 Berolin. *tact. est.*—637 Plerique *Quid fac.* Cæsen. et alii *Quid* faciat: Heins. volebat *Quidque agat;* confitetur autem vulgatam esse satis bonam lect.—638 Heidelb. *populique.*—640 Vulg. *Cythereaque comprecor:* at *Cythereia comprecor*, meliores magna ex parte, teste Heins. *Cythereia nunc, precor* Voss. et Gron. *Cythereia, te precor* Leid.—643 Pro *opis*, malit Heins. *opi.*—

NOTÆ

639 *Me*] Loquitur Venus, quæ Atalantæ historiam Adonidi refert.

640 *Cythereia*] Venus, a Cytheris insula sic dicta, ut non multo ante vidimus.

Est ager, indigenæ Tamasenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quem mihi prisci 645
Sacravere senes: templisque accedere dotem
Hanc jussere meis. Medio nitet arbor in arvo;
Fulva comam, fulvo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam
Aurea poma manu: nullique videnda, nisi ipsi, 650
Hippomenen adii; docuique, quis usus in illis.
Signa tubæ dederant; cum carcere pronus uterque
Emicat, et summam celeri pede libat arenam.
Posse putes illos sicco freta radere passu,
Et segetis canæ stantes percurrere aristas. 655
Adjiciunt animos juveni clamorque, favorque,
Verbaque dicentum, Nunc, nunc incumbere tempus,
Hippomene: propera. Nunc viribus utere totis.

Est arvum pars optima terræ Cypriæ, accolæ appellant Tamasenum; quod antiqui senes mihi sacrum fecerunt, atque voluerunt hoc donum jungi meis templis. In medio campo splendet arbor flavas habens frondes, ramis strepentibus fulvo auro. Inde rediens forte portabam tria poma aurea direpta mea manu; atque nemini inspicienda, nisi ipsi, ad Hippomenen accessi; atque indicavi quæ eorum esset *utilitas. Tubæ indicium fecerant, cum uterque parati evolant repagulo, atque stringunt supremam arenam veloci pede. Crederes illos posse percurrere æquora sicco passu, atque incedere super spicas stantes flavæ segetis. Clamor et favor addunt animos juveni, itemque voces dicentium, Nunc, nunc tempus instandi, Hippomene: festina.*

644 *Tamasenum* ex emend. Heins. vulg. *Damasenum*, et sic quidam ex vett. codd. Alii aliter: Bosch. et Thysii *Amasenum;* multi *Damascum* vel *Damacenum;* Arund. *Damaseum.*—645 *Quem* Heins. protulit ex sex scriptis pro vulg. *quam.*—646 Duo Gron. *Sacrav. patres.*—647 Quidam *viret arb.* quod Burm. non damnat, quia id verb. auro convenit: sic IV. 636.—648 Meliores *comam*, teste Heins. pro vulg. *comas.* Dein *ram. radiantibus* unus Leid. *trepidantibus* alter: *pomis* etiam pro *ramis* duo.—649 Unus Leid. *forte mea juvenis dec.* Heins. conj. *juveni:* Constant. Fanens. et Burm. *meo juveni*, ut Adonis intelligatur. Bothius nil mutandum censet, et improbat Fanens. emend. nam Adonidi ipsi hæc, ante dudum quidem antea gesta, enarrat Venus.—653 *Et summa celeris pendebat arena* Med. et Bonon. et Fl. S. Marci.—654 *Ill. celeri freta* Cant. V. et septem alii: *celeri mare* Pal. quart. Dein *lædere* sec. Pal. *condere* Leid. et *planta* etiam tert. Palat.—655 Heidelb. a man. pr. *Ut seq.*

NOTÆ

644 *Tamasenum*] Tamasenum in quindecim Cypri oppidis a Plinio, itemque aliis recensetur. Verum non inde, sed ex Hesperidum hortis, Theocriti interpres hæc mala allata scripsit.

651 *Quis usus*] Peritissime festinat Poëta, qui sibi non multum ad narrandum spatium esse cognoscit.

652 *Signa*] Quibus currendi tempus significaretur.

Pelle moram : vinces. Dubium Megareius heros
Gaudeat, an virgo magis his Schœneia dictis. 660
O quoties, cum jam posset transire, morata est ;
Spectatosque diu vultus invita reliquit !
Aridus e lasso veniebat anhelitus ore :
Metaque erat longe. Tum denique de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia misit. 665
Obstupuit virgo ; nitidique cupidine pomi
Declinat cursus ; aurumque volubile tollit.
Præterit Hippomenes. Resonant spectacula plausu.
Illa moram celeri, cessataque tempora, cursu
Corrigit : atque iterum juvenem post terga relinquit. 670
Et rursus pomi jactu remorata secundi,
Consequitur, transitque virum. Pars ultima cursus
Restabat : Nunc, inquit, ades, Dea muneris auctor :
Inque latus campi, quo tardius illa rediret,
Jecit ab obliquo nitidum juveniliter aurum. 675
An peteret, virgo visa est dubitare : coëgi
Tollere ; et adjeci sublato pondera malo :
Impediiique oneris pariter gravitate moraque.

Nunc utere totis viribus. Tolle moras, victor eris. Incertum est heros Megareius, an puella Schœncia magis lætetur his verbis. O quoties distulit, cum jam posset præterire, atque ægre deseruit faciem diu spectatam ! Siccus spiritus prodibat ex defesso ore ; atque meta procul stabat. Tum denique filius Neptuni abjecit unum ex fructibus arboreis. Puella mirata est, atque desiderio pulchri pomi, deflectit a cursu, et colligit aurum rotundum. Hippomenes antevertit. Spectacula personant plausu. Illa resarcit moram, et tempora omissa veloci cursu ; atque iterum deserit juvenem a tergo : atque rursus cohibita jactu secundi pomi assequitur, et præterit virum. Pars novissima cursus supererat ; Jam, inquit, propitia esto Dea auctor doni ; atque, ut illa serius revcrteretur, misit strenue splendidum pomum ab obliquo. Puella visa est ambigere an peteret : coëgi colligere, atque addidi gravitatem pomo correpto, atque obstiti pariter pondere oneris, et mora. Neve mea oratio sit longior

primum corr. *vel*, deinde *Et*.—656 Berolin. *juv. terrorque, fav*.—659 *Megareius* est ex emend. Mycilli ; vulg. *Macareius*.—660 Pro *Schœncia* libri scripti, et hic, et supra habent, *Cœncia* : ut facile appareat, hanc alteram esse ab illa, cujus facta est mentio in octavo. *Ciofan*.—663 Vulg. *a lass*. meliores *e*.—670 Heidelb. *terg. reliquit*.— 671 *Raptu* pro *jactu* Med. et alius. Deinde A. *revocata sec*.—672 Unus Mor. *pars optima*.—675 Unus Pat. *obl. liquidum juv*. et sic vulg. Edd. alii

NOTÆ

678 *Impedii*] Puellæ siquidem levitatem aurum potuit vincere, urbes totas melius expugnare idem posse quam moles ferreas pro certo habeto.

Neve meus sermo cursu sit tardior illo;
Præterita est virgo: duxit sua præmia victor. 680
Dignane, cui grates ageret, cui thuris honorem
Ferret, Adoni, fui? Nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. Subitam convertor in iram:
Contemnique dolens, ne sim spernenda futuris,
Exemplo caveo: meque ipsa exhortor in ambos. 685
Templa Deum Matri, quæ quondam clarus Echion
Fecerat ex voto, nemorosis abdita sylvis,
Transibant: et iter longum requiescere suasit.
Illic concubitus intempestiva cupido
Occupat Hippomenen, a numine concita nostro. 690
Luminis exigui fuerat prope templa recessus,

illo cursu, puella est pone relicta: victor duxit sua præmia. Dignane fui, cui gratias ageret, cui præberet honorem thuris, Adoni? Neque ingratus egit gratias, neque mihi thura obtulit. Continuo irascor, atque indignans me negligi, caveo exemplo ne sim contemnenda posteris: atque meipsam incendo adversus utrumque. Præteribant delubra, quæ olim inclytus Echion posuerat ex voto matri Deorum in nemore opaco: atque longa via coëgit requiescere. Ibi importunum desiderium concubitus immissum a nostro numine invadit Hippomenen. Secessus antro similis

nitidum, et Barb. *fulvum*. Dein in quibusdam *juvenaliter*.—679 Alter Hamburg. et alter Erfurt. *sit longior*. Quatuor scripti habent *illo;* ceteri *ipso*. —683 Pro *dedit* Burm. mallet *tulit* repetitione familiari nostro Poëtæ.—684 *Contemnique* Heins. profert ex duobus Med. cum altero Hamburg. alter Erfurt. *Contemtique;* vulg. *Contemtuque*. Fr. etiam *spern. futuri*.—685 *Ipsa* ex pr. Pal. duobus Med. et aliis; ceteri *ipsam*, ut et vulg.—686 Bas. et alii *magnus Ech*.—689 Plurimi *int. libido*.—690 Quidam vett. *Hipp. et a num.* alii *jam*.

NOTÆ

Horatius: 'Inclusam Danaën turris aënea Robustæque fores, et vigilum canum Tristes excubiæ, munierant satis Nocturnis ab adulteris; Si non Acrisium virginis abditæ Custodem pavidum Jupiter et Venus Risissent: fore enim tutum iter et patens Converso in pretium Deo. Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa, potentius Ictu fulmineo.' Vim quoque aurum frangit animi; mentem a vero detorquet: ut si virtuti etiam ex illo metallo corona ad metam exhibeatur, properantes nimio fulgore excæcatos a recto tramite demoveat, virtutem ipsam e medio tollat. Quæ quidem res viris Principibus præsertim animo perpendenda, ut inopes, si qui sunt virtute prædiati, ita sustentent, ne sua beneficia mercedi, quam virtus respuit, esse videantur; magisque nebulones et adulatores, quam veros homines, ad sese pelliciant.

686 *Deum Matri*] Quam Cybelem sæpius diximus.

Echion] Qui unus fuit ex Cadmi sociis.

Speluncæ similis, nativo pumice tectus;
Religione sacer prisca: quo multa sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra Deorum.
Hunc init; et vetito temerat sacraria probro. 695
Sacra retorserunt oculos: turritaque Mater,
An Stygia sontes, dubitavit, mergeret unda.
Pœna levis visa est. Ergo modo levia fulvæ
Colla jubæ velant: digiti curvantur in ungues:
Ex humeris armi fiunt: in pectora totum 700
Pondus abit: summæ cauda verruntur arenæ.
Iram vultus habet: pro verbis murmura reddunt:
Pro thalamis celebrant sylvas: aliisque timendi
Dente premunt domito Cybeleia fræna leones.
Hos tu, care mihi, cumque his genus omne ferarum, 705
Quæ non terga fugæ, sed pugnæ pectora præbent,
Effuge: ne virtus tua sit damnosa duobus.

pauco lumine illustratus erat prope templum, obductus nativo pumice, sacer antiqua religione: quo sacerdos comportaverat plurimas effigies ligneas antiquorum Deorum. Hunc subit, atque violat sacraria dedecore prohibito. Sacra reflexerunt oculos. Mater turrita incerta fuit an deturbaret noxios ad Tartara. Supplicium visum est parvum. Adeoque fulvæ jubæ tegunt cervicem modo teretem, digiti sinuantur in ungues: armi fiunt ex humeris: tota moles ducitur in pectus: ultima terra tangitur cauda. Facies profert iram: emittunt murmura pro vocibus, pro cubiculis colunt nemora; atque leones aliis metuendi mandunt fræna Cybeleia dente mansueto. Tu, mihi dilecte, hos vita, et cum his omne genus ferarum quæ non dunt terga fugæ, sed pectora certamini; ne tua virtus sit luctuosa ambobus.

—691 Multi *Liminis exig.*—693 N. et sec. Med. *quo rota sacerd.* in Spirens. *vitta.*—694 Bas. *Aurea cont.* duo *Ignea.*—695 Urbin. et alius *sacr. stupro.*—697 Heidelb. *Stygiis . undis.*—698 Heins. malebat *vis est. Tergum, et mod.*—699 Sec. Med. *in unguem.*—704 Unus Heins. *solido* pro *domito.*—705 Arg. *Care puer.*—706 Vulg. *Quod...præbet;* at meliores, teste Heins. *Quæ...præbent:*

NOTÆ

695 *Sacraria*] Deorum simulacra.

696 *Turrita*] Cybele est, quam turrigeram seu turrita corona ideo ornatam voluerunt, quod cum sit Terra ipsa turribus munitas urbes sustineat; vel, ut in Fastis ipse docet Ovid. 'Quod primis turres urbibus illa dedit.'

697 *Stygia*] Id est, ad Inferos, quorum Styx palus esse dicitur, ulciscendi causa demitteret.

698 *Modo*] Priusquam forma mutata esset, leonumque formam induerent Hippomenes et Atalanta, tum ingrati animi vitio, tum sua libidine ad brutorum naturam depulsi.

704 *Premunt*] Hoc ideo dicit, quod Cybeles currum a leonibus trahi antiqui voluerint.

705 *Care*] Adonim Venus alloquitur.

Fab. XII. et XIII. Adonis cruor in Florem purpureum. Menthe Nympha in herbam Mentham.

Adonis supradictus, monitus a Venere quam vim feræ haberent, non obtemperavit. Igitur is in venatione ab apro interimitur: cujus cruor ejusdem Deæ numine in florem purpurei coloris conversus est. Menthe Nympha in herbam mutata mentham odio Proserpinæ Cereris filiæ est; quod cum patre, conjuge suo, concubuisset.

Illa quidem monuit: junctisque per aëra cycnis
Carpit iter: sed stat monitis contraria virtus.
Forte suem latebris, vestigia certa secuti, 710
Excivere canes; sylvisque exire parantem
Fixerat obliquo juvenis Cinyreius ictu.
Protinus excussit pando venabula rostro,
Sanguine tincta suo: trepidumque, et tuta petentem
Trux aper insequitur: totosque sub inguine dentes 715
Abdidit; et fulva moribundum stravit arena.
Vecta levi curru medias Cytherea per auras
Cypron olorinis nondum pervenerat alis.
Agnovit longe gemitum morientis: et albas

XII. XIII. *Illa quidem hortata est; atque cycnis admotis viam ingreditur per aërem: sed virtus stat adversa monitis. Forte canes insistentes certis vestigiis exciverunt aprum latibulis; et juvenis Cinyreius vulneraverat ictu obliquo volentem egredi sylvis. Continuo sævus aper excussit venabula infecta suo sanguine rostro adunco; atque persequitur paridum et quærentem* locum *securum, et infixit totos dentes sub inguine: et prostravit moribundum in flavam arenam. Nondum Cytherea vecta levi curru per medium aërem alis cycnorum appuleral Cyprum; agnovit longe gemitum morientis; atque illuc flexit candidas volucres: et cum vidit*

unus Heins. *Quæ n. t. f. sed dant sua pectora pugnæ.*—710 Bas. unus *vestig. trita sec.* Berolin. *prima.*—711 Berolin. *sylvasque.*—713 Pro *pando* septem libri *curvo.*—714 O. et Gron. *et tecta.*—715 Quinque *tortosque*; unus Heins. *flexosque.*—718 Unus Bas. et margo Gryph. *penetraverat alis.* Laudat Burm. Virg. VII. 365. 'Phrygius penetrat Lacedæmona pastor.'—719 Multi, *Cogno-*

NOTÆ

708 *Cycnis*] Quibus, ut et columbis, Veneris currus trahitur.

715 *Aper*] Cujus formam Martem volunt indnisse, ut puerum, sibi in amoribus importunum, inscia Venere, occideret. Discant autem ex Adonide scioli, non majora incipere quam quæ ferunt humeri.

Flexit aves illuc. Utque æthere vidit ab alto 720
Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus;
Desiluit: pariterque sinus, pariterque capillos
Rupit; et indignis percussit pectora palmis.
Questaque cum fatis, At non tamen omnia vestri
Juris erunt, inquit: luctus monumenta manebunt 725
Semper, Adoni, mei: repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur. An tibi quondam
Fœmineos artus in olentes vertere menthas,
Persephone, licuit? nobis Cinyreius heros 730
Invidiæ mutatus erit? Sic fata, cruorem
Nectare odorato spargit: qui tactus ab illo
Intumuit; sic, ut pluvio perlucida cœlo
Surgere bulla solet. Nec plena longior hora
Facta mora est, cum flos e sanguine concolor ortus: 735
Qualem, quæ lento celant sub cortice granum,

exsanguem ab excelso aëre, et quatientem corpus in suo cruore, propere descendit, atque simul discerpsit vestes et comam, et planxit pectus manibus immeritis. Atque objurgans fata, Attamen, ait, cuncta non erunt vestræ ditionis: semper supererunt indicia mei doloris; atque annua celebratio mortis exhibita absolvet imaginem nostri luctus. At sanguis vertetur in florem. Potuistine olim, Proserpina, mutare membra muliebria in fragrantes menthas? Heros Cinyreius transformatus erit livori? Sic locuta injicit nectar odoratum in sanguinem; qui ab illo tinctus inflatus est, quemadmodum bulla pellucida consuevit excitari cœlo pluvio. Neque spatium longius fuit integra hora, cum flos ejusdem coloris natus est ex cruore. Qualem Punica consueverunt producere, quæ tegunt granum sub molli cortice: ceterum brevis

rit long. Heins. conj. *Agnovit linguæ gemitum.*—720 In uno Ciofani *Misit ar.* Bas. *et ut ath.*—721 Heins. vult, vel invitis libris, *Semianimem.* Deinde in uno Ciofani *suo versantem sang.*—722 Vulg. *Desiliit, par. sinum.* Heins. ex melioribus dedit *Desiluit...sinus.*—723 Unus Leid. *indign. pectus percussa lacertis.*—724 *At* ex Calandr. Arund. et aliis; vulg. *et.*—725 Arund. Zulich. et unus Med. *inquit;* alii *dixit.*—726 Spirens. *recitataque;* sec. Med. *redivivaque;* Heins. malebat *recidivaque.*—727 Arg. *plang. referet sim.*—729 Mycillus legit *vert. minthas.*—732 Alii *odorat. sparsit:* Heins. ex melioribus *spargit* profert.—733 *Pluvio* vett. libri cum Aldin. et Edd. alii *fulvo.*—735 In Berolin. *est* omiss. Deinde pro *ortus* in uno Heins. invenit *exit.*—736 Sic vulg.

NOTÆ

723 *Indignis*] Id est, indigne.

727 *Simulamina*] Adonia vocabantur sacra, quæ in Adonidis honorem quotannis celebrabantur.

730 *Persephone*] Proserpina est, Ditis conjux, quæ pellicem Mentham in cognominem herbam mutavit.

Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo.
Namque male hærentem, et nimia levitate caducum
Excutiunt îdem, qui præstant nomina, venti.

est ejus usus: namque venti iidem, qui illi *præbent nomen, dejiciunt parum firmum, et frugilem nimia levitate.*

Edd. *Grana* pr. Gron. fragm. Boxhornii et septem alii: *in cortice* idem Gron. *quæ cortice* pr. Mor. *sub vertice* pr. Pal. atque alii quatuor. Heins. conj. *Qualem, q. l. celantur cortice, grana Pun. &c.* vel, *celant se cortice:* scriptum fuerat, *celant urtice*, mendose; hinc factum *celant sub vertice*, vel *cortice.*— 738 Unus Ciof. *nimia gravitate.*—739 Vulg. *qui perflant omnia*, quod Mss. nullis confirmatur. Mss. plerique, *præstant omnia*, vel, *præbent omnia:* septem, *præstant nomina*, et sic septem alii pro diversa lect. Arund. *præbent nomina.*

NOTÆ

737 *Brevis*] Anemone est, cui a vento, quod spirante eo aperiatur, ut docet Plinius, nomen datum fuit: ἄνεμος enim ventus est. Ex eo autem quod brevis usus, formæ gloriam fluxam atque caducam esse meminisse decet adolescentulos præsertim, elegantiæ suæ nimis ut plurimum confidentes; quos non sæpius vel ipsi venti secundi in portum quam in cautes impellunt.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XI.

Fab. I. Serpens in Lapidem.

Orpheus, Œagri fluminis et Calliopes Musæ filius, cum habuisset conjugem nomine Eurydicen, et eam amisisset, et eum sine ea ab Inferis redisset, lege accepta a Plutone; ne talem dolorem in altera experiretur, puerilem amorem primus instituit. Quam ob causam Thressæ mulieres instinctæ, in abditis locis solitudinem agentem propter desiderium conjugis, interfecerunt; separatumque caput ejus a reliquo corpore cum lyra in amnem Hebrum præcipitaverunt: per quem in mare delatum, et hinc in insulam Lesbum: cum hic hæsisset in littore, serpensque morsu sanguinem lamberet, priusquam vultus ejus appeteret, ab Apolline Jovis et Latonæ filio duratus in lapidem est.

Carmine dum tali sylvas, animosque ferarum
Threicius vates, et saxa sequentia ducit;

1. *Dum Poëta Thracius trahit ejusmodi carmine nemora, atque ferocitatem bru-*

1 Exc. Langerm. *sylvasque.*—2 Voss. *signa seq.* In uno Med. *sax. sonantia;* in alio *frequentia.* Alii etiam Codd. *traxit* vel *duxit:* Berolin. *ductit,* Bothius

NOTÆ

2 *Vates*] Orpheus, scilicet, quem Thracia oriundum libro superiore vidimus.

Ecce nurus Ciconum, tectæ lymphata ferinis
Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
Orphea, percussis sociantem carmina nervis. 5
E quibus una, levem jactato crine per auram,
En, ait, en hic est nostri contemtor: et hastam
Vatis Apollinei vocalia misit in ora.
Quæ foliis præsuta notam sine vulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus, in ipso 10
Aëre concentu victus vocisque lyræque est;
Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis,
Ante pedes jacuit. Sed enim temeraria crescunt
Bella: modusque abiit: insanaque regnat Erinnys.
Cunctaque tela forent cantu mollita: sed ingens 15
Clamor, et inflato Berecynthia tibia cornu,

torum, cum silicibus obsequentibus; ecce Cicones mulieres habentes pectora attonita velata pellibus ferinis, advertunt Orpheum jungentem versus chordis tactis de cacumine collis. Ex quibus una, capillis agitatis leni vento, Ecce, inquit, ecce, hic est nostri contemtor; atque intorsit jaculum in os sonorum Poëtæ Apollinei. Quod tectum frondibus inussit signum sine plaga. Saxum est missile alterius, quod jactum superatum est in ipso aëre concentu vocis et lyræ, ac veluti supplex pro talibus inceptis jacuit ante pedes. Verum tumultus audax augetur; et modus nullus est; atque vesana furia imperium tenet. Atque omnia jacula essent superata cantu; sed insana vociferatio, et tibia Berecynthia cornu inflato, et tympana, et plausus, et

putat pro *ductat*.—4 Med. *cumuli* pro *tumuli*.—6 Leid. *De quib.* Unus Heins. *un. levi.* Meliores, teste Heins. *levem...auram*; alii *leves...auras*.—7 Quatnor *En, ait, hic, hic est*, ut Amor. III. 120.—9 Pro *præsuta*, alii *præsumta, protecta, præcincta, præfulta, præfixa, pressura, persuta*. Quidam *sin. sanguine*.—11 Thuan. et Gron. *abiit*; *vesanaq.* Unus Med. etiam *crevit Er.*—16 Alii *et*

NOTÆ

3 *Nurus Ciconum*] Pro bacchantibus Threciis mulieribus posuit: sunt enim Cicones Thraciæ populi ad Ismarum montem.

7 *En hic est*] Ea est omnino furiosorum ubique hominum oratio, cum bene monentes sapientes viros, perversæ tamen naturæ adversos, perdere constituerunt.

9 *Foliis*] Thyrsos seu hastas Baccharum hedera vel pampino vestitas iam sæpe vidimus.

11 *Victus*] Ut hinc quantum ad mitigandos ferorum hominum animos valeat eloquentia, liceat colligere.

14 *Erynnis*] Quæ Latinis Furia dicitur.

16 *Clamor*] Actum est, cum primum per tumultum et strepitum os politico viro obstruitur.

Berecynthia] Cujusmodi in sacris Cybeles, quæ Berecynthia a Berecyntho Phrygiæ monte dicitur, uti consueverant.

Tympanaque, plaususque, et Bacchei ululatus
Obstrepuere sono citharæ. Tum denique saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine vatis.
At primum attonitas etiamnum voce canentis 20
Innumeras volucres, anguesque, agmenque ferarum,
Mænades Orphei titulum rapuere theatri:
Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris:
Et coëunt, ut aves, si quando luce vagantem
Noctis avem cernunt: structoque utrimque theatro 25
Ceu matutina cervus periturus arena,
Præda canum est: vatemque petunt; et fronde virenti
Conjiciunt thyrsos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ dereptos arbore ramos,
Pars torquent silices. Neu desint tela furori; 30

Bacchei ululatus obstiterunt sono citharæ. Tum denique lapides rubuerunt cruore Poëtæ non exauditi. Ac primum Bacchæ disjecerunt aves innumeras, et serpentes, et turbam ferarum, etiamnum admirantium vocem cantantis, quæ gloria erant theatri Orphei: inde vertuntur in Orpheum manibus sanguinolentis, atque concurrunt ut aves, si quando vident noctuam errantem de die: atque ut utrimque spectaculo posito cervus periturus in arena matutina est præda canum; et invadunt Poëtam, et simul mittunt thyrsos foliis virentibus, neutiquam paratos in hos usus. Hæ jaciunt cespites, illæ ramos excisos ex arboribus, pars saxa. Neve arma desint vesaniæ,

infracto; unus etiam *afflato.* Dein pro *Ber.* Bas. *Cybeleia.*—17 Alii *et plaus.* et sic Berolin. qui mox habet *Baccheique:* Heidelb. etiam *et plaus.* et tunc *Baccheus.*—18 *Obsrep. sonum* Urbin. Cæsen. pr. Mor. sec. Pal. et octo alii: *sonos* unus Mor. et Voss. quod tantundem est: alius Med. *sonis:* fragm. Boxhornii *soni. Obstupuere sonum* octo alii: pr. R. et Zulichem. *Obstruxere sonum.*—19 Arund. *Non exauditis...sang. nervis.*—20 Berolin. *Ac pr. att. etiamnunc v.* Bas. unus *atton. nec tactas v.*—22 Arg. et Thysii *Orph. populum rap.* Alii etiam legunt *rap. triumphi,* quod non omnino displicet Burm. quia mox *theatro* sequitur.—24 Unus Med. *luc. volantem.*—26 *Ceu* ex pr. V. et Calandr. Exc. dedit Heins. vulg. *Ut;* multi etiam ex melioribus *Cum.* Jun. *deprensus arena.* Post hunc in margine Leid. ascriptus erat hic vs. *Jam morsu petitur cœum tstaque prementum,* quem corruptum et spurium judicat Burm. Heins. tamen conj. *circum turbaque prementum.*—27 *Virenti* ex Cant. pr. Pal. Arund. Exc. I. et aliis; vulg. *virentes.*—28 Tert. Med. *Injiciunt thyrs.*—

NOTÆ

22 *Mænades*] Bacchæ, quibus ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, a furendo, illud datum nomen.

Rapuere] Solent vero seditiosi homines in illos primum furere qui sapientibus aurem præbent facilem, ut tandem hos quoque rescindant.

25 *Noctis avem*] Noctuam, bubonem, aut hujus generis aliquam.

Structo] Amphitheatri est periphrasis.

28 *Non hæc*] Sed magis ad lætitiæ usus.

Forte boves presso subigebant vomere terram:
Nec procul hinc, multo fructum sudore parantes,
Dura lacertosi fodiebant arva coloni.
Agmine qui viso fugiunt, operisque relinquunt
Arma sui: vacuosque jacent dispersa per agros 35
Sarculaque, rastrique graves, longique ligones.
Quæ postquam rapuere feræ, cornuque minaci
Divellere boves; ad vatis fata recurrunt:
Tendentemque manus, et in illo tempore primum
Irrita dicentem, nec quicquam voce moventem, 40
Sacrilegæ perimunt. Perque os (pro Jupiter!) illud,
Auditum saxis, intellectumque ferarum
Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
Te mœstæ volucres, Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidæ silices, tua carmina sæpe secutæ 45
Fleverunt sylvæ: positis te frondibus arbos,
Tonsa comam, luxit: lacrymis quoque flumina dicunt
Increvisse suis; obscuraque carbasa pullo

forte tauri arabant vomere impacto; nec longe hinc fortes agricolæ eruebant terram asperam parantes fructum multo sudore. Qui visa turba evadunt, et abjiciunt instrumenta sui laboris: atque sarcula, et ponderosa rastra, et longi ligones jacent sparsi per latos campos. Quæ postquam særæ Bacchæ abstulerunt, atque sustulerunt cornua minacia tauris, recurrunt ad necem Poëtæ; atque scelestæ mactant porrigentem manus, et tunc primum vana proferentem, nec quicquam promorentem voce: et (proh Jupiter!) spiritus emissus in auras abiit per illud os observatum a silicibus, atque intellectum sensibus ferarum. Tristes aves, agmina ferarum, dura saxa, nemora sæpe flexa tuis versibus, te luxerunt, Orpheu: arbores habentes comam tonsam te fleverunt foliis amissis: ferunt etiam amnes auctos fuisse suis fleti-

29 *Dereptos* est e conj. Heins. vulg. *direptos;* Gron. *decerptos.*—32 Unus Gron. *merito* pro *multo.*—33 Unus Med. *lacert. fundebant;* unus Leid. *subigebant.*—35 Jun. *Arva su.* qui et *dilapsa* pro *dispersa:* Leid. *diffusa.*—36 Vulg. *et rastr.* Deinde pr. Mor. *curvique lig.*—37 Nonnulli *corn. minaces.*—38 Vulg. *Divulsere bov.* Jun. *Divertere;* alius *Dimisere;* Gron. *Divisere;* Med. et duo alii *Disjunxere;* Bonon. *Dissiluere;* Bas. *Dum misere: Divellere* Heins. rectum putat ex pr. Pal. Cant. O. Thuan. et utroque Erfurt. aliisque complurimis.—39 Alii *man. atque ill.*—41 Unus Med. *Sacr. feriunt;* duo alii *perdunt.*—45 *Rigidæ* profert Heins. ex pr. A. et duobus aliis; ceteri *rigidi.*—47 *Comam* quatuor vett. cum Berneg. vulg. *comas;* nonnulli etiam ex vett. *coma.*—48 Pal.

NOTÆ

38 *Divellere*] Qui fuit ritus in Bacchi sacris.

Naides et Dryades, passosque habuere capillos.
Membra jacent diversa locis. Caput, Hebre, lyramque 50
Excipis, et (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripæ.
Jamque mare invectæ flumen populare relinquunt;
Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi. 55
Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis
Os petit, et sparsos stillanti rore capillos.
Tandem Phœbus adest; morsusque inferre parantem
Arcet; et in lapidem rictus serpentis apertos
Congelat; et patulos (ut erant) indurat hiatus. 60
Umbra subit terras: et, quæ loca viderat ante,

bus: et Naides et Dryades gestaverunt vela obscura nigro colore, et comam scissam. Artus jacent locis dispersi. Hebre, excipis caput et citharam: atque, mirum, dum ea fertur medio flumine, queritur nescio quid lugubre, lingua exsanguis murmurat lugubre: ripæ reddunt lugubre. Jamque perductæ ad mare deserunt amnem patrium, et fruuntur littore Lesbi Methymneæ. Hic sævus serpens vultum appetit porrectum in sabulo extero, et comam madidam defluente aqua. Apollo adest denique, atque prohibet nitentem admovere dentes: et indurat in saxum os apertum anguis, et congelat rictus apertos, quales erant. Umbra pervadit terras, et relegit

unus *carbas. villo;* Jun. *pallæ.*—49 Berolin. *sparsosq.* pro *passosq.* Unus Mor. *pass. habuisse;* unde Heins. suadet *Naiadas et Dryadas; pass. habuisse cap.* ut referatur ad τὸ *dicunt.*—50 Pro *diversa,* Leid. *divulsa;* Arg. *dirisa;* alius *dispersa;* Med. *dimensa.*—51 Quinque libri *Jamq. mari.*—55 Alii Codd. *Methymnæi;* unus *Mitelenei.* Dein Spirens. *pot. littora.*—56 *Expositum* est ex vet. exemplari et impressis aliquot; vulg. *exposito;* in Cælest. *expositus:* in Berolin. *et positum.* Unus Vatic. *anguis in herbis.*—57 Quidam, *obstitit* pro *os petit.* Sic legit etiam Planudes, qui vertit, ἄγριος ὄφις ἀντέστη. Posth. vs. vulgo inserebatur: *Lambit et hymniferos inhiat direllere vultus,* quem jam Ciofan. delendum judicavit. Pro eo in Voss. Ms. *Extemplo morsu cedit laniare ferino.* Heins. conj. *cepit laniare.* Capoferreus censet, ex duobus versibus conficiendum hunc unum: *os petit, et sacros inhiat direllere vultus,* cum de capillis otio-

NOTÆ

49 *Naides*] Fontium et fluviorum nymphæ.

Dryades] Nymphæ sylvarum incolæ.

50 *Hebre*] Qui fluvius est Thraciæ.

55 *Methymnææ*] Fuit Methymna urbs Lesbi optimo vino celebris.

Lesbi] Est Lesbos Ægæi insula clarissima, Thraciæ opposita, quam hodie Mitylenem ab urbis nomine appellant.

58 *Phœbus*] Apollo, Orphei pater; qui filii curam post fata suscepit. Qua ex re integritatis suæ vindicem adesse Deum colligere debent sapientes.

61 *Ante*] Cum Eurydicen uxorem repetiturus Orpheus ad Inferos descenderat, ut supra vidimus.

Cuncta recognoscit. Quærensque per arva piorum
Invenit Eurydicen, cupidisque amplectitur ulnis.
Hic modo conjunctis spatiantur passibus ambo:
Nunc præcedentem sequitur: nunc prævius anteit: 65
Eurydicenque suam jam tuto respicit Orpheus.

Fab. II. Thraciæ mulieres in Arbores.

Thraciæ matronæ, quæ cædi interfuerant Orphei, a Libero ulciscente æmulum scientiæ suæ, in arbores varias abierunt.

Non impune tamen scelus hoc sinit esse Lyæus;
Amissoque dolens sacrorum vate suorum,
Protinus in sylvis matres Edonidas omnes,
Quæ fecere nefas, torta radice ligavit. 70
Quippe pedum digitos, in quantum quæque secuta est,
Traxit: et in solidam detrusit acumine terram.
Utque suum laqueis, quos callidus abdidit auceps,
Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri:

omnia loca quæ ante conspexerat: atque lustrans campos piorum reperit Eurydicen, et amplectitur avidis brachiis. Hic modo uterque ambulant æquis gressibus: modo sequitur antecedentem: modo præcedens antevertit; atque Orpheus jam retorquet visum in suam Eurydicen secure.

11. *Non tamen Bacchus patitur hoc flagitium esse inultum; atque indignans vate sublato sacrorum suorum, repente compescuit sinuosa radice in sylvis omnes mulieres Thracias quæ admiserunt scelus. Namque corripuit digitos pedum, sicuti quælibet secuta est, et immisit in terram duram acumine. Et sicubi avis, cum implicuit suum pedem laqueis, quos subdolus auceps texit, et advertit se captum esse, sese torquet,*

sam mentionem esse contendat. Multi antiqui, *sparso stillantes.*—63 Med. *avidisque;* Bas. *trepidisque.* Alter Twisden. *amplect. alis;* ut *alas* pro brachiis posuerit.—64 Maz. *modo conjuncti spat.*—66 In uno Ciofani *jam tutus.*—68 Berolin. *Admissoq. luens sacr.*—70 *Fecere* dedit Heins. ex pr. R. pr. Med. pr. Bas. Exc. I. et sex aliis; vulg. *videre.*—72 *Sol. declusit, demisit, destruxit, de-*

NOTÆ

62 *Arva piorum*] Quos campos Elysios vocitare consueverunt.

66 *Tuto*] Cum olim eandem videndi desiderio perdidisset, ut superiori libro vidimus.

67 *Lyæus*] Liber est Pater, seu Bacchus, qui curas solvit.

68 *Vate*] Orpheus enim plurimos in Bacchum pulcherrimos hymnos conscripserat; atque insuper sacra ejus in Græciam invexerat.

69 *Edonidas*] Thracias; Edones namque populi sunt Thraciæ.

Plangitur; ac trepidans astringit vincula motu: 75
Sic, ut quæque solo defixa cohæserat harum,
Exsternata fugam frustra tentabat. At illam
Lenta tenet radix, exultantemque coërcet.
Dumque ubi sunt digiti, dum pes ubi quærit, et ungues,
Aspicit in teretes lignum succedere suras. 80
Et conata femur mœrenti plangere dextra,
Robora percussit. Pectus quoque robora fiunt:
Robora sunt humeri: porrectaque brachia veros
Esse putes ramos; et non fallare putando.

Fab. III. Contacta a Mida et arena Pactoli in Aurum.

Liber, Thracia digressus, cum Tmolum montem Lydiæ comitatus Bacchis peteret, Silenus ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt. Agnitus ab eo, exceptus est, et Libero advenienti redditus. Quod ob beneficium optandi Deus veniam ei dedit, si quid vellet, a se peteret. Ille ut quæque contigisset, aurum fierent: quod ei inutile fuit. Cui Deus petenti ut restitueretur sibi fecit. Jussit enim ad flumen Pactolum perveniret, ibique se lavaret, et sic rediret in pristinum statum, unde aqua aurei coloris esse cœpit.

Nec satis hoc Baccho est: ipsos quoque deserit agros: 85
Cumque choro meliore, sui vineta Tymoli,

et sese agitans coarctat laqueos motu: sic, ut quælibet harum terræ affixa cohæserat, attonita incassum meditabatur fugam: quippe radix flexilis illam impedit, et reprimit sese jactantem. Et dum scrutatur ubi sint articuli, ubi pedes, et ungues, advertit lignum superrenire in suras et pedes politos. Cumque tentasset perentere femur manu lugenti, percussit lignum: pectus etiam mutatur in lignum: humeri sunt lignum: et credas lacertos extensos esse veros ramos; neque decipiaris credendo.

III. *Neque istud satis est Baccho: destituit etiam ipsos campos; atque concedit cum agmine meliore in vineta sui Tymoli et ad Pactolum; quanquam neque tunc*

****

trivit, detraxit, defixit est in Codd. legere.—75 Barberin. *ac trepidus.* Supra ad III. 125. Heins. monuit scribendum, *trepido substringit:* sic *substricta ilia, substricta crura* alibi leguntur. Idem conj. *trepidans astr. r. motus*, aut, *trepidante...motu.* Cant. et Jun. *vimina* pro *vincula* habent, quæ Burm. de laqueis ex vimine factis accipiebat.—76 Vulg. *Sic quæcumque*, quod Heins. abolevit trium Mss. auctoritate.—78 Duo *longa tenet*.—79 *Quærit* ex uno vetusto metri causa prætulit Regius; vulg. *petit.*—80 Exc. Langerm. *Respicit in ter.* O. et unus Heins. *Prospicit.* Deinde in multis vett. *lign. succrescere.*—83 Plurimi *longos quoque brachia veros*, vel *vera*, vel *tandem*; et Pal. *fortes:* pr. Bas. et Bernegg. *veros quoque brachia longa:* Heins. putabat *porrectaq. brachia vara*, vel *varos.*—81 Berolin. *non fallere.*—86 Pro *vineta* nonnulli legunt *pineta*,

Pactolonque petit: quamvis non aureus illo
Tempore, nec caris erat invidiosus arenis.
Hunc assueta cohors Satyri, Bacchæque frequentant:
At Silenus abest. Titubantem annisque meroque 90
Ruricolæ cepere Phryges: vinctumque coronis
Ad regem traxere Midan: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo.
Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,
Hospitis adventu festum genialiter egit 95
Per bis quinque dies, et junctas ordine noctes.
Et jam stellarum sublime coëgerat agmen
Lucifer undecimus, Lydos cum lætus in agros

erat aureus, neque invidiosus pretiosis arenis. Hunc comitantur turba solita Satyri et Bacchæ: at Silenus desideratur. Agrestes Phryges comprehenderunt vacillantem ætate et vino; atque duxerunt coronatum sertis ad regem Midan; quem Orpheus Thracius docuerat orgia cum Eumolpo Atheniensi. Qui statim atque cognovit sodalem et conscium sacrorum, festum celebravit per voluptatem hospitis adventu, decem diebus, et continuis noctibus. Et jam Phosphorus undecimus congregaverat excelsum chorum stellarum, cum Rex hilaris ivit in agros Lydos, et

vel *spineta*, vel *dumeta*. *Tymoli* etiam scribitur aliquando *Timoli*, vel *Tumoli*.—88 Quatuor libri *nec fulvis*.—89 Gron. et quatuor alii *Bacch. sequuntur*.—91 Mor. *cep. senes*; Jun. *bores*. Quidam *vinct. catenis*; et alii *colonis*; et tunc legendum *cinctumque*.—92 Ex Arund. profert Heins. *traxere* pro vulg. *duxere*, ut apud Virg. Æn. II. 58. 403. *Midan* etiam ex melioribus; alii *Midam*.—93 In Berolin. scribitur *Eumolpho*.—94 *Quem sim.* undecim libri.—96 *Et bis quinque dies* unus Heinsii: *per quis quinos* unus Med. unde Heinsius, *bis quinosque dies*.—98 Arg. *cum lentus in*, quod Heins. verum putabat, quia apud

NOTÆ

86 *Tymoli*] Qui mons est Lydiæ optimi vini fertilis.

87 *Pactolon*] Fluvius est Lydiæ aureis arenis notissimus.

Non aureus] Quod ex sequentibus cognoscetur.

90 *Silenus*] Bacchi fuit nutritius et pædagogus, ejusdem comes assiduus, semper ebrius, pando asello vehi solitus: de quo jam supra lib. IV.

91 *Phryges*] Qui populi fuerunt minoris Asiæ Lydis finitimi.

92 *Midan*] Phrygiæ rex fuit per avaritiam factus opulentissimus, auri pretio jura omnia exæquare solitus: ex quo locus datus fabulæ.

93 *Orgia*] Eo nomine Græcis a furore dicta sunt Bacchi sacra, de nocte maximis clamoribus, et pudore omni posthabito, celebrari solita: de quibus lib. III.

Cecropio] Atheniensi; a Cecrope primo Atheniensium rege: fuit et alius Eumolpus Thracensis, Neptuni filius.

Eumolpo] Hic Orphei fuit discipulus, quem Suidas Musæi facit filium.

97 *Coëgerat*] Id est, undecimus dies advenerat. Fingitur autem stellas cogere Lucifer seu Veneris stella, quod ultima, adventante die, luceat.

Rex venit; et juveni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum, sed inutile, fecit 100
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille male usurus donis, ait, Effice, quicquid
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraque munera solvit
Liber; at indoluit, quod non meliora petisset. 105
Lætus abit; gaudetque malo Berecynthius heros:
Pollicitamque fidem tangendo singula tentat.
Vixque sibi credens, non alta fronde virentem
Ilice detraxit virgam: virga aurea facta est.
Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro. 110
Contigit et glebam: contactu gleba potenti
Massa fit. Arentes Cereris decerpsit aristas:
Aurea messis erat. Demtum tenet arbore pomum:
Hesperidas donasse putes. Si postibus altis

restituit Silenum juveni alumno. Deus lætus nutritio recuperato potestatem dedit gratam, sed frustraneam, petendi quodvis *donum. Ille male collocuturus beneficium, Fac, inquit, ut quicquid attigero corpore mutetur in flavum aurum. Bacchus favet votis, atque expendit dona obfutura; atque indoluit, quod non poposcisset potiora. Heros Berecynthius discedit hilaris, et lætatur malo, et periculum facit fidei promissæ quælibet tangendo. Atque ægre sibi confidens, deripuit quercu humili virgam virentem foliis: virga facta est aurea. Tollit humo silicem; silex etiam flavet auro. Tetigit etiam cespitem, cespes mutatur in massam potenti contacta. Detraxit spicas aridas frumenti, messis erat aurea. Tractat pomum decerptum ex arbore, credas Hesperidas dedisse. Si admovit digitos excelsis postibus, postes*

Calpurn. Ecl. VII. 'Lentus ab urbe venis.'—100 Heidelb. *Hic D.* Vulg. *D. optanti;* ex Pal. D. Heins. protulit *optandi,* quod melius putat.—101 Heins. ex Urbin. recepit *altore* pro vulg. *alitore.*—104 Gron. et quatuor alii *Ann. optanti, noc.*—105 Vulg. *Lib. et ind.* Burm. præfert *at* cum uno R.—106 Alii *gaud. datis,* vel *dato;* Med. unus *sibi.*—107 *Pollicitamq.* est ex Heins. emend. et sic Berolin. vulg. *Pollicitique:* alii *Pollicitisq. pollicitaq.* vel *pollicitoq.*—108 Quatuor libri *alt. fronte vir.*—109 Politiani et duo Med. *Ilice depressit;* tres *decerpsit;* quatuor *decerpit.*—110 Pal. *saxamque impalluit aur.*—111 Leid. *Corripit et.* Heins. vult *ut gleb.*—112 Sprotii liber, *Cererem.* Tunc Heins. volebat, *arentis Cererem d. aristæ;* Burm. vero *arenti...aristæ,* ut *Cares* sint spicæ vel grana, unde panis conficitur; ut VIII. 292. et passim.—113 Heins.

NOTÆ

99 *Alumno*] Baccho, scilicet.

101 *Altore*] Sileno.

102 *Male usurus*] Ut postmodum patebit.

106 *Berecynthius*] Midas rex Phrygiæ, a Berecyntho monte sic dictus.

112 *Massa*] Eaque aurea.

114 *Hesperidas*] Quas, Hesperi filias, hortos aureis pomis pretiosos habuisse antea vidimus.

Admovit digitos ; postes radiare videntur. 115
Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
Unda fluens palmis Danaën eludere posset.
Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens
Omnia. Gaudenti mensas posuere ministri,
Exstructas dapibus, nec tostæ frugis egentes. 120
Tum vero, sive ille sua Cerealia dextra
Munera contigerat, Cerealia dona rigebant.
Sive dapes avido convellere dente parabat,
Lamina fulva dapes admoto dente nitebant.
Miscuerat puris auctorem muneris undis, 125
Fusile per rictus aurum fluitare videres.
Attonitus novitate mali, divesque, miserque
Effugere optat opes : et, quæ modo voverat, odit.

videntur micare. Cum ille insuper abluerat manus aquis liquidis, aqua liquida posset decipere Danaën. Vix ipse continet mente spes suas, fingens omnia aurea. Famuli admoverunt lætanti mensas congestas epulis, neque vacuas panis. Tum vero, sive ille attigerat sua manu dona Cerealia, dona Cerealia dura fiebant. Sive cupiebat frangere epulas dente famelico, epulæ radiabant flava lamina dente admoto. Temperaverat Bacchum auctorem doni aquis limpidis, cerneres aurum liquidum per os currere. Exsternatus novitate mali, et opulentus, et infelix cupit vitare divitias,

conj. *mess. erant*, nempe, aristæ.—114 Berolin. *Hesperides*.—116 Heins. malebat *Illi etiam*. Gron. *palm. ut laverit ;* Arund. etiam *laverit*.—117 Octo *Dan. deludere ;* et deinde multi addunt vs. hunc, *Corporis et membris resplendunt aurea vestis*, vel *e membris*.—120 Tres libri *nec coctæ frug*.—123 Unus Leid. *avid. confringere ;* octo *contingere*.—124 Heins. ex vett. multis profert *nitebant ;* vulg. *nitebat:* alii *premebat*, vel *premebant ;* unus Leid. *carebant ;* Cod. Politiani, et octo Heins. *rigebant ;* nonnulli *negabat*, vel *negabant :* denique Heins. conj. *crepabant*, et Burm. *virebant*, ut auro convenientius.—126 Duo libri *Fluxile per rict*.—128 Heins. conj. *quas mod.* Deinde alii *noverat.*

NOTÆ

117 *Danaën*] Quæ, Acrisii filia, imbre aureo, in quem Jupiter mutatus, clusa fuit : ut dictum in superioribus.

118 *Aurea*] Vel hoc uno asinimas aures meruit homo insanus; ex cujus tamen brevi exorituro exitio, magis a Deo quæ ipse nobis bona esse novit, quam quæ impense concupiscimus, petenda esse, discere non pœnitebit.

122 *Rigebant*] Quia in aurum mutabantur.

125 *Auctorem muneris*] Bacchum, scilicet, per quem vinum intelligitur.

127 *Divesque*] Quot ejusmodi Midæ Tantalique avari et sordidi vivunt, auro semper inhiantes, de eo vix unquam delibantes! Tandem tamen Midas quas tantopere opes expetiverat odit. At vero istis multo magis deest quod habent quam quod non habent ; qui eo graviore amittendi metu torquentur, quo sunt beatiores.

Copia nulla famem relevat: sitis arida guttur
Urit, et inviso meritus torquetur ab auro. 130
Ad cœlumque manus et spleadida brachia tollens,
Da veniam, Lenæe pater; peccavimus, inquit:
Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccasse fatentem
Restituit, pactamque fidem, data munera, solvit. 135
Neve male optato maneas circumlitus auro,
Vade, ait, ad magnis vicinum Sardibus amnem;
Perque jugum montis labentibus obvius undis
Carpe viam; donec venias ad fluminis ortus.
Spumiferoque tuum fonti, qua plurimus exit, 140
Subde caput: corpusque simul, simul eluc crimen.
Rex jussæ succedit aquæ. Vis aurea tinxit

atque aversatur quæ modo expetiverat. Nulla affluentia minuit famem: sitis urens inflammat fauces, et meritus cruciatur ab auro invidioso. Atque tendens palmas et splendida brachia ad cœlum, Ignosce, ait, pater Lenæe; deliquimus. Sed, oro, miserere, atque subtrahe ruinæ splendidæ. Bacchus lene Deorum numen reficit agnoscentem deliquisse, et solvit fidem promissam donaque exhibita. Neve, inquit, sis obductus auro prave desiderato, ito ad fluvium proximum claris Sardibus, atque incede occurrens aquis fluentibus per cacumen montis, usquedum pervenias ad fontes fluvii: et submitte tuum caput scaturigini spumanti qua uberrima erumpit: et abluc simul corpus et crimen. Rex adit aquam indictam. Vis aurea infecit

---

—130 *Meritus* ex plerisque scriptis Heins. recepit; vulg. *merito.*—133 Tres libri *pretiosoque.*—134 Burm. mallet *Mit. Deus num.*—135 Vulg. *Rest. factiq. fide dat.* sec. Med. cum N. pro var. lect. *pactique;* dein alii plures *fidem:* pr. Hamburg. Fragm. Theatin. et duodecim alii *factaq. fide;* tert. Med. *fatiq. fide;* pr. Gron. *factamq. fide:* unde Heins. refingit *pactamque fidem.* Burm. mallet ita distinguere et legere: *Restituit. Pactamque fidem, data munera, solvit;* ut sint verba Bacchi.—136 *Maneas* est a sec. Pal. Arund. Fl. S. Marci, N. aliisque multis; ceteri *mancat.*—138 Vulg. *jug. ripæ lab.* Emendat Heins. *montis* quatuor Mss. auctoritate; malit tamen *Tmoli,* aut *rupis:* quidam hic habent *ritæ. Undis* etiam Heins. suadet fide Codd. Cælest. et Ma. pro vulg. *ulnis.*—140 *Spumiferoq.* ex melioribus Heins. profert; vulg. *Spumigeroq.*—141 Gron. Sprotii, et Thuan. *sim. ablue.* Deinde Cæsen. Exc. et Menard. et alii *crimem.*—142. 143 Berolin. *aur. flumen Tinxit.* Pro *Flumen* Heidelb. *Flu-*

NOTÆ

132 *Lenæe*] Bacche: nam id illi apud Græcos a torcular datum nomen.

133 *Speciosoque*] Atqui ejusmodi est quodcumque homines in barathrum prolicit.

134 *Fatentem*] Ea est prima conditio, sine qua fieri nequit ut quisquam a malo liberetur.

137 *Sardibus*] Fuit Sardis, seu Sardes, urbs Lydiæ, Cræsi regia, quam Pactolus præterfluebat.

Flumen, et humano de corpore cessit in amnem.
Nunc quoque jam veteris percepto semine venæ
Arva rigent, auro madidis pallentia glebis. 145

Fab. IV. Midæ aures in Asini aures.

Pan, cum Tmolum montem Lydiæ frequentans fistula se oblectaret, elatus gloria agrestium Nympharum, Apollinem in certamen devocavit. Judice ergo Tmolo, cujus mons erat, cum victoria Apollini esset adjudicata, Midæ regi supradicto assidenti soli displicuit. Quam ob causam Apollo, ob eandem stultitiam, quam et supra gesserat in Liberi patris voluntate, iratus, aures ejus asininæ ut essent sempiterno, effecit, cujus judicium nulli rei facerent. Qui tamen fertur Midas esse Matris Magnæ filius: sic enim cum Hesiodo consentit Ovidius.

Ille, perosus opes, sylvas et rura colebat,
Panaque montanis habitantem semper in antris.
Pingue sed ingenium mansit: nocituraque, ut ante,
Rursus erant domino stolidæ præcordia mentis.
Nam, freta prospiciens, late riget arduus alto 150
Tmolus in ascensu, clivoque extentus utroque,
Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypæpis.
Pan ibi dum teneris jactat sua carmina Nymphis,

fluvium, et transiit a corpore humano in flumen. Nunc etiam campi, pallidi glebis plenis auro, induruerunt semine admisso venæ jam veteris.

IV. *Ille exosus divitias frequentabat sylvas et arva, et Pana degentem semper in speluncis montanis. Sed indoles crassa permansit; et cor fatuum denuo obfuturum domino ut prius. Nam Tmolus excelsus difficili ascensu riget late, prospiciens maria; et porrectus colle utroque hinc terminatur Sardibus, illinc exiguis Hypæpis. Dum Pan ibi jactat suos versus mollibus nymphis, et canit tenuem cantilenam fistul i*

mina.—144 Heins. malebat *tam vet.* Tunc quinque libri *præcepto.*—145 Unus Heins. *aur. rigidis pall.* Med. et Barb. *validis.* Dein Fr. *pallantia;* unus Heins. *placentia;* Boschii, Thysii, et Arg. *parentia.*—146 Burm. conj. *Inde peros. Sylvasque* Heins. volebat cum Aldin. et aliis Edd.—147 Complures *in arvis.*—149 Multi scripti *dom. stultæ præc.*—150 Fragm. Theatin. *prosp. magno rig. ard. alte.* O. etiam et quidam alii *alte:* Cæsen. *arcto.*—151 Fragm. Theatin. et duo alii *in accessu.* Alii *clivoq. extensus.*—154 U-

NOTÆ

147 *Panaque*] Fuit Pan pastorum Deus, semicaper, et cornutus, de quo Met. I.

152 *Hypæpis*] Fuerunt Hypæpæ, seu Hypæpa in singulari numero, ut alii efferunt, urbs Lydiæ Veneri sacra.

Et leve cerata modulatur arundine carmen;
Ausus Apollineos præ se contemnere cantus, 155
Judice sub Tmolo certamen venit ad impar.
Monte suo senior judex consedit; et aures
Liberat arboribus. Quercu coma cœrula tantum
Cingitur; et pendent circum cava tempora glandes.
Isque Deum pecoris spectans, In judice, dixit, 160
Nulla mora est. Calamis agrestibus insonat ille:
Barbaricoque Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine delinit. Post hunc sacer ora retorsit
Tmolus ad os Phœbi: vultum sua sylva secuta est.
Ille caput flavum lauro Parnasside vinctus 165
Verrit humum Tyrio saturata murice palla:
Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis

cera compacta, non veritus est spernere carmina Apollinea præ se. Descendit ad iniquum certamen, Tmolo arbitro. Arbiter ætate provectior sedit super suo monte, et removet arbores ab auribus: capilli cœrulei tantum sunt redimiti quercu, et glandes pendent circum depressa tempora. Isque intuens Deum pecoris, Nulla, inquit, est cunctatio in arbitro. Ille intonat arundinibus campestribus, atque demulcet Midan (nam forte præsens erat cantanti) cantu inculto. Post hunc Tmolus sacer convertit vultus ad ora Apollinis: sua sylva secuta est vultus. Ille habens caput aureum redimitum lauro ex Parnasso petita radit terram palla imbuta murice Tyrio; atque tenet a sinistra lyram decoram gemmis et ebore: manus altera tractavit

nus *meditatur arund.* sed plurimi *moderatur:* nec inelegans videtur Burm. lectio Leid. *jaculatur.*—159 Sec. Mor. *baccæ* pro *glandes.*—160 Et hic Burm. mallet *Inde D.* Berolin. quidem habet *Inque.* Tres libri etiam *Me jud,*—161 Pr. Med. *agrest. intonat ill.* probante Heins.—163 *Delenit* pro vulg. *deliniit,* ex Fl. S. M. restituit Burm. et ita semper scribendum judicat. Antiqui plurimi mox, *ora resolvit;* unus Valic. *remisit.*—164 Sex non inelegant, *dominum sua silva.*—165 Med. *Cap. parvum Lur.* Leid. *fulvum.* In uno V. *Parnass. cinctus.*—166 Unus Bas. *Sulcat hum.*—167 Vulg. *Distinctamque lyram gemmis: Instructamque lyram* O. quart. Med. et decem alii. *Distinctamque fidem* Bernegg. et unus Med. *Instructamque fidem* Fl. S. Marci, Spirensis et

NOTÆ

154 *Cerata*] Cera compactis calamis.

156 *Tmolo*] Tmoli montis Deo præside.

165 *Parnasside*] Ex Parnasso Apollini sacro monte decerpta.

166 *Saturata*] Dibapham seu bis tinctam purpuram intelligit; quam pretiosissimam Tyro Phœniciæ urbe peti jam sæpe diximus. Phœbi autem habitum ornatumque habes quoque apud Tibullum III. 4.

167 *Fidem*] Seu potius citharam. Synecdoche est.

Dentibus] Ebore.

Sustinet a læva: tenuit manus altera plectrum.
Artificis status ipse fuit. Tum stamina docto
Pollice solicitat: quorum dulcedine captus 170
Pana jubet Tmolus citharæ submittere cannas.
Judicium sanctique placet sententia montis
Omnibus. Arguitur tamen, atque injusta vocatur
Unius sermone Midæ. Nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram; 175
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet;
Instabilesque imo facit; et dat posse moveri.
Cetera sunt hominis: partem damnatur in unam:
Induiturque aures lente gradientis aselli.

Fab. V. Cannæ vocales.

Refert quoque deformitatem illius: quam cum veste celaret, ut famulus vidit, neque eloqui posset, quod ejusdem Dei mentem in aures haberet. Qui rursus obruat arena arundines enatæ, agitatæque vento deformitatem Midæ indicarent.

Ille quidem celat, turpique onerata pudore 180

plectrum. Ipse fuit status artificis. Tum tangit chordas perito pollice; quarum suavitate delinitus Tmolus, Pan cogitur subjicere fistulam lyræ: atque judicium et arbitrium sancti montis probatur omnibus. Improbatur tamen, et dicitur iniquum oratione solius Midæ. Atque Delius prohibet aures fatuas servare formam humanam: sed amplas facit, atque implet pilis albis, et reddit mobiles ab infima parte, et causæ est posse agitari. Reliqua sunt hominis. Mulctatur uno membro, et oneratur auribus asini tarde incedentis.

v. *Ille quidem occultat, atque conatur tegere tiaris purpureis tempora gravata*

unus V. quod et amplectitur Heins.—169 Pro *ipse*, quidam *ille*; plures *iste*. Berolin. *fuit*: *cum st.* Unus Cod. *tum carmina.*—173 Voss. *injust. notatur.*—175 Berolin. *patitur stolidas.*—176 Fl. S. Marci, et Spirensis *vill. ardentibus*; Heins. conj. *horrentibus.*—177 Vulg. *Instabil. illas fac.* complures Codd. *imas*; alii *imc*; Thuan. opt. Spirens. sec. Pal. et alius *imo*, quod et Heins. placebat: Cant. habet *Midæ.*—180 Vulg. *Ill. q. celare cupit, turpiq. pudore*: sec. Pal. et

NOTÆ

169 *Stamina*] Pro chordis posuit.

171 *Cannas*] Ex quibus constabat victi Dei fistula.

174 *Unius*] Plures sunt hodie, quos magis vel canum etiam latratus quam Apollinis cantus demulceant: quibus quidem asinorum aures si succrescerent, peritis saltem non oblatrarent. *Delius*] Apollo, in Delo insula natus.

175 *Stolidas*] Quæ stolidi et bruti sunt asini. Atque hæc Midæ aurium metamorphosis vel ex earum naturali

Tempora purpureis tentat velare tiaris.
Sed, solitus longos ferro resecare capillos,
Viderat hoc famulus. Qui, cum nec prodere visum
Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,
Nec posset reticere tamen, secedit; humumque 185
Effodit: et, domini quales aspexerit aures,
Voce refert parva; terræque immurmurat haustæ.
Indiciumque suæ vocis tellure regesta
Obruit, et scrobibus tacitus discedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus 190
Cœpit: et, ut primum pleno maturuit anno,
Prodidit agricolam. Leni nam motus ab Austro
Obruta verba refert; dominique coarguit aures.

pudendo probro. Ast minister qui consueverat ferro tondere prolixos crines istud spectaverat: qui cum vereretur propalare spectatum probrum, cupiens emittere in aërem, neque tamen posset silentio premere, seorsum abit, et eruit terram, et narrat exiguo sono quales viderit aures domini, et immurmurat terræ erutæ: atque tegit indicium suæ vocis terra repulsa, et fossis tectis, silens abit. Sylva spissa mobilibus cannis ibi cœpit crescere; atque, ubi primum maturuit exacto anno indicavit cultorem: namque agitata a miti Noto reddit voces defossas, et culpat aures domini.

pr. Bas. *turpemq. pudorem:* sed duo Mor. Arund. O. pr. Bon. Zulich. et unus Voss. nostram lectionem exhibent.—181 Duo libri *velar. coronis.*—183 Bothius corr. *Vid. hæc fam.* ut sit, hæc tempora.—184 Duo libri *Auderet facinus, cup.* Deinde Mor. *deferre;* et duo *per aur.*—186 Bonon. *Confodit: et;* Bas. *Occulit.* Unus Heins. *et domino.* Decem *conspexerat;* plurimi *aspexerat.*—187 Berolin. *Parva voce refert.*—189 Quatuor ex melioribus *tac. descendit;* nonnulli *discessit.*—190 Quatuor libri *trem. ubi.* Tres *ibi crescere luc-* —191 Arund. *prim. maturo induruit ævo;* in uno *plen. matur. ævo.*—192 A Burm. hæc vox *agricolam* suspecta est; sed nec scripti variant, nisi quod in Jun. est *Argolicum,* et in Fl. *agricola;* conj. ergo *arcanum,* vel *agricolis.* Deinde Bas. *nam leni tactus ab A.* unus *leni cum;* novem *leni jam.*—193 Voss. *dom. redar-*

NOTÆ

proceritate; vel ex eo, quod hinc inde et ubique corycæos haberet omnia subauscultantes quæ sibi referrent, nata videtur. Ceterum appositissime ea parte mulctatus Midas qua deliquerat; nec aliter evenire potest.

185 *Nec posset*] Impotentia animi, scilicet, quæ usque adeo impotentem non excusat, ut majori supplicio merito illum addicat, qui majori veniam petit.

188 *Indicium obruit*] Quod tamen in auras erumpet; ut tacenda quæ sunt omnino proferenda non esse mortales edoceat.

193 *Agricolam*] Tonsorem, scilicet; seu potius Midan, quem ille asini aures habere terræ immurmuraverat. Qua ex fabula omnes, servis plerumque infidis diffidendum, reges præsertim nihil turpe in se admittendum, quod statim atque terra conditi fuerint historicorum calami referant, apertissime possunt cognoscere.

Fab. VI. Neptunus et Apollo in Homines.

Inter Sigæum Rhœtæumque promontoria, quo loco ara Jovis Panomphæi Phrygibus est consecrata, Laomedon, Capys filius, cum Ilium poneret, Apollo ac Neptunus, in homines versi, operas suas æstimati ad exstruendum murum addixerunt. Quibus perfectis, pactum aurum Laomedon negavit: ita tamen ut Neptunus perfidia regis offensus in agros ejus mare mitteret, omnesque fructus obrueret. Supra quam pœnam coëgit eum Hesionen filiam marinæ prostituere belluæ. Qua liberata ab Hercule, rursus in fraude cognitus: equos enim, quos ob salutem virginis pactus erat, ei abnegavit. Ideoque ille, expugnato Ilio, Hesionen abreptam Telamoni, qui socius militiæ fuerat, copulavit.

Ultus abit Tmolo, liquidumque per aëra vectus
Angustum citra pontum Nepheleidos Helles 195
Laomedonteis Letoïus astitit arvis.
Dextera Sigæi, Rhœtæi læva profundi
Ara Panomphæo vetus est sacrata Tonanti.
Inde novæ primum moliri mœnia Trojæ
Laomedonta videt: susceptaque magna labore 200
Crescere difficili; nec opes exposcere parvas.

vi. *Latoius ultus discedit a Tmolo, atque sustentatus aëre fluido substitit citra angustum mare Helles Nepheleidos in campis Laomedonteis. Vetus est altare dicatum Jovi Panomphæo inter* promontorium *Sigæum a dextra,* et *altum Rhœtæum a sinistra. Inde aspicit Laomedontem primum statuentem muros novæ Trojæ; atque* videt *magna incepta tolli labore immenso; neque requirere exiguas divitias.*

guit; quatuor libri *exercuit.*—194 Schepperus mallet *Victor abit;* et sic habet R. in Mor. *ultor; vultus* est in multis. Voss. et Langerm. *aër. lapsus;* A. *motus.*—195 Pal. et Heidelb. *Argutum citr.* In uno Ciofan. *supra pont.* Arund. *portum* pro *pontum.*—196 Pro *Letoius* Berolin. dat *Latonius.*—198 Regius corr. *Panomphæo:* nam codices variant, *Panopæo, Panapæo, Panapeio, Panepeo, Panapeo,* exhibentes.—199 *Unde nov.* Med. Mor. et duo alii.—200 Berolin.

NOTÆ

194 *Ultus*] Apollo, scilicet, qui Midæ aures protraxerat.

195 *Helles*] Quæ Athamantis et Nepheles fuit filia, Phryxi soror, quocum novercæ insidias velleris aurei ariete fugiens, in mare decidit quod ab ea Hellespontus dictus est.

196 *Laomedonteis*] Quæ Laomedontis erant, Trojanorum regis.

Latoius] Apollo, Latonæ filius.

197 *Sigæi*] Sigæum et Rhœtæum notissima sunt Trojæ promontoria, inter quæ ara Jovi Panomphæo fuerat erecta.

198 *Panomphæo*] Id est, Eustathio interprete, qui omnium voces audiat,

Cumque tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam; Phrygioque tyranno
Ædificant muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur: et addit 205
Perfidiæ cumulum falsis perjuria verbis.
Non impune feres, rector maris inquit: et omnes
Inclinavit aquas ad avaræ littora Trojæ.
Inque freti formam terras convertit; opesque
Abstulit agricolis, et fluctibus obruit arva. 210
Pœna neque hæc satis est: Regis quoque filia monstro
Poscitur æquoreo. Quam dura ad saxa revinctam
Vindicat Alcides: promissaque munera, dictos
Poscit equos: tantique operis mercede negata,

Atque assumit figuram humanam cum patre tridentifero turgidi abyssi: et struunt mœnia regi Phrygio, auro promisso pro muris. Opus absolutum erat: tyrannus recusat mercedem, atque cumulat perfidiam fictis vocibus et perjurio. Non discedes inultus, inquit moderator æquoris: atque impulit omnes aquas ad littora sordidæ Trojæ. Et mutat solum in speciem æquoris; et rapuit diritias colonis, et premit campos undis. Neque hæc vindicta satis est; filia etiam tyranni petitur monstro marino. Quam rupi rigidæ alligatam Hercules liberat; atque petit equos monstratos mercedem promissam; et præmio negato tanti operis, potitur muris bis perjuris

scriptum habet *Laumedonta.*—201 Bas. *nec res.*—202 Mss. quidam *tumid. rectore;* alii *domitore.*—203. 204 Meliores, teste Heins. *Phrygioq.* et *Ædificant... pacti...aurum*, vel *pacto...auro:* olim edebatur *Phrygiæq. tyr. Ædificat mur. pactus p. mœn. aurum.*—207 Pro *inquit* pr. Twisden. *infit*, ut et alibi. Deinde Berolin. *et omnis.*—208 N. *ad curvæ litt. Mœnia* etiam plurimi pro *littora.*—209 Fl. et N. *terr. complerit; op.*—210 Vulg. *agros:* Heins. præfert *arva* ex pr. Pal. V. pr. Gron. et Cant. quia *agricolis* jam præcessit.—213 Berolin.

NOTÆ

vel omnium voce colatur.

202 *Tridentigero*] Neptuno, scilicet, cujus insigne tridens.

203 *Phrygio*] Qui Phrygiæ minori, quæ et Troas dicitur, imperavit.

204 *Ædificant*] Fictum istud ex eo volunt nonnulli, quod, ut scripsit Herodotus, Neptuni et Apollinis templa Laomedon ad Trojæ exstruenda mœnia expilaverit: quanquam alii Neptuni et Apollinis opem ad aquam referunt et calorem, quarum rerum beneficio lateritia mœnia ille idem rex excitavit.

207 *Non impune*] Quamobrem, beneficiis acceptis, non modo Deum omnium rerum fabricatorem non opus est contemnere; quin insuper adversus omnes gratum animum testari decet.

211 *Filia*] Hesione est.

213 *Alcides*] Hercules est, cui a robore apud Græcos illud quoque datum nomen.

214 *Equos*] Quos quidem ex Solis equorum progenie esse dicebant.

Bis perjura capit superatæ mœnia Trojæ. 215
Nec, pars militiæ, Telamon, sine honore recessit:
Hesioneque data potitur. Nam conjuge Peleus
Clarus erat Diva: nec avi magis ille superbit
Nomine, quam soceri. Siquidem Jovis esse nepoti
Contigit haud uni: conjux Dea contigit uni. 220

Fab. VII. Thetis Nympha in varias Formas.

Proteus cum Thetidi prædixisset, si vellet jugalis fieri, quod filium parente suo fortiorem procrearet. Jupiter, incensus pulchritudine est Nymphæ; qui, id sibi ne accideret, concubitum ejus refugit, et in successorem conjugii Peleum nepotem dedit: quem illa refugiens, modo in volucrem, modo in arborem, interdum in tigrim conversa, cum eluderet, Peleus Neptunum oravit, ut opem sibi ferret: qui cum Proteo preces ejus commendaret, ille emergens e mari Peleo mandavit, ut quiescenti Thetidi meridiano calore insidiaretur, eamque vinculis illigatam aggravaret; et quamvis in mille figuras converteretur, ne dimitteret, donec in pristinam rediisset formam. Sicque illa potitus, Achillesque Græcorum fortissimus procreatus est.

Namque senex Thetidi Proteus, Dea, dixerat, undæ,
Concipe: mater eris juveni, qui fortibus actis

Trojæ victæ. Neque Telamon, pars exercitus, abiit sine gloria: et gaudet Hesione tradita. Nam Peleus inclytus erat Dea uxore: neque ille magis gloriatur nomine avi quam soceri: siquidem non soli evenit esse nepoti Jovis: Dea uxor contigit soli.
VII. *Namque senex Proteus dixerat Thetidi, Dea undæ, concipe; eris genitrix*

Vendicat Alcid. Deinde pro *dictos* Codd. nonnulli *pactos*, vel *doctos*.—215 Quidam legunt *Bis peritura cap.*—216 Sixii et A. scriptum habent *Telamo.*—217 Pro *nam* Bothius mavult *jam*.—218 Leid. *nec avo.* 219 Heins. malebat *Numine, quam. Nepoti* est ex Fl. S. Marci, et uno Med. cui et N. alludit, in quo *nepote:* vulg. *nepotem*.—221 Mariangelus Accurs. legit *Prot. prædixerat udæ*, ut est in nonnullis Mss. ut Ep. III. 53. 'matris aquosæ.'—222 *Juveni* ex Exc. Langerm. et pr. Strozzæ pro vulg. *juvenis*. Pr. Med. et Bas. et Gron. O

NOTÆ

215 *Bis*] In Deos primo, deinde in Herculem.

216 *Sine honore*] Huic namque, Æaci filio, Hercules Hesionem, ob rem præclarissime gestam, præmii loco dedit: ex qua Teucrum suscepit.

217 *Peleus*] Qui Telamonis frater, Jovisque nepos, Thetidi, Nerei et Doridis filiæ, matrimonio est conjunctus.

219 *Soceri*] Nerei, scilicet, Oceani et Tethyos filii, vatis, Deique antiquissimi.

221 *Proteus*] Deus marinus fuit, Neptuni filius, phocarum seu vitulorum marinorum pastor.

Acta patris vincet; majorque vocabitur illo.
Ergo, ne quicquam mundus Jove majus haberet,
Quamvis haud tepidos sub pectore senserat ignes, 225
Jupiter æquoreæ Thetidis connubia vitat:
In suaque Æaciden succedere vota nepotem
Jussit; et amplexus in virginis ire marinæ.
Est sinus Hæmoniæ curvos falcatus in arcus:
Brachia procurrunt: ubi, si foret altior unda, 230
Portus erat: summis inductum est æquor arenis.
Littus habet solidum, quod nec vestigia servet;
Nec remoretur iter; nec opertum pendeat alga.
Myrtea sylva subest, bicoloribus obsita baccis.
Est specus in medio; natura factus, an arte, 235
Ambiguum; magis arte tamen: quo sæpe venire
Frænato delphine sedens, Theti nuda, solebas.

juvenis, qui superabit facinora patris strenuis facinoribus; et dicetur major illo. Adeoque, ne mundus quicquam haberet majus Jove, quanquam Jupiter corde arsisset flamma violenta, fugit conjugium Thetidis marinæ, et imperavit Æacidem nepotem succedere in sua vota, et venire in amplexus puellæ æquoreæ. Est sinus in Thessalia curvatus in arcus flexos; extrema protenduntur; ubi si fluctus essent tumidiores, erat portus: mare est extensum super extremis arenis. Habet littus firmum, quod neque accipiat pedum signa, neque impediat incessum, neque sit molle tectum alga. Sylva myrtea illud cingit opertu baccis bicoloribus. Est antrum in medio: dubium paratumne arte an natura; magis arte tamen: quo sæpe venire consueveras

Bernegg. et quinque alii dant *actis;* ceteri *armis.*—226 *Vitat* Heins. profert ex melioribus; plurimi alii *fugit.*—227 *In suaque* est ex multis Codd. vulg. *Inq. sua.* Dein unus Heins. *succed. jura nep.* Med. et Jun. *tecta.*—229 Zulich. *sin. Æmathiæ curv.* Unus Heins. *Hæmon. modicos falc.*—230 Pro *ubi* Heins. malebat *qui.*—233 Pr. Pal. Urbin. et duo A. *remor. aquis; nec.* scil. vestigia. —234 Pro *obsita* nonnulli *edita;* Arund. *absita.* Leid. *obsita conchis.*—235 Bas.

NOTÆ

225 *Haud tepidos*] Nam Thetidis amore Jupiter correptus fuerat.

226 *Vitat*] Jovi enim, qui ignis est, cum aqua seu Thetide coire non licet. Quanquam majora, atque etiam abstrusissima naturæ, sub hac contineri fabula arbitror.

227 *Nepotem*] Peleum, scilicet, Æaci filium, quem quidem Æacum Jupiter ex Ægina Asopi filia suscepit.

229 *Hæmoniæ*] Quam Thessaliam esse jam sæpe diximus.

233 *Pendeat*] Pendere videtur littus cum alga opertum est, quæ pedibus cedit.

Alga] Herba est nullius pretii, quæ in aquis marinis nascitur, pedes eorum alligans qui vada tentant, aut per ea incedunt.

Illic te Peleus, ut somno vincta jacebas,
Occupat: et quoniam precibus tentata repugnas;
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis. 240
Quod nisi venisses, variatis sæpe figuris,
Ad solitas artes; auso foret ille potitus.
Sed modo tu volucris; (volucrem tamen ille tenebat;)
Nunc gravis arbor eras: hærebat in arbore Peleus.
Tertia forma fuit maculosæ tigridis: illa 245
Territus Æacides a corpore brachia solvit.
Inde Deos pelagi, vino super æquora fuso,
Et pecoris fibris, et fumo thuris adorat.
Donec Carpathius medio de gurgite vates,
Æacida, dixit, thalamis potiere petitis. 250
Tu modo, cum gelido sopita quiescet in antro,
Ignaram laqueis vincloque innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit: dum, quod fuit ante, reformet.

nudo, Theti, vecta delphine frænato. Peleus illic te invadit cum struta esses sopore superata: et quoniam precibus delinita recusas, vim intentat, complectens colla ambobus brachiis. Quod nisi confugisses ad consuetas artes, formis sæpe mutatis, ille voto potitus esset. Verum tu nunc avis; (tamen ille premebat avem;) nunc magna eras arbor: Peleus stabat in arbore. Tertia figura fuit tigridis maculatæ: Æacides illa tremefactus tollit lacertos a corpore. Tum sacrum facit Diis maris, mero sparso super maria, et fibris pecudum, et fumo thuris: donec vates Carpathius dixit de medio abysso, Æacide, gaudebis votis thalamis. Tu tantum, cum dormiens jacebit in spelunca frigida, ligato nesciam funibus, et firmis vinculis. Neque te fallat mutata in mille formas; sed urge quicquid erit, donec restituat quod prius fuit. Pro-

Et spec.—237 Cant. *Thetis uda.*—238 *Vincta* ex Fl. S. Marci, Bernegg. pr. Med. Bas. Erfurt. et sex aliis; vulg. *victa.*—240 *Vincla* pro *colla* O. et Pal.—242 Barb. et tres alii *ausu for.*—243 Unus Ciofan. et Hamburg. *Nam mod.* unus Gron. *Si mod.* Heins. conj. *Seu;* et in seq. vs. *Seu* pro *Nunc.*—245 Unus Med. *form. tibi mac.*—247 *Inde* Burm. dedit ex Bas. quod jam Heins. expressit: vulg. *Isque;* multi etiam *Jamque;* sed unus Heins. *Inque:* Mor. *Postque.* Quinque etiam *Deum.*—248 R. et unus Heins. *thur. honorant.*—250 Vulg. *Æacide;* Unus Voss. et pr. Twisden. *Æacida:* at pr. Erfurt. *Æacidæ.*—251 Fl. S. Marci, unus Med. et unus Bonon. *cum rigido sop.* Vulg. etiam *quiescit;* sed multi *quiescet;* et tres *quieverit antr.*—252 Pal. sec. *laq. firmisque innect. catenis.*—253 Med. *cent. mutata fig.* Decem, *mentita figuris.*—254

NOTÆ

248 *Pecoris fibris*] Sacrificiis nempe marinorum Deorum favorem sibi conciliare studuit.

249 *Carpathius*] Proteus est, qui in Carpathio mari, a Carpatho insula dicto, habitat: de quo Virgilius, Ge. IV. 'Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cœruleus Proteus.'

Dixerat hæc Proteus, et condidit æquore vultum; 255
Admisitque suos in verba novissima fluctus.
Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat
Hesperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur consueta cubilia ponto.
Vix bene virgineos Peleus invaserat artus; 260
Illa novat formas: donec sua membra teneri
Sentit: et in partes diversas brachia tendit.
Tum demum ingemuit: Neque, ait, sine numine vincis:
Exhibita estque Thetis. Confessam amplectitur heros,
Et potitur votis; ingentique implet Achille. 265

teus hæc fatus erat; et abdidit faciem in mari; et recepit suas undas in verba ultima. Sol vergebat ad occasum, et tenebat mare occiduum curru prono, cum formosa Nereis, mari omisso, subit tectos solitos. Vix Peleus bene occupaverat membra virginea, illa mutat figuras, donec sentit suos artus esse ligatos, et porrigit lacertos in partes varias. Tum demum ingemuit: Neque, inquit, es fortior sine Deo; atque est Thetis reddita. Heros amplectitur confessam, et fruitur desiderio, et gravidam fecit magno Achille.

Heins. malebat *Perprime quicq.* ut Art. I. 394.—255 Berolin. *Dix. hoc*— 257 *Tenebat* ex melioribus; alii *petebat:* Heins. conj. *tepebat*, unde transpositis literis *petebat* natum sit.—259 *Ponto* ex melioribus Heins. dedit; alii *saxo*, vel *fluctu*.—260 Lib. Briant. *Pel. evinxerat art.* Cælest. et Farnes. *conjunxerat;* et ita quidam Heins. Codd. unus etiam *devinxerat*.—262 Alii *Sensit; et.* Nonnulli etiam *brach. tendens:* at in marg. Gryph. Ed. *tendi;* unde Heins. *in part. aversas brach. tendi.*—263 Heidelb. *ingem. neque;* et huic voc. ab al. man. suprascriptum *me non;* scil. *ingemuit: Me non sine, &c.*—

NOTÆ

258 *Fretum*] Atlanticum mare dicit, ad occasum porrectum, in quod condi videtur Sol vespertinus.

259 *Nereis*] Thetis, scilicet, Nerei filia.

261 *Sua membra*] In aqua fiunt generationes, cujus cum terra nulla nisi per minimas partes fieri potest conjunctio. Ceterum hanc alii fabulam ad historiam referunt; qui variarum insularum reginam Thetidem plurimis effugiis Pelei connubia vitasse volunt, donec incantam rapuerit. Fœminarum insuper levitatem constantia superandam hujus exemplo alii coarguunt: occasionem præterea subinde aliam atque aliam, quam captare, quaque sapienter uti oporteat, per Thetidem significari autumant.

263 *Neque*] Spiritum namque Dei opus est super aquas ferri, ut ex iis aliquid excernatur.

264 *Exhibita*] Formæ suæ restituta est, lubensque et facilis facta.

Fab. VIII. Dædalion in Volucrem.

Peleus, fratre Phoco interemto, profugus Trachina ad Ceyca Luciferi filium in hospitium venit. Hic accepit Dædalionis filiam Chionen speciosissimam fuisse: hanc a Mercurio per quietem oppressam: item ab Apolline in anum converso. Horum altero Autolycum furacissimum, qui ex albis nigra, et ex nigris alba faciebat, procreatum: ex Apolline item Philammona studiosissimum citharæ. Hanc etiam gloriantem, quod cum talibus concubuisset Deis, Dianæ pulchritudini se prætulisse. Confestim itaque illam, ut debuit, procacem ejus linguam sagitta incidisse, atque ex eo vulnere confestim interemtam. Qua calamitate Dædalion, cum se eodem rogo vellet consumi, neque eum proximi paterentur, ut Furiis instinctus montem Parnassum petiisset et se præcipitasset, antequam radicem montis contingeret, ab Apolline in accipitrem esse conversum.

Felix et nato, felix et conjuge Peleus;
Et cui, si demas jugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant. Fraterno sanguine sontem,
Expulsumque domo patria Trachinia tellus
Accipit. Hic regnum sine vi, sine cæde, tenebat 270
Lucifero genitore satus, patriumque nitorem
Ore ferens Ceyx; illo qui tempore mœstus,
Dissimilisque sui, fratrem lugebat ademtum.

viii. *Peleus et beatus filio, et beatus uxore; et cui, si tollas flagitium Phoci mactati, omnia bene cesserant. Terra Trachinia excipit reum necis fraternæ, atque exulem domo patria. Ceyx genitus patre Phosphoro, atque vultu referens splendorem paternum hic habebat imperium sine vi, sine cæde; qui eo tempore tristis, atque sui dispar flebat fratrem sublatum. Quo postquam Æacides lassus solici-*

264 Tres scripti *Exhibitaque Thet.*—267 Arund. Langerm. et unus Bas. *crim. fratris.*—270 Duo libri *Excipit: hic.* Deinde *tenebat* cum melioribus; vulg. *regebat.*—273 Unus Med. et tert. Bonon. *Dissimilemque,* quod Burm. putat

NOTÆ

267 *Phoci*] Quem Æaci filium fuisse lib. vii. vidimus; atque adeo, quanquam alia matre, Psamathe nimirum, Nerei filia, Pelei fratrem esse constat. Sævus fuit; quamobrem disco per quinquertii ludum a Peleo matri suæ gratificato occisus.

269 *Trachinia*] Quæ Thessaliæ est regiuncula, in qua urbs Trachin ab Hercule ædificata.

271 *Nitorem*] Luciferi enim stella valde clara est et radians.

273 *Dissimilis*] Nam præ se antea animi quandam hilaritatem ferre consueverat.

Fratrem] Dædalionem, scilicet,

Quo postquam Æacides fessus curaque viaque
Venit; et intravit paucis comitantibus urbem; 275
Quosque greges pecorum, quæ secum armenta trahebat,
Haud procul a muris sub opaca valle reliquit.
Copia cum facta est adeundi prima tyranni;
Velamenta manu prætendens supplice, qui sit,
Quoque satus, memorat, tantum sua crimina celat. 280
Mentitusque fugæ causam, petit urbe, vel agro
Se juvet. Hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquitur: Mediæ quoque commoda plebi
Nostra patent, Peleu; nec inhospita regna tenemus.
Adjicis huic animo momenta potentia, clarum 285
Nomen, avumque Jovem: nec tempora perde precando:
Quod petis, omne feres: tuaque hæc pro parte videto,
Qualiacumque vides. Utinam meliora videres!

tudine et itinere accessit, atque subiit urbem paucis stipantibus, et relictis gregibus pecudum, et armentis quæ secum ducebat, non longe a mœnibus in obscura valle; cum primum datus est locus conveniendi regis, porrigens velamina manu supplice, quis sit refert, et quo patre *genitus: tantum tacet sua flagitia: atque fingens causam exilii, poscit ut sibi auxilium præbeat urbis vel agri. Trachinius huic vicissim respondet leni vultu: Nostra bona concessa sunt etiam tenui populo, Peleu, neque possidemus imperium barbarum. Addis huic indoli validas rationes, nomen illustre, et Jovem avum: neque abutere tempore orando: habebis quodcumque poscis: atque credas hæc qualiacumque cernis tun esse pro parte: uti-*

defendi posse ex vs. 297.—276 Hoc *pecorum* Burm. putat additum esse a sciolo, qui credebat τὸ *gregis* id requirere, ut *armentis* opponi possent: in uno Heins. erat, *greg. secum, quos sec.* quod Burm. elegantius videtur: in Berolin. *pec. et quæ.*—277 Barb. *sub opaco colle rel.*—278 *Prima* recepit Heins. ex duobus Pal. pr. V. Cant. O. Calandr. Græviano, et decem aliis: vulg. *tecta.*—279 *Qui* ex melioribus; alii *quis.*—280 Bas. *Quore sat.*—281 *Mentitusq.* ex pr. Mor. aliisque multis Heins. dedit pro vulg. *Mentiturq.*—282 Bas. unus *Se recipi: hunc.*—283 Gudius ad Phædr. III. 19. ex Mss. profert *Medio quoq. comm. Phœbi;* et ipse legit *Phœbo.* Quatuor libri et pr. Mor. *quoq. mœnia pleb.*—284 Unus Med. et duo Mor. *inhosp. tectn.*—285 *Momenta* ex uno Voss. et Gron. pro var. lect. dedit Heins. pro vulg. *monumenta.*—286 Heidelb. *ne temp.*—287 *Videto* est Heins. lect. cum pr. Pal. V. et R. Cant. N. et Ur-

NOTÆ

hominem violentum, cujus postmodum fata Poëta enarrabit.

279 *Velamenta*] Oleæ nimirum ramos laneis vittis obvolutos, pacis symbolum.

282 *Trachinius*] Ceyx, scilicet.

283 *Mediæ*] Ut multo magis Peleo ejusque comitibus Ceycis regnum patere intelligatur.

285 *Huic*] Nostro per se et sponte in omnes benigno.

Et flebat. Moveat quæ tantos causa dolores,
Peleusque comitesque rogant. Quibus ille profatur: 290
Forsitan hanc volucrem, rapto quæ vivit, et omnes
Terret aves, semper pennas habuisse putetis.
[Vir fuit: et tanta est animi constantia, quantum]
Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,
Nomine Dædalion; illo genitore creatus 295
Qui vocat Auroram, cœloque novissimus exit.
Culta mihi pax est, pacis mihi cura tenendæ,
Conjugiique fuit: fratri fera bella placebant.
[Illius virtus reges, gentesque subegit:
Quæ nunc Thisbæas agitat mutata columbas.] 300
Nata erat huic Chione: quæ dotatissima forma
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.
Forte revertentes Phœbus, Maiaque creatus,
Ille suis Delphis, hic vertice Cylleneo,

nam potiora cerneres! Atque lacrymabatur. Peleus et socii exquirunt quæ causa cieat tantos mœrores. Quibus ille respondet: Forte existimetis hunc avem quæ vescitur præda, et fugat omnes aves, semper tectam fuisse plumis. Homo fuit, nomine Dædalion, et tantum est mentis robur, quantum sævus erat, et bello acer, atque expeditus ad cædem, genitus illo patre qui arcessit Auroram, et ultimus excedit cælo. Ego pacem amari, solicitus fui pacis servandæ atque connubii: crudelia bella grata erant fratri. Illius virtus vicit reges et nationes, quæ nunc transformata vexat columbas Thisbeas. Filia ei fuit Chione: quæ pulcherrima placuit mille rivalibus, viro matura quatuordecim annis. Forte Apollo, et filius Maiæ, redeuntes, ille suis Delphis, hic cacumine Cylleneo, hanc simul aspexerunt,

bin. aliisque; Marg. Bersm. *notato;* alii *vocato.*—290 Alii *Et Peleus comit.*—292 *Putetis* meliores pro vulg. *putatis.*—293 Nonnulli libri *et quanta est anim. const. tantum,* quod Bothius præferendum putat.—294 Gron. *armisque potens belloq. par.*—297 Pal. et octo alii *Cura mihi.* Cant. *Culpa;* Voss. *cuncta.* Deinde quidam Heins. *cur. tuendæ.*—298 H. vs. a Maz. abest.—300 Pro *Thisbeas* alii scribunt *Thebeas, Thisteas, Tybeas, Thesbeas.*—301 Barb. et Mor. *quæ laudatissima forma;* Berolin. *doctissima.*—302 *Procis placuit* Heins. dedit

NOTÆ

291 *Volucrem*] De accipitre loquitur, in quem Ceycis frater Dædalion mutatus.

296 *Qui vocat*] Periphrasis est Luciferi, qui appropinquante Aurora, quam vocare videtur, 'cœli statione novissimus exit.'

300 *Thisbæas*] Quæ in Thisbe Bœotiæ urbe erant.

Mutata] In accipitrem mutatum Dædalionem Ceycis fratrem diximus.

303 *Maia*] Mercurius est, Jovis ex Maia Atlante sata filius.

304 *Delphis*] Quam urbem ad Parnassi radices sitam, Apollinis oraculo clarissimam, toties jam diximus.

Cylleneo] Cyllene Arcadiæ monte, in quo Mercurius natus dicitur.

Videre hanc pariter, pariter traxere calorem. 305
Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo :
Non tulit ille moras : virgaque movente soporem
Virginis os tangit. Tactu jacet illa potenti,
Vimque Dei patitur. Nox cœlum sparserat astris ;
Phœbus anum simulat, præceptaque gaudia sumit. 310
Ut sua maturus complevit tempora venter ;
Alipedis de stirpe Dei, versuta propago,
Nascitur Autolycus, furtum ingeniosus ad omne :
Qui facere assuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, et de candentibus atra. 315
Nascitur e Phœbo (namque est enixa gemellos)
Carmine vocali clarus, citharaque Philammon.
Quid peperisse duos, et Dis placuisse duobus ;

simul amore correpti sunt. Apollo producit spem Veneris in tempus noctis ; ille non passus est cunctationem, atque tangit os puellæ baculo conciliante somnum. Illa sternitur tactu potenti ; et violatur a Deo. Nox sparserat cœlum sideribus, Apollo fingit se anum, atque capit gaudia ante rapta. Postquam alvus maturu absolvit sua tempora, Autolycus nascitur, proles astuta, de stirpe Dei alipedis, versutus ad omne furtum, qui non alienus ab arte paterna solitus erat vertere alba in atra, atque atra in alba. Philammon insignis carmine sonoro, atque lyra, nascitur ex Apolline. (Namque emisit geminos.) Cujus usus genuisse duos, et gratam faisse duobus

ex duobus Codd. et Edd. nonnullis : alii *procos habuit.*—307 *Tulit* ex multis recepit Heins. vulg. *fert.* Mor. *ill. moram.*—308 *Os tetigit* est in A. unde Heins. id recepit.—310 *Præceptaq.* ex quatuor vett. Heins. protulit ; vulg. *præreptaq.* unus *præaptaq.* Arund. etiam *gaud. sumsit.*—311 Bonon. *matur. complerat.*—313 Berolin. *versura prop.*—317 Pro *Philammon* alii scribunt *Philemon, Pilemon, Palemon, Philamon.*—318 Unus Heins. *quid D.*—319 *Tonanti* ex me-

NOTÆ

305 *Traxere calorem*] Chionen amare cœperunt.

307 *Virgaque*] Alata ea fuit, duobusque implicita serpentibus, quam Caduceum vocitarunt.

310 *Præcepta*] A Mercurio, scilicet. Atque equidem huic fabulæ duo Chiones mariti, quorum alter prædo et furax, more Mercurii, alter probus et scientiis deditus, sicuti Apollo, fecisse locum videntur.

312 *Alipedis*] Mercurii, scilicet, cujus talaria ideo alata finguntur, quod omnium planetarum sit velocissimus.

315 *Candida*] Referri debent ista ad Mercurii Planetæ naturam : namque utut multi non agnoscant, certissimum est tamen plurimum ad corporum indolem valere sidera, ea potissimum quæ in cujusque natalibus dominantur.

317 *Philammon*] Huic, ut et fratri, alium alii patrem assignavere. Verum ineptissimum videtur nugas ejusmodi commemorare, ex quibus contemtus

Et forti genitore, et progenitore Tonanti
Esse satam prodest? an obest quoque gloria multis? 320
Obfuit huic certe. Quæ se præferre Dianæ
Sustinuit; faciemque Deæ culpavit. At illi
Ira ferox mota est: Factisque placebimus, inquit.
Nec mora; curvavit cornu: nervoque sagittam
Impulit; et meritam trajecit arundine linguam. 325
Lingua tacet: nec vox tentataque verba sequuntur:
Conantemque loqui cum sanguine vita reliquit.
Quem (misera o pietas!) ego tum patruoque dolorem
Corde tuli, fratrique pio solatia dixi.
Quæ pater haud aliter, quam cautes murmura ponti, 330
Accipit: et natam delamentatur ademtam.
Ut vero ardentem vidit, quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus
Concita membra fugæ mandat: similisque juvenco,

Diis, et esse genitam strenuo patre, et avo Tonanti? An etiam gloria multis nocet? Nocuit certe huic; quæ non verita est se anteponere Dianæ, atque reprehendit vultus Deæ. At illa incensa est ira crudeli: atque, inquit, Placebimus factis. Nec mora; sinuavit arcum, atque emisit sagittam nervo, et transfixit calamo linguam meritam. Lingua silet; neque vox, neque verba tentata sequuntur; et vita destituit cum sanguine nitentem loqui. Quem dolorem (o infelix pietas!) ego tum passus sum animo patruo, et consolationes obtuli pio fratri. Quas pater non secus audit quam rupes audiunt *strepitum maris; atque usque luget filiam sublatam. Cum vero aspexit flagrantem, quater ille conatus est sese immittere in medios rogos; quater inde prohibitus in fugam vertit artus admissos; atque similis ju-*

lioribus recepit Heins. vulg. *Tonante:* quinque libri *nitenti.*—320 Heins. malebat *Ess. satæ prod.*—325 Pro *Impulit* Schepperus conj. *Expulit,* ut et in uno Bas. Burm. invenit.—326 *Tacet* sex scripti cum opt. Thuan. exhibent; vulg. *jacet.* Deinde pr. V. *vox iterataq.* quod non displicebat Heins. sed lect. vulg. imitatio Statii firmat, XI. 602.—328 Ita loc. constituit Heins. Olim edebatur, *Quam miser amplexans ego tunc:* duo, *quam miser, o pietas:* plerique, *quam misero pietas:* unus, *quem misero o pietas.* Deinde pro vulg. *patrio,* nonnulli *patriumque;* quidam, *patruique;* septem *patruo.*—329 Opt. Thuan. et duo alii *pio solamina dix.* Bonon. *solamina misi.*—333 Boxhorn. fragm. *inde revulsus.*

NOTÆ

tantum fructus inanis remanet.

319 *Progenitore*] Jove, scilicet, qui Luciferi pater, Dædalionis avus, Chiones fuit proavus, quanquam progenitorem, seu avum, licentia familiari dixit Poëta.

328 *Misera*] Est profecto quatenus natura conjuncti tot omnium mala ferre tenemur.

329 *Dixi*] Flentem cum supra vidimus, cum primo Peleum est allocutus.

Spicula crabronum pressa cervice gerenti, 335
Qua via nulla, ruit. Jam tum mihi currere visus
Plus homine est: alasque pedes sumsisse putares.
[Effugit ergo omnes; veloxque cupidine leti]
Vertice Parnassi potitur. Miseratus Apollo,
Cum se Dædalion saxo misisset ab alto, 340
Fecit avem, et subitis pendentem sustulit alis,
Oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, majores corpore vires.
Et nunc accipiter, nullis satis æquus, in omnes
Sævit aves; aliisque dolens fit causa dolendi. 345

Fab. IX. Lupus in Saxum.

Anetor pastor armentorum, quæ Peleus ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obsisti nequiret, custodes interimi. Qui ut intellexit Nereidis ira id sibi accidere, quod Phocus ea ætate Æaco genitus a se interiisset, et id precibus potius quam ultione esse sedandum, suppliciter ab ea petit, ne ultra persequeretur admissum. Quæ aliquando Thetidis sororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens sæviret, in saxi eam figuram convertit.

Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat

venco ferenti cervice onusta aculeos crabronum, qua nullum iter prorumpit. Jam tum mihi visus est currere plus quam homo; atque crederes pedes induisse alas. Adeoque sese subtraxit omnibus; et celer mortis desiderio, pervenit ad cacumen Parnassi. Cum Dædalion se dedisset præcipitem ab excelsa rupe, Apollo miseratus mutavit in alitem, et levavit cadentem repentinis alis; atque dedit faciem aduncam, adjecit uncos hamatos unguibus, virtutem veterem, vires ampliores corpore. Atque nunc accipiter, nulli satis amicus, feritatem exercet in omnes; et dolens est causa dolendi aliis.

IX. *Quæ monstra dum filius Phosphori refert de suo fratre; Anetor Phoceus*

—335 Pr. Bas. quart. Med. Arund. O. et alii *læsa* pro *pressa*: sec. Pal. *læva;* Jun. *passa.*—336 Vulg. *null. fuit;* et sic quidam vett. Alii *fugit.*—337 Voss. *aliosq. ped.* Bonon. et marg. Bersm. *sums. videres.*—338 Hunc quoque vs. adulterinum esse vix dubitat Heins.—341 Pr. Gron. pr. Hamburg. Exc. I. et decem alii *pend. sustinct al.*—344 *Nullis* ex plurimis Codd. vulg. *nulli.*—345 Berolin.

NOTÆ

336 *Ruit*] Hinc igitur tyranni, jure suo quosvis spoliare soliti, naturæ jura, per quæ eodem in se quo in alios furore sæviunt, discant revereri.

345 *Dolens*] Nulli quam sibi iniquior est homo violentus, qui ita feri naturam induit.

De consorte suo; cursu festinus anhelo
Advolat armenti custos Phoceus Anetor.
Heu Peleu, Peleu, magnæ tibi nuntius adsum
Cladis, ait! Quodcumque ferat, jubet edere Peleus: 350
Pendet, et ipse metu trepidat Trachinius heros.
Ille refert: Fessos ad littora curva juvencos
Appuleram, medio cum Sol altissimus orbe
Tantum respiceret, quantum superesse videret.
Parsque boum fulvis genua inclinarat arenis, 355
Latarumque jacens campum spectabat aquarum:
Pars gradibus tardis illuc errabat et illuc:
Nant alii, celsoque extant super æquora collo.
Templa mari subsunt, nec marmore clara, nec auro;
Sed trabibus densis, lucoque umbrosa vetusto. 360
Nereides Nereusque tenent. Hos navita templi
Edidit esse Deos, dum retia littore siccat.
Juncta palus huic est, densis obsessa salictis,

pastor armenti properans cursu anhelo accurrit. Heu Peleu, Peleu, inquit, hic sum tibi nuntius magni damni! Peleus hortatur aperire quodcumque habeat. Ipse heros Trachinius incertus est, et tremit timore. Ille narrat: Egeram tauros lassos ad obliqua littora, cum Sol excelsissimus medio orbe tantum retro cerneret quantum videret superesse. Atque pars juvencorum genua flexerat in flavis arenis, et recubans prospiciebat æquor vastarum aquarum: pars huc et illuc vagabatur lentis passibus: alii natant, et eminent altis cervicibus super aquas. Templum adjacet mari, neque marmore insigne neque auro; sed opacum spissis arboribus et antiquo luco. Nereidibus et Nereo sacrum. Nauta qui siccat retia in littore dixit hos esse Deos templi. Palus consita spissis salictis est huic proxima, quam aqua maris redundantis

---

caus. doloris.—347 Voss. *cons. sua.*—349 Vulg. *Et Pel.* Tres *O*; unus Voss. *En*; Arund. et quatuor alii *Heu*, quod placet Heins. qui etiam conj. *Et Peleu, heu Pel.*—351 Vulg. legitur *met. trepidi Trach. oris*, sed ex vetustioribus Heins. reposuit *trepidat...heros*: sed et hunc vs. cum aliis spuriis ablegandum esse censet. Conj. autem *trepidus Trach. hæres.*—354 Gron. *Quantum r. tantum s.* Deinde Jun. et Voss. et quatuor alii *superess. videtur.*—355 Unus Med. *gen. incurvarut aren.*—356 *Campum* Heins. recepit ex N. tert. Med. et aliis: vulg. *campos.*—357 Nonnulli *et istuc.*—358 Heidelb. *celsoq. instant sup.*—359 Gron. *marm. tecta, nec.*—360 Unus Heins. *lucoq. obscura.*—361 Nonnulli *nav. ponti.*—363 Plurimi vett. *raris* pro *densis*: Heins. conj. *varis* aut *canis.* Deinde pro *obsessa* in Heidelb. est *abesse*, sed notatum et superscriptum *adoperta.*—

NOTÆ

347 *Consorte*] Dædalione fratre, scilicet.

348 *Phoceus*] Ex Phocide Achaiæ regiuncula oriundus.

353 *Medio cum*] Periphrasis est meridiei.

363 *Palus*] Locum luporum latebris accommodatissimum describit.

Quam restagnantis fecit maris unda paludem.
Inde, fragore gravi strepitans, loca proxima terret, 365
Bellua vasta, lupus : ulvisque palustribus exit,
Oblitus et spumis et spisso sanguine rictus
Fulmineos ; rubra suffusus lumina flamma.
Qui, quanquam sævit pariter rabieque fameque,
Acrior est rabie. Neque enim jejunia curat 370
Cæde boum, diramque famem satiare, sed omne
Vulnerat armentum, sternitque hostiliter omne.
Pars quoque de nobis funesto saucia morsu,
Dum defensamus, leto est data. Sanguine littus
Undaque prima rubent, demugitæque paludes. 375
Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit :
Dum superest aliquid, cuncti coëamus, et arma,
Arma capessamus, conjunctaque tela feramus.
Dixerat agrestis. Nec Pelea damna movebant :

fecit. Lupus ingens fera os habens sævum madens spumis et crasso tabo, atque oculos plenos rutilante igne, erumpit sylvis palustribus cum ingenti strepitu, atque frendens terrorem incutit locis proximis. Qui tametsi simul furit fame atque rabie, vehementior est rabie. Neque enim intendit explere jejunia et acrem famem morte taurorum, sed mactat totum armentum, et omne proterit hostiliter. Pars etiam nostrum vulnerata letali morsu, dum conamur arcere, neci est tradita. Littus et prima aqua et paludes demugitæ rubent sanguine. Sed cunctatio est perniciosa, neque res sinit hæsitare. Quamdiu aliquid restat, omnes conveniamus, et arma, arma induamus, et feramus jacula socia. Rusticus absolverat. Neque clades tangebat Peleum : Ve-

365 *Strepitans* pro vulg. *strepitus* ex vet. Cod. dedit Constant. Fanens. approbante Heins. alii *gravis* vel *gravi strepitu :* Exc. Calandr. *crepitans ;* Spireus. *strepita.*—366 *Ulvisq.* corr. Burm. pro vulg. *sylrisq.* duo *fulvisq.* alii *niveisq.*—367. 368 Ciofanus in suis Mss. reperit *Obsitus et sp.* quod placebat Heins. Deinde *et* pro vulg. *est* meliores habent. *Spisso* etiam ex O. sec. Pal. et alius Heins. recepit pro vulg. *crasso.* Alii etiam *rictu.* Olim edebatur *Fulmineus ;* restituit Heins. *Fulmineos* ex Calandr. Bernegg. pr. Gron. et aliis.—369 Berolin. *pariter sævit.*—371 Olim edebatur *famem finire :* pr. R. *lenire ;* multi, *sedare :* Cant. pro div. lect. *saturare :* octo, *satiare,* quod elegit Heins. —372 *Omne* habent Fl. S. Marci, et unus Heins. ceteri, *omnes.*—375 Vulg. *rubet ;* ex Ro. Heins. *rubent* recepit.—377 Olim, *coëamus ad arma ;* sed *et* plerique vett. habent. Tanaq. Faber corr. *et damn.* Quia *Damna* mox sequitur, propterea Bothius hic putat legendum *dicta.*—380 Menard. *Nereid. co-*

NOTÆ

375 *Demugitæ*] Contra Grammatices rationem formatum est participium : at enim quam optime hanc totam stragem cogitationi subjicit. Exterrita armenta cernere, reboantia littora audire, videor.

Sed, memor admissi, Nereida colligit orbam 380
Damna suo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma viros, violentaque sumere tela
Rex jubet Œtæus; cum quis simul ipse parabat
Ire. Sed Halcyone conjux excita tumultu
Prosilit, et, nondum totos ornata capillos, 385
Disjicit hos ipsos: colloque infusa mariti,
Mittat ut auxilium sine se, verbisque precatur
Et lacrymis; animasque duas ut servet in una.
Æacides illi, Pulchros, Regina, piosque
Pone metus: plena est promissi gratia vestri. 390
Non placet arma mihi contra nova monstra moveri.
Numen adorandum pelagi est. Erat ardua turris,
Arce focus summa; fessis loca grata carinis.

rum recordans facinoris patrati, conjicit Nereidem filio privatum mittere Phoco mactato inferias ex suis dispendiis. Rex Œtæus imperat viros sumere arma, et capere sæva missilia; cum quibus ipse volebat proficisci. Sed uxor Halcyone impulsa strepitu prorumpit, et, nondum compositos habens omnes capillos, disturbat hos ipsos, atque projecta in collum conjugis, orat voce atque lacrymis ut mittat auxilium sine se, et ut tueatur duas animas in una. Æacides illi dixit, *Omitte, Regina, honestos et pios timores: gratia vestri promissi est integra. Mihi non est animus arma parari adversus nova monstra. Deus maris est adorandus. Erat turris excelsa,* atque *focus suprema arce; loca jucunda navibus lassis. Illuc scan-*

gitat orb.—381 Multi vett. *Damn. sua,* vel *sui.*—383 Quidam pro *Œtæus* habent *æthereus:* Pal. *Otrisius.*—385 Multi vett. *nond. tortos.*—386 Libri veteres magna ex parte *disjicit,* quod approbarunt nonnulli, idque pro *dissecat* voluerunt usurpatum: quinque *discutit;* quatuor *dissipat;* tres *discidit.*—386 *Infusa* ex tribus dedit Ciofan. ceteri, *infixa.*—388 Opt. Thuan. et unus Voss. *conservet,* pro *ut serv.*—389 Heidelb. *Æacid. dixit, Pulch.*—390 Unus Mor. *est permissi gr.* Heins. notavit *permissi gratia voti.* Deinde Med. et decem alii *grat. nostri;* duo *gloria vestri.*—391 Plurimi scripti et Edd. *monst. movere.*—392 Berolin. *ard. terris.*—393 *Focus* est ex Heins. emend. pro vulg. *locus,*

NOTÆ

380 *Sed memor*] Hinc vides nec conscientiæ stimulos nec seipsum quenquam posse effugere; justitiamque divinam reos sine satellitibus comprehendere.

Nereida] Psamathen dicit, Nerei filiam, Phoci matrem, quam nato credit inferias mittere.

383 *Rex Œtæus*] Ceyx rex Trachinis, quam urbem Hercules sub Œta monte condidit.

392 *Adorandum*] Non alia quam pœnitentia et preces adversus Deum arma movenda; quæ cum sint ab ipso, in potestate omnium, semperque victricia, pertinacibus omnibus et socordibus omnem prorsus excusationis locum adimunt.

393 *Focus*] In quo nocturni ignes, quorum beneficio nautæ iter suum ad portum dirigerent.

Ascendunt illuc, stratosque in littore tauros
Cum gemitu aspiciunt, vastatoremque cruento 395
Ore ferum, longos infectum sanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti,
Cœruleam Peleus Psamathen, ut finiat iram,
Orat, opemque ferat. Nec vocibus illa rogantis
Flectitur Æacidæ. Thetis hanc pro conjuge supplex 400
Accepit veniam. Sed enim irrevocatus ab acri
Cæde lupus perstat, dulcedine sanguinis asper;
Donec inhærentem laceræ cervice juvencæ
Marmore mutavit. Corpus, præterque colorem
Omnia servavit: lapidis color indicat, illum 405
Jam non esse lupum, jam non debere timeri.
Nec tamen hac profugum consistere Pelea terra
Fata sinunt: Magnetas adit vagus exul, et illic
Sumit ab Hæmonio purgamina cædis Acasto.

dunt, atque vident cum dolore boves mactatos in littore, atque sævum populatorem victu sanguinolento, gerentem prolixos pilos inquinatos sanguine. Inde porrigens manus in littora vastissimi maris, precatur glaucam Psamathen, ut ponat iram, atque præbeat auxilium. Neque illa moretur precibus Æacidæ orantis. Thetis supplex impetravit hanc veniam pro marito. At enim lupus acer dulcedine sanguinis perstat, nequaquam prohibitus a violenta strage, donec vertit in saxum affixum collo dilaniatæ juvencæ: atque corpus retinuit omnia præter colorem. Color saxi declarat illum jam non esse lupum, jam non debere reformidari. Neque tamen fata patiuntur Peleum manere in hac terra. Erro profugus pergit ad Magnetes, atque ibi purgatur ab Acasto Thessalico.

quia *locus* et *loca* in uno eodemque vs. inconcinnus videbatur. Putat etiam *foci* vel *faces* posse legi. In altero Twisden. erat *phocus*, unde conj. *pharus*. In uno Bas. *patens*. Bothius mavult *pharus;* et vs. præced. legit *tectis* pro *terris*, quæ est lectio Codicis Berolin. sæpe enim hasce voculas esse confusas. —391 Multi Codd. *Descendunt*.—396 O. et quatuor alii *longosque*.—400 Heidelb. *Æacidis*.—401 Berolin. *ven. Sed non revocatus*. Alii plerique vett. etiam *revocatus*.—403 et seqq. Burm. conj. *Don. inhærentis;* vel *inhærenti*, ut in uno P. Deinde Gron. et Menard. *nivea* pro *laceræ;* et Bas. *lata*. Unus Med. *cervice gerenti*, unde Burm. faciebat *vaccæ cervice gerenti*.—404. 405. Tres *mutavit corpus psamateque colorem:* multi *corpus pariterq. colorem, Cetera servavit;* et pr. Mor. *lapid. rigor;* ex quibus omnibus varias posse emendationes excogi-

NOTÆ

400 *Conjuge*] Peleo, scilicet, cui Thetidem matrimonio conjunctam vidimus.

404 *Marmore*] Hoc ideo fictum, quod vel lupus, vel aliquis parricidii ultor, quod in fratre Peleus admiserat, placata Psamathe ab eo persequendo desierit.

408 *Magnetas*] Fuerunt Magnetes Thessaliæ populi, equorum domitores clarissimi, Magnesiæ regionis incolæ.

409 *Acasto*] Qui Peliæ filius, cum

Fab. X. Ceyx et Halcyone in Aves sui nominis.

Ceyx, Luciferi filius, prodigiis agitatus, Miletum ad oraculum Apollinis (quoniam Delphos Phorbas cum Phlegyis infestabat) contendit: conjugique Halcyonæ Æoli filiæ, tardanti profectionem ob desiderium, affirmat, intra alterum mensem se reversurum. Quod ut non posset præstare, naufragio vitam amisit, cujus adventum cum illa desideraret non respondentem tempori destinato, et in dies gravissimo luctu afficeretur; misericordia Junonis, quam assiduis precibus fatigabat, per quietem Somnus ad indicium faciendum filium ipsius Morphea, imitatorem figurarum, mittere jussus, cujus frater a Diis Icelus, ab hominibus Phobetor appellatur, et alter, qui in varias figuras abire solitus est, Phantasus. Ille igitur Trachinem ad Halcyonem missus est, quæ ex eo conjugem comperit interiisse. Excusso ergo sopore, lumen inferri jussit. Novissime ad littus decurrit, ubi illum dimiserat. Et ut naufragi exanime corpus fluctuare proximo littore perspexit, in figuram volucris Æolis cessit, quæ ab ejus nomine vocatur. In eandem speciem corpus Ceycis est versum. Hæ volucres hyberno tempore per septem dies in mare nidum ponunt, pullosque, qui casus suorum majorum deplorent, in littore exponunt.

Interea fratrisque sui, fratremque secutis 410
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx,
Consulat ut sacras, hominum oblectamina, sortes,
Ad Clarium parat ire Deum; nam templa profanus

x. *Interea Ceyx attonitus, et habens pectus solicitum monstris fratris sui, et secutis fratrem, constituit proficisci ad Deum Clarium, ut consulat sacrum oracu-*

tari Burm. monet.—407 Heins. malebat *prof. considere.*—412 Tanaq. Faber emend. *homin. solamina.*—413 Arg. *Ad Parium.* Bas. *templ. profani.*—414 *Fa-*

NOTÆ

falso Peleum uxorem suam Hippolyten de stupro interpellasse credidisset, atque ea causa ad venationem eductum, dein armis spoliatum, in monte Pelio feris lacerandum præbuisset, a Peleo tandem, cui Mercurius seu Chiron opem tulerat, una cum uxore est interfectus. Hinc illud Horatii: 'Narrat pæne datum Pelea Tartaro, Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens.'

410 *Fratris*] Dædalionis, scilicet, qui in accipitrem mutatus.

Fratrem secutis] Interfecta utpote a Diana Chione, fratris filia: quibus adde quæ Pelei causa evenerant.

412 *Oblectamina*] Inexperto incredibile est quanti possit esse solatii Dei cognoscere in malis nostris voluntatem. Non modo tamen lætissimum videtur, quod nos tandem ab omnibus liberatum iri certo scimus;

Invia cum Phlegyis faciebant Delphica Phorbas.
Consilii tamen ante sui, fidissima, certam 415
Te facit, Halcyone. Cui protinus intima frigus
Ossa receperunt; buxoque simillimus ora
Pallor obit; lacrymisque genæ maduere profusis.
Ter conata loqui, ter fletibus ora rigavit:
Singultuque pias interrumpente querelas, 420
Quæ mea culpa tuam, dixit, carissime, mentem
Vertit? ubi est, quæ cura mei prius esse solebat?
Jam potes Halcyone securus abesse relicta:
Jam via longa placet: jam sum tibi carior absens.
At (puto) per terras iter est, tantumque dolebo; 425
Non etiam metuam; curæque timore carebunt.
Æquora me terrent; et ponti tristis imago.

lum, solatium hominum; nam impius Phorbas reddebat templa Delphica inaccessa cum Phlegyis. Attamen, Halcyone fidelissima, is tibi antea indicat sententiam suam. Cujus statim tremor occupavit ima præcordia; et pallor simillimus buxo vultum invasit; et genæ irrigatæ sunt fletibus profluentibus. Ter conata fari, ter irroravit faciem lacrymis; et singultu intermittente pios questus, Quodnam meum crimen, inquit, dilectissime, mutat animum tuum? Ubi est solicitudo de me, quæ antea esse consueverat? Nunc potes absens esse quietus Halcyone destituta. Nunc longum iter est gratum. Nunc sum tibi dilectior absens. At, credo, via est per tellurem, et tantum tristis ero: non insuper timebo; et solicitudines erunt sine metu. Maria et tuctuosa cogitatio æquoris me terrefaciunt. Atque nuper spec-

ciebant recepit Heins. ex Voss. et uno Bas. ceteri *faciebat;* et deinde Bas. *Phryxi* pro *Phorbas.*—417 Arund. *buxuque.*—418 Sixii et tres alii *Pall. habet.* —420 Mor. *Sing. suas;* Gron. *Singultu medias.* Leid. *interr. loquelas.* Heidelb. *Singultusque p. interrupere q.* — 421 Fl. S. Marci *vertit* pro *dixit;* et seq. vs. *Est ubi nam quæ:* unde Heins. *Quæ mea culpa tuam vertit, c. mentem? Eja ubi jam, quæ, &c.* Arund. etiam *Quæ mala culp.*—423 Pat. *abire* pro *abesse.*—426 In nonnullis *timeam* pro *metuam.* — 427 Leid. *Æq.*

NOTÆ

gratissimum est insuper quod malorum moderatorem Supremum numen intelligimus.

413 *Clarium*] Ad Apollinis Clarii oraculum. Fuit namque Claros Ioniæ civitas juxta Colophonem, Apollinis oraculo nobilis.

Templa] Quæ quidem, cum propiora essent, breviori tempore et minori labore, nisi Phorbas obstitisset, Ceyx adire potuisset.

414 *Phlegyis*] Populi fuerunt Thessaliæ sacrilegi, templum etiam Delphicum spoliare aggressi, qui tandem ab irato Neptuno diluvio sunt perditi.

Phorbas] Thessalus, Lapithæ filius, latro ferox, qui obvios ad pugillatum cogebat, et interficiebat. Deos quoque provocare ausus, donec ab Apolline superatus morte est mulctatus.

423 *Jam potes*] Magnum affectum habent hæc omnia, quæ non sine querimonia recenset Halcyone.

Et laceras nuper tabulas in littore vidi;
Et sæpe in tumulis sine corpore nomina legi.
Neve tuum fallax animum fiducia tangat; 430
Quod socer Hippotades tibi sit; qui carcere fortes
Contineat ventos; et, cum velit, æquora placet.
Cum semel emissi tenuerunt æquora venti;
Nil illis vetitum est; incommendataque tellus
Omnis, et omne fretum. Cœli quoque nubila vexant; 435
Excutiuntque feris rutilos concursibus ignes.
Quo magis hos novi, (nam novi, et sæpe paterna
Parva domo vidi,) magis hoc reor esse timendos.
Quod tua si flecti precibus sententia nullis,
Care, potest, conjux; nimiumque es certus eundi; 440
Me quoque tolle simul. Certe jactabimur una:
Nec, nisi quæ patiar, metuam: pariterque feremus

tavi disjectas tabulas in littore; et legi sæpe nomina in sepulcris sine corpore. Neve spes mendax moveat tuam mentem, quod Hippotades sit tibi socer, qui reprimat ventos vehementes claustris, et componat maria cum libet. Postquam venti semel laxati invaserunt maria, nihil illis est sacrum; neque ulla terra aut ullum mare illis *curæ est. Agitant etiam nubes cœli, atque cient ignes curuscos sævis certaminibus. Quo magis eos novi, (nam novi, et parva spectavi sæpe in domo paterna,) eo magis credo esse metuendos. Quod si mens tua nulla oratione mutari potest, dilecte marite; et certo decreviste proficisci, me etiam tecum avehe. Nempe agitabimur una; neque timebo, nisi quæ feram; et simul patiemur quicquid erit,*

perterrent, et.—429 Unus Med. *in titulis sin.* quod placet Heins.—431 Heidelb. *Quo socer.*—432 Duo Med. *æq. pacet;* Menard. et Gron. *mulcet.*—433 Quia *venti* et *æquora* præcesserunt, Heins. suadet, *tenuerunt cærula* aut *aëra fratres,* ut alterum ex glossa natum sit.—434 Alii, *incommutataque:* Thuan. *inconservataque.*—435 Unus Bas. *nubila verrunt,* ut vs. 499.—436 R. *rutil. incursibus;* Bas. *occursibus;* duo, *concussibus:* Boxh. *congressibus.*—438 Med. *Parv. domi.* Plures, *magis hoc,* quod probat Burm. quia jam dixit *hos.*—441 Arg. et Thysii *jac-*

NOTÆ

429 *Tumulis*] Cenotaphia dixerunt tumulos inanes quos honoris causa illis struebant quorum corpora inveniri non possent. Invaluerat insuper insulsa Ethnicorum opinio, eorum animas, quorum corpora omni exequiarum honore caruissent, diutissime ad Inferorum paludem, quam trajicere non possent, non sine dolore maximo errare.

431 *Hippotades*] Æolus, rex ventorum, Hippotæ Trojani ex filia Segesta, quam Jupiter compressit, nepos: quem quidem Æolum Halcyone patrem habuit, siquidem Nasoni nostro fides; nam alia alii tradidere.

434 *Incommendata*] Ut passim sine omni respectu obvia quæque venti proterant.

442 *Nisi quæ patiar*] Cum absens fictis etiam periculis terreretur.

Quicquid erit: pariter super æquora lata feremur.
Talibus Æolidos dictis lacrymisque movetur
Sidereus conjux: neque enim minor ignis in ipso est. 445
Sed neque propositos pelagi dimittere cursus,
Nec vult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaque respondit, timidum solantia pectus.
Nec tamen ideirco causam probat. Addidit illis
Hoc quoque lenimen, quo solo flexit amantem: 450
Longa quidem nobis omnis mora: sed tibi juro
Per patrios ignes (si me modo fata remittent)
Ante reversurum, quam Luna bis impleat orbem.
His ubi promissis spes est admota recursus;
Protinus eductam navalibus æquore tingi, 455
Aptarique suis pinum jubet armamentis.
Qua rursus visa, veluti præsaga futuri,
Horruit Halcyone: lacrymasque emisit obortas:
Amplexusque dedit: tristique miserrima tandem
Ore, Vale, dixit: collapsaque corpore tota est. 460
Ast juvenes, quærente moras Ceyce, reducunt

simul vehemur super vasta maria. Maritus sidereus flectitur talibus verbis et fletibus Æolidos: neque enim minori amore tenetur. Sed neque vult omittere iter constitutum per mare; neque vult admittere Halcyonen in societatem discriminis, atque retulit multa lenientia cor pavidum. Neque tamen ideo votum approbat. Adjecit illis hoc quoque solamen, quo solo movit amantem: Omnis quidem cunctatio nobis tædiosa; sed tibi juro per ignes patrios (si modo fata me reducant) prius redituram, quam Luna bis coeat pleno orbe. Postquam spes est facta reditus his promissis, statim imperat navem extractam navalibus mergi æquore, atque instrui suis instrumentis. Qua visa rursus Halcyone, quasi prudens futuri, expavit; atque emisit fletus erumpentes; et amplexa est; et infelicissima denique Vale dixit mæsto ore; et collapsa est tota corpore. Ast remiges, Ceyce fingente impedimenta, attra-

tab. alto; tres *unda;* quinque *undis.*—443 Mallet Heins. *lat. vehemur* vel *trahemur,* quia præcessit *feremus.*—444 Vulg. *Æolidis;* ex duobus vett. Heins. dedit *Æolidos.*—445 *Neque* emend. Ciofanus ex libris vett. vulg. *nec.* Gron. pr. *minor ardor in.*—447 Unus Med. judice Burm. numerosius *Nec tulit Halc.* Tres *adhiber. laboris.*—449 Heidelb. *Non tamen.*—452 *Remittent* Heins. dedit ex melioribus; vulg. *remittant.*—453 Berolin. *bis Luna.*—454 Arg. *est addicta;* Jun. *admissa;* Med. *ablata,* quod Burm. putat pro *oblata.*—455 Mor. *æq. pelli;* duo *mergi;* alii *tangi.*—456 In quibusdam Codd. *Armarique,* unde Burm. conj. *Ornariq.*—457 Berolin. *Qua visa veluti rursus.*—460 Heidelb. *corp. toto est.*—461 Berolin. *At juven.* Alii *quær. moram.*—

NOTÆ

445 *Sidereus*] Ceyx, Luciferi filius, per cujus ignes mox jurabit.

461 *Reducunt*] Qui gestus est remigantium.

Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Æqualique ictu scindunt freta. Sustulit illa
Humentes oculos; stantemque in puppe recurva,
Concussaque manu dantem sibi signa maritum 465
Prima videt: redditque notas. Ubi terra recessit
Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus;
Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoque ut haud poterat, spatio submota, videri;
Vela tamen spectat summo fluitantia malo. 470
Ut nec vela videt; vacuum petit anxia lectum:
Seque toro ponit. Renovat lectusque locusque
Halcyonæ lacrymas: et quæ pars, admonet, absit.
Portubus exierant; et moverat aura rudentes;
Obvertit lateri pendentes navita remos: 475
Cornuaque in summa locat arbore; totaque malo
Carbasa deducit; venientesque excipit auras.

hunt remos geminis ordinibus ad valida pectora, et frangunt fluctus pari impulsu. Illa levavit oculos madidos, atque aspicit conjugem stantem in puppe repanda, et facientem sibi prima indicia manu agitata: atque reddit signa. Postquam tellus est remotior, atque oculi non possunt cognoscere faciem, quatenus licet, insequitur oculis navem abeuntem. Cum hæc etiam submota non posset dignosci propter distantiam, attamen intuetur carbasa volitantia extremo malo. Postquam neque cernit carbasa, solicita secedit in inanem torum, seque in eo collocat. Et torus et locus revocat fletus Halcyonæ, atque indicio est quæ pars desideretur. Exierant portubus; et ventus agitaverat crassos funes, et nautæ vertunt in latus remos pendentes; et statuunt antennarum extrema in supremo malo, et eo expediunt tota vela,

463 Thuan. *ict. tundunt fr.* duo *findunt.* Quatuor etiam *sustinet ill.*—464 Plurimi Codd. ex melioribus *pupp. relicta;* unus Med. *redicta;* Heins. conj. *reducta,* vel *reduncа.*—465 Pal. *Complosaque;* atque ita Gebhard. Crepund. III. 2.—466 Duo libri *Ut terr.* et tunc vs. seq. Heins. volebat *utq. ocul.*—469 Nonnulli *spat. semota.*—470 Med. *subito* pro *summo.* Cant. *summ. volitantia;* Bas. *pendentia.*—472 Leid. *tor. sternit.* Basil. et Heins. unus *lect. torusque,* quæ repetitio Ovidio familiaris, non displicet Burm. quanquam nihil mutare audet propter Trist. IV. 3. 23.—473 Quidam *Halcyonis.* Multi, *abstit,* quod etiam Priscian. in suo reperit, qui interpretatur *abstitit.* Priscian. secuti sunt recentiores quidam. In aliis Codd. *obstat, abstat, obstet, abstet, obsit.*—477 Notat Heins. meliores omnes habere, *accipit:* sed Burm. tuetur *excipit* propter Quinctil.

NOTÆ

463 *Æquali*] Concordes enim remiges remos et tingunt et tollunt.

473 *Quæ pars*] Ceyx maritus, scilicet.

475 *Obvertit*] In latus convertit; quod quidem inter remigandum fieri solet.

476 *Cornua*] Antennarum, scilicet.

Summa] Ut majorem ventum accipiant vela.

Aut minus, aut certe medium non amplius æquor
Puppe secabatur; longeque erat utraque tellus;
Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit 480
Fluctibus; et præceps spirare valentius Eurus.
Ardua, jamdudum, demittite cornua, rector
Clamat; et antennis totum subnectite velum.
Hic jubet; impediunt adversæ jussa procellæ:
Nec sinit audiri vocem fragor æquoris ullam. 485
Sponte tamen properant alii subducere remos,
Pars munire latus; pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor:
Hic rapit antennas. Quæ dum sine lege geruntur,
Aspera crescit hyems; omnique e parte feroces 490
Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent.
Ipse pavet; nec se, qui sit status, ipse fatetur
Scire ratis rector; nec quid jubeatve, vetetve:
Tanta mali moles, totaque potentior arte est.
Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes, 495
Undarum incursu gravis unda, tonitribus æther.

atque excipiunt ventos afflantes. Aut minus, aut certe medium mare non amplius navi sulcabatur, atque utraque terra erat remota, cum æquor cœpit albicare sub noctem fluctibus turgidis, et Eurus celer flare violentius. Jamdudum nauclerus vociferatur, Deorsum trahite excelsa cornua, atque alligate tota carbasa antennis. Hic imperat; procellæ contrariæ obstant mandatis; neque maris mugitus patitur ullam vocem audiri. Alii tamen ultro festinant retrahere remos, alii defendere latus, pars subducere lintea ventis. Hic haurit aquam, atque rejicit eam in mare; hic celeriter detrahit antennas. Quæ cum sine ordine fiunt, sæva procella augetur, et venti ex omni parte vehementes certant, et turbant æquora furentia. Ipse navicularius terrore concutitur, et fatetur se nescire qui sit status, nec quid imperare aut prohibere debeat; tanta vis mali, et fortior est tota arte. Namque viri obstrepunt vociferationibus, rudentes stridore, vasti fluctus collisione fluctuum, aër tonitribus.

Decl. XII. 16. 'omnes excipe auras.'—479 Heidelb. *Pupp. sequebatur.*—480 Arund. *noct. subitis alb.* Jun. *alb. fecit.*—485 Med. *frag. ætheris.* Berolin. *æquor. ullam.*—486 R. *al. succedere succrem.* V. *idere;* Mor. *subnectere.*—489 O. et quatuor alii *leg. reguntur;* duo *feruntur.*—490 Alii *a part.*—492 Vetustiores *qui;* at vulg. *quis.*—493 *Vetetve* Heins. dedit ex opt. Thuan. pr. Bonon. Erfurt. et septem aliis: ceteri *velitve.*—494 Leid. *Tant. maris mol.* Bas. *mali rabies.* Vulgo etiam *tantaque;* Berolin. *tantoq.* ex multis vett. Heins. dedit *totaque;* ex vulg. vero, quod habent complures, conj. *cantuq.* et Burm. *doctaque.*—496 Bothius conj. *Ventorum incurs.* Gron. habet *Undar. impulsu.*

NOTÆ

479 *Utraque*] Et a qua discesserat Trachinia, et quam Ceyx petebat Ionia.

488 *Fluctus*] Qui in naves per tempestatem solent insilire.

Fluctibus erigitur, cœlumque æquare videtur
Pontus, et inductas aspergine tingere nubes.
Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,
Concolor est illis; Stygia modo nigrior unda: 500
Sternitur interdum, spumisque sonantibus albet.
Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis:
Et modo sublimis, veluti de vertice montis,
Despicere in valles, imumque Acheronta videtur:
Nunc, ubi demissam curvum circumstetit æquor, 505
Suspicere inferno summum de gurgite cœlum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec levius pulsata sonat, quam ferreus olim
Cum laceras aries ballistave concutit arces.
Utque solent, sumtis in cursu viribus, ire 510
Pectore in arma feri, prætentaque tela leones;
Sic ubi se ventis admiserat unda coortis,
Ibat in arma ratis; multoque erat altior illis.

Mare tollitur undis, et videtur par esse cœlo, atque tangere nubila superstrata aspersione. Et nunc cum eruit flavas arenas ex alto est illis concolor, nunc nigrior aqua Stygia: nonnunquam expanditur, atque albicat spumis stridentibus. Ipsa etiam navis Trachinia jactatur his vicissitudinibus; et nunc excelsa videtur despicere in valles et infimum Acherontem, veluti de apice montis, nunc, ubi mare sinuatum circumfluit depressum, suspicere supremum cœlum de abysso inferorum. Sæpe verberata undis a latere reddit magnum sonitum; neque impulsa minus sonat, quam cum aliquando ferreus aries, vel ballista quatit arces ruinosas. Et quemadmodum sævi leones auctis viribus in cursu consueverunt ruere pectore in arma et venabula opposita; sic ubi fluctus prorueranl ventis conflictantibus ferebantur adversus armamenta navis; atque erant multo altiores

—498 *Tingere* est ex uno Mor. alii *tangere*, quod et revocavit Mitscherl. —499 Pro *fulvas* unus Heins. *vulsas*. *Verrit* Heins. dedit ex pr. Pal. et septem aliis pro vulg. *vertit*.—501 Pal. *spumisque tumentibus*, quod Heins. ex VII. 263. repetitum judicat: Mor. *stridentibus*. Gron. etiam *ardet*.—503 Pr. Gron. *Et modo*.—505 A. *ubi demissæ*; Med. *dimissæ*. Menard. *demissam pinum circ*. Gron. *navem*.—508 Fragm. Boxhorn. *puls. tonat*.—509 Med. *ball. contulit*; Pal. quart. *contudit*; duo alii *concitat*.—510 Quatuor *in cursus*; unus *cum cursu*.—511 Alii *protentaque*.—512 *Admiserat* Heins. dedit ex opt. Thuan. pr. Mor. Bonon. Spirens. pr. R. et aliis; vulg. *commiserat*: Fl. S. Marci *amiserat*, et unus Bas. *commiscuit*.—512 Cum Pal. et Fr. Burm. malebat *und. coactis*.—513 Sprotii et Langerm. *in astra*; Med. *arva*. Deinde

NOTÆ

504 *Acheronta*] Infernum: ex ejus enim fluviis Acheron est unus.

509 *Aries*] Instrumentum erat bellicum, quo ad diruendos muros utebantur.

513 *Arma*] Quæ supra armamenta

Jamque labant cunei, spoliataque tegmine ceræ
Rima patet; præbetque viam letalibus undis. 515
Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres:
Inque fretum credas totum descendere cœlum:
Inque plagas cœli tumefactum ascendere pontum.
Vela madent nimbis; et cum cœlestibus undis
Æquoreæ miscentur aquæ. Caret ignibus æther; 520
Cæcaque nox premitur tenebris hyemisque suisque.
Discutiunt tamen has, præbentque micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ.
Dat quoque jam saltus intra cava texta carinæ
Fluctus: et, ut miles, numero præstantior omni, 525
Cum sæpe assiluit defensæ mœnibus urbis,
Spe potitur tandem; laudisque accensus amore
Inter mille viros, murum tamen occupat unus:
Sic ubi pulsarunt acres latera ardua fluctus;

illis. Jamque subscudes solvuntur; et hiatus destituti linimine ceræ apparent; et aditum faciunt fluctibus mortiferis. Ecce densi imbres decidunt nubibus solutis; atque arbitreris totum cœlum ruere in mare, et mare tumidum ascendere in regionem cœli. Lintea stillant imbribus, et aquæ marinæ confunduntur cum cœlestibus. Aër nullis sideribus illustratur; et nox opaca obscuratur caligine sua et procellæ. Tamen fulgura splendentia hanc resolvunt, et fœnerantur lucem: fluctus incenduntur ignibus fulmineis. Undæ etiam insiliunt in curvas compages navis; atque ut miles strenuissimus omni numero, cum sæpe impetiit muros defensæ urbis, spe potitur denique, et flagrans desiderio gloriæ inter mille viros, tamen solus invadit mœnia; sic postquam violentæ undæ vexarunt excelsa latera, latius incurrens

Genevens. et unus Heins. *multo tamen altior.*—516 Berolin. *Ecc. sidunt late resol. Late* etiam Heidelb. habet.—517 Duo veteres, *discedere cœlum*, unde Heins. conj. *desidere*, ut Virg. III. 564. 'ad manes imos desidimus unda.'—518 Bonon. *cœl. tremefactum.* Plurimi, *scandere pontum;* quidam *surgere:* Gebhard. Crepund. III. 23. vult, *escendere.*—521 Leid. et Cæsen. *tenebrisque.*—522 Multi, *minantia:* pr. Pal. sec. Med. Urbin. Bernegg. Spir. et alii *minacia:* hinc Heins. conj. *micacia.*—523 Unus Heins. *Fulgura: fulm.* Pr. Erfurt. *Candescunt ignibus*, quod impensius arridet Heins.—524 Tres libri *Dant quoque.* Duodecim, *inter cava.* Deinde Leid. et Arund. *transtra;* duo *tecta*; unus *tela.*—526 *Assiluit* vett. vulg. *assiliit.*—529 *Acres* Heins. protulit ex Thuan. pr. Bonon. Mor. utroque Erfurt. et duobus aliis; vulg. *celsi:* quatuor ex vetustioribus *cœli;* unde Heins. conj. *cœci*, Bothius vero *cœlum.* Deinde pro

NOTÆ

dixit: instrumenta etiam nominantur.

514 *Cunei*] Quibus navium tabulæ inter se committuntur.

Ceræ] Picis; qua navium rimæ obducuntur.

520 *Ignibus*] Stellis, quæ nubibus velatæ.

Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ : 530
Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,
Quam velut in captæ descendat mœnia navis.
Pars igitur tentabat adhuc invadere pinum ;
Pars maris intus erat. Trepidant haud segnius omnes,
Quam solet urbs, aliis murum fodientibus extra, 535
Atque aliis murum, trepidare, tenentibus intus.
Deficit ars : animique cadunt : totidemque videntur,
Quot veniant fluctus, ruere atque irrumpere mortes.
Non tenet hic lacrymas : stupet hic : vocat ille beatos,
Funera quos maneant : hic votis numen adorat : 540
Brachiaque ad cœlum, quod non videt, irrita tollens
Poscit opem : subeunt illi fratresque parensque ;
Huic cum pignoribus domus, et quod cuique relictum est.
Halcyone Ceyca movet : Ceycis in ore
Nulla nisi Halcyone est : et, cum desideret unam, 545
Gaudet abesse tamen. Patriæ quoque vellet ad oras
Respicere, inque domum supremos vertere vultus.

furit impetus fluctus decumani : neque ante omittit appetere oppressam navim, quam defluat velut in muros navis subditæ. Pars ergo maris nitebatur adhuc opprimere navem, pars erat intus. Non minus tremunt omnes, quam urbs consuerit tremere, cum hostes *alii suffodiunt mœnia extrinsecus, atque alii potiuntur mœnibus intrinsecus. Ars succumbit, et animus deficit ; et quot undæ incurrunt, totidem mortes videntur impetere et irruere. Hic non temperat a fletibus ; hic stupet ; hic dicit felices, qui exequiarum honore non priventur ; hic Deum veneratur precibus, atque porrigens lacertos inutiles ad cœlum, quod non cernit, petit auxilium. Pater et germani veniunt in mentem illius ; domus et filii in* animum *hujus, et quicquid a quoquam relictum est. Halcyone tangit Ceycem ; nulla est in ore Ceycis nisi Halcyone ; et cum cupiat solam, tamen tœtatur abesse. Optaret etiam convertere oculos ad littora patria, et dirigere ultimos aspectus domum versus ; verum ubi sit ignorat :*

fluctus duo *puppis*, quinque alii *naris*.—530 Pal. sec. *Altius insurg.* Pincierus conj. *Valdius.* Alii *decumæ* pro *decimæ*.—533 Duo vett. *tendebat adh.* Deinde Berolin. *evadere*.—534 *Secius* est ex emend. Heins. pro vulg. *segnius*.—536 Quatuor libri *trepid. tuentibus.* Deinde Berolin. *ictus*.—538 Idem Cod. *Quot veniunt fluct.* Multi etiam *irrump. montes*.—542 *Fratresque* ex melioribus Heins. dedit ; vulg. *materq.* at nonnulli *fraterq.*—543 Plurimi *et quodcumque rel.*—546 Pro *patriæ* Heins. malit *patrias*.—547 Gron. et Me.

NOTÆ

530 *Decimæ*] Quæ et decumana nominatur, id est, maxima ; quomodo et ova, poma, aliaque ob denarii numeri perfectionem decumana cum maxima sunt dicimus.

540 *Funera*] Qui exequiarum honore non priventur.

Verum ubi sit nescit: tanta vertigine pontus
Fervet: et inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cœlum: duplicataque noctis imago est. 550
Frangitur incursu nimbosi turbinis arbos:
Frangitur et regimen: spoliisque animosa superstans
Unda, velut victrix, sinuatas despicit undas.
Nec levius, quam si quis Athon, Pindumve, revulsos
Sede sua, totos in apertum everterit æquor, 555
Præcipitata ruit: pariterque et pondere et ictu
Mergit in ima ratem: cum qua pars magna virorum
Gurgite pressa gravi, neque in aëra reddita, fato
Functa suo est. Alii partes et membra carinæ
Trunca tenent. Tenet ipse manu, qua sceptra solebat, 560
Fragmina navigii Ceyx: socerumque patremque
Invocat (heu!) frustra. Sed plurima nantis in ore

tanta perturbatione mare percellitur, et omne cœlum subducitur caligine immissa ex nebulis, et nox aucta est. Malus rumpitur impetu vorticis nimbosi: gubernaculum etiam rumpitur; et fluctus ferox emineas, quasi victoria potitus, despicit undas curvas. Neque præceps minori fertur impetu, quam si quis dejecerit in vastum mare Athon et Pindum sedibus suis erutos; et deturbat simul incursu et gravitate navem in profundum: cum qua bona pars hominum absorpta altis aquis, neque remissa in aërem, mortem oppetiit. Alii navis innituntur partibus et membris laceris. Ceyx ipse tenet fragmentum navis dextra qua consueverat tractare *sceptrum; atque, heu! incassum ovat et socerum et patrem. At uxor Halcyone sæpius recurrit in os*

supr. flectere vult.—550 Plurimi *mortis imag.*—552 Heidelb.*spol. animata superbit.* Multi Codd. quòs sequuntur vulg. Edd. *animosa superstes:* nonnulli *superstat;* quatuor *superstans,* quod et Heins. recepit.—553 *Sinuatas* ex pr. Erfurt. et altero Strozzæ, cum altero Twisden. alii *sinuataque.* Burm. nescit qui placere potuerit illud, *unda despicit undas?* in duobus codicibus erat, *despicit umbras;* in Cant. *despicit alnos:* Bas. *despicit arva* et pro varia lectione, *alnum:* conj. ergo *sinuatas despicit alas:* ut de antennis jam vi venti curvatis agat, super quas unda surgebat: Bothius putat *alnos* cum Cant. esse legendum.—554. 555 Nonnulli *Pindumque.* Voss. et Jun. et duo alii *Pind. remissos;* Mor. *repulsos.* Pro *totos* alter Twisden. *tortos.* Deinde *everterit* est ex Arund. et duobus aliis pro vulg. *everteret;* nonnulli *verteret;* quatuor *mitteret;* R. *ducerct.* Sed Heins. non placet *revulsos* et *totos:* suadet, *Pindumve vel Ossan, Sede sua motos:* Burm. exemplis confirmat et *sede motos* et *revulsos.*—556 *Ruit* Heins. profert ex quatuor libris; vulg. *cadit.*—558 P. *redd. fine.*—560 Thuan. Cant. et septem alii *sceptr. tenebat.*—561 Gron. *Fragm. remigii;* Berolin. *naufragii.*—562 Berolin. *in ore est.*—

NOTÆ

554 *Athon*] Hunc montem Macedoniæ esse, Pindum Thessaliæ, jam sæpe diximus.

561 *Socerum*] Æolum.
Patrem] Luciferum.

Halcyone conjux. Illam meminitque refertque:
Illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus,
Optat; et exanimis manibus tumuletur amicis. 565
Dum natat; absentem, quoties sinit hiscere fluctus,
Nominat Halcyonen, ipsisque immurmurat undis.
Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: et rupta mersum caput obruit unda.
Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses, 570
Illa nocte fuit: quoniamque excedere Olympo
Non licuit, densis texit sua nubibus ora.
Æolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: et jam, quas induat ille,
Festinat vestes: jam quas, ubi venerit ille, 575
Ipsa gerat: reditusque sibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem Superis pia thura ferebat:
Ante tamen cunctos Junonis templa colebat:
Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.

natantis. Ejus recordatur, atque illam memorat; desiderat ut undæ vehant suum corpus ante oculos illius, et exsanguis condatur manibus amicis. Dum nat, quoties unda spatium concedit os aperiendi, citat Halcyonem, et immurmurat ipsis fluctibus. Ecce ater arcus aquarum rumpitur super medias undas, et involvit caput obrutum aqua proturbata. Lucifer caliginosus fuit ea nocte, nec quem liceret cognoscere; et quandoquidem non concessum fuerit descendere cœlo, velavit suam faciem opacis nubilis. Interea Æolis nescia tantæ cladis dinumerat noctes: et jam urget amictus quos ille assumat; jam quos ipsa induat, ubi ille redierit; et sibi policetur recursus vanos. Illa quidem offerebat pia thura singulis Diis; celebrabat tamen præ aliis templa Junonis; et ibat ad altaria pro marito, qui nullus erat. Atque vocebat ut

563 Unus Pal. *ill. memoratq.*—565 Berolin. *tumul. amice.*—566 Voss. *Dum vagat abs.*—567 Schepperus conj. *ipsamq. immurm.*—571 Arg. et Thysii *fuit: cui quanquam* exc. Leid. *quoniam se exc.* Vulg. *exc. cælo: Olympo* Heins. dedit ex altero R.—572 Pr. Gron. *dens. subtexit:* plurimi *sua texit.*—574 Bas. *et quas mandaverat ille.*—578 Heins. malebat *Junonia templa.*—581 Sec. Pal. *nul-*

NOTÆ

568 *Niger arcus*] Unda decumana ex imo gurgite cum limo sublata: vel potius nubes atra aquis gravida, cujusmodi nos, non sine maximo fragore, non semel de cœlo ruere ipsi vidimus.

571 *Olympo*] Cœlo: ex quo siquidem Lucifero non licuit descendere, ut filio Ceyci opem ferret, vultus saltem, ne ejus casus cerneret, nubibus obduxit.

573 *Æolis*] Halcyone, scilicet, quam Æoli filiam antea vidimus.

575 *Festinat*] Moris fuit apud priscas matronas viris suis, fratribus, &c. manu sua vestes texere. Immo Augustus ipse temere non alia est usus, quam quæ ab uxore, sorore, filiave confecta esset.

Utque foret sospes conjux suus, utque rediret, 580
Optabat; nullamque sibi præferret. At illi
Hoc de tot votis poterat contingere solum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Sustinet; utque manus funestas arceat aris;
Iri, meæ, dixit, fidissima nuntia vocis, 585
Vise soporiferam Somni velociter aulam:
Extinctique jube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen, veros narrantia casus.
Dixerat. Induitur velamina mille colorum
Iris, et arquato cœlum curvamine signans 590
Tecta petit jussi sub rupe latentia regis.
Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni:
Quo nunquam radiis oriens, mediusve, cadensve
Phœbus adire potest. Nebulæ caligine mixtæ 595
Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis.
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris

maritus suus esset incolumis, et ut reverteretur; nullamque sibi præponeret. At hoc solum votum poterat illi evenire de tam multis. At Dea non potest amplius orari pro mortuo; et ut prohibeat ab altaribus manus funere pollutas, Iri, ait, nuntia certissima meæ orationis, adi propere sedes soporiferas Somni, atque hortare mittat sub specie Ceycis oppressi somnia ad Halcyonen exhibentia veros eventus. Dixerat. Iris tegitur amictu mille colorum, et imprimens arcum in aëre proficiscitur domum regis assignati sub rupe conditam. Est juxta Cimmerios antrum remoto recessu, mons cavus, aula et adytum inertis Somni; quo nunquam Sol oriens, meridianus, vel occidens potest accedere radiis. Nebulæ confusæ cum caligine exsurgunt ex terra: et crepuscula incerti luminis. Ales experrecta cristati capitis non ibi arcessit

lisque.—583 Plurimi Codd. *pro functi mort.*—588 Bas. pr. et octo alii *ver. imitantia cas.*—590 In vocem *arquato* lectionum magna varietas, *arcato, arguto, alato, arcano, æquato, arquatico, &c.*—591 Unus Heins. *Tect. subit.* Deinde vulg. legitur *sub nube;* sec. Pal. et duo alii *nocte;* et Arg. *mille: rupe* recepit Heins. ex pr. Gron. quarto Med. Ro. Græviana. et duobus aliis.—592 Unus Gron. *longi spel. recessus,* quod Heins. rectius judicat.—594 Berolin. *mediusque cadensque.*—596 Strozzæ *Elaxantur hum.* Multi etiam *crepusc. noctis.*—

NOTÆ

584 *Funestas*] Funere et mariti morte pollutas.

592 *Cimmerios*] Populi fuerunt Sarmatiæ, ad paludem Mæoticam et Bosphorum, quod ab ipsis *Cimmerium* appellatur. Accommodatissime autem Somni regiam in frigidam, tenebrosam, et humidam regionem Poëta removit.

597 *Ales cristati*] Galli est periphrasis, qui adventantem diem cantu prænuntiare solet.

Evocat Auroram : nec voce silentia rumpunt
Solicitive canes, canibusve sagacior anser.
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami, 600
Humanæve sonum reddunt convicia linguæ.
Muta quies habitat. Saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes : per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papavera florent, 605
Innumeræque herbæ : quarum de lacte soporem
Nox legit, et spargit per opacas humida terras.
Janua, quæ verso stridorem cardine reddat,
Nulla domo tota ; custos in limine nullus.
At medio torus est, ebeno sublimis in atra, 610
Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus :

Auroram cantibus : neque canes custodes, aut anser sagacior canibus turbant silentia voce. Non fera, non pecora, non frondes agitatæ ventis, vel probra linguæ humanæ edunt strepitum. Quies muta permanet. Nihilominus rivus aquæ Lethes exit ab ima parte saxi ; per quem aqua fluens cum susurro, lapillis strepentibus, conciliat soporem. Papavera fertilia et innumera gramina, de quorum lacte nox humida parat somnum et spargit per caliginosas terras, florent in aditu speluncæ. Nullæ valvæ in tota domo, quæ strideant moto cardine : nullæ excubiæ ad fores. At in medio est lectus sublatus super nigra ebeno, plumeus, ater, stratus nigris vestibus ; super quo ipse Deus de-

598 Berolin. *non voc.*—599 Duo Bonon. et pr. Hamburg. *Solicitæve.*—600 Berolin. *Nec fer.* Post h. vs. plures subjungunt istum, *Garrula nec Procne stertentia pectora* (aut *corpora*) *mulcet ;* vel, ut alii, *stridentia,* vel *certantia.*—601 Mor. et plures alii *Human. sono redd.*—602 Quatuor libri *Multa quies.* Gron. *sax. quoque venit ab.*—603 Bothio displicent compositi duo genitivi *aquæ Lethes ;* unde Mor. lect. præfert *Riv. aquæ lenis.* Deinde Barthius ad Stat. Theb. x. 96. legit *querulo cum murmure labens ;* in Med. et aliis *lambens:* Burm. mallet *querulo quæ* vel *leni quæ murm.*—605 Unus Med. *for. Thalami.*—608 Ante Heins. edebatur, *Janua ne verso.* Sed *quæ* approbavit etiam Burm. 'nam si *fores,*' inquit, 'sunt ante antrum, intus januas fuisse verisimile est, sed minime sonoras.'—610 *in atra* dedit Heins. pro vulg. *in antro.*—611 Idem pro *unicolor* malit *atricolor,* aut *æquicolor,* æqui cum ebeno

NOTÆ

599 *Sagacior*] Hanc præcipue laudem meruerunt auseres, qui clangore suo sopitos Capitolii custodes excitaverunt, deque ingruentibus Gallis admonuerunt : quam quidem historiam jam semel attigimus.

602 *Saxo tamen*] Quia somnos quoque inducere solet aquarum murmur.

603 *Lethes*] Id est, oblivionis : per somnum enim vitæ videmur oblivisci. Ad Inferorum vero fluvium Lethen respexit Poëta ; cujus aquam si quis gustasset, præteritorum omnium statim oblivisci voluerunt.

605 *Papavera*] Quorum vis est soporifera.

Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.
Hunc circa passim, varias imitantia formas,
Somnia vana jacent totidem, quot messis aristas,
Sylva gerit frondes, ejectas littus arenas. 615
Quo simul intravit, manibusque obstantia virgo
Somnia dimovit: vestis fulgore reluxit
Sacra domus: tardaque Deus gravitate jacentes
Vix oculos tollens; iterumque iterumque relabens,
Summaque percutiens nutanti pectora mento, 620
Excussit tandem sibi se: cubitoque levatus,
Quid veniat (cognorat enim) scitatur. At illa:
Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit; qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori; 625
Somnia, quæ veras æquent imitamine formas,
Herculea Trachine jube, sub imagine regis,
Halcyonen adeant, simulacraque naufraga fingant.
Imperat hoc Juno. Postquam mandata peregit

cumbit, artubus pressis languore. Circa hunc somnia inania exhibentia diversas species tot hinc inde sunt strata, quot messis habet spicas, sylva folia, littus arenas expulsas. Quo statim atque Dea accessit, et discussit manu somnia obstantia, sacra domus fulsit splendore amictus: atque Deus ægre aperiens oculos gravatus segni languore, iterum atque iterum recidens, et percutiens supremum pectus nutanti mento sese denique sibi corripuit; atque sustentatus cubito, petit quamobrem accesserit; nam cognoverat. At illa, Somne, Pax rerum, Somne mitissime Deorum, solatium mentis, quem solicitudo vitat, qui lenis pectora pressa laboribus diurnis, atque restituis ad munus; fac somnia, quæ imitentur veras figuras rerum, *accedant ad Halcyonen Trachine Herculea sub forma regis, atque exhibeant imaginem naufragam. Juno hoc jubet. Iris discedit, postquam jussa perfecit: neque enim poterat*

atra coloris, ebeno concolor. Spirens. habet *utve color;* Pal. sec. *inicolor.*— 615 Berolin. *Sylv. jacit frond.* Genevens. *gerat.* Tunc *ejectas* cum melioribus exhibet Heins. quidam vero vett. *ejectat.*—617 Berolin. *fulg. reluet;* Gron. *refulsit.*—618 Pro *Sacra* Heins. malebat *Atra.*—619 Berolin. *iterum iterumq.*— 622 Vulg. *cognovit enim:* tres *cognoscit;* quinque *cognorat.*—623 In duobus erat *Summa quivs;* et mox *placidissima* in plurimis.—624 *Corda diurnis* Heins. dedit ex pr. Bas. vulg. *corpora duris:* quatuor *membra diurnis.*— 625 Bas. et Sprotii *minist. nutris.* Sec. Pal. *reficisque.*—626 Pro *veras* Gron. *sacras.* Dein *æquent* est ex sec. Pal. Arund. et aliis compluribus; vulg. *æquant.*— 627 *Herculea Trachine* Heins. dedit ex melioribus; alii *Herculeam Trachina.*—

NOTÆ

616 *Virgo*] Iris, scilicet, Junonis nuntia.

627 *Regis*] Ceycis, scilicet, quem Trachine ab Hercule ædificata reguas se diximus.

Iris, abit: neque enim ulterius tolerare vaporis 630
Vim poterat. Labique ut Somnum sensit in artus,
Effugit; et remeat per quos modo venerat arcus.
At pater e populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatoremque figuræ,
Morphea. Non illo jussos solertius alter 635
Exprimit incessus, vultumque sonumque loquendi.
Adjicit et vestes, et consuetissima cuique
Verba. Sed hic solos homines imitatur. At alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.
Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus 640
Nominat. Est etiam diversæ tertius artis
Phantasos. Ille in humum, saxumque, undamque, trabemque,
Quæque vacant anima, feliciter omnia transit.

sufferre amplius vim vaporis: et ut advertit soporem influere in membra, prorumpit, et revertitur per arcus per quos modo accesserat. At pater excutit ex turba mille suorum filiorum Morpheum artificem et imitatorem figurarum. Alius non imitatur accuratius præscriptos incessus, et faciem, et modum loquendi. Addit et amictus, et voces cuique usitatissimas. Atque hic exhibet solos homines. Et alius fit fera, fit ales, fit anguis longo corpore. Dii hunc appellant Icelon, gens humana Phobetorem. Phantasos est tertius diversæ etiam artis. Ille mutatur facile in terram, lapidem, aquam, arborem, atque omnia quæ sunt inanima. Isti consueverunt exhibere suam

630 Edd. vulg. *toler. soporis:* Heins. dat *vaporis* ex Spirens. et Fl. S. Marci; sed conj. *vaporam.*—631 Multi pro *Vim* scribunt *Vi.* Deinde quatuor libri *sentit in art.*—632 Duodecim libri *per quas...auras.*—636 Heins. mallet *Exprimat.* Mox sec. Pal. et unus Heins. *modumque loq.* quod Heins. præfert. Burm. vero *sonumq.* retinendum putat.—637 Plurimi scripti *consuet. quæque.*—638 Cant. O. et Bas. *hic solus.*—639 Unus *long. pectore;* duo *tempore:* Heins. malebat *tergore.*—640 Admodum variant in his nominibus scripti: *Itacon, Itecon, Atecon, Eliton, Itelon, Ycetum, Ycaton,* et nescio quæ monstra. *Phebetora, Phabetora, Phebetona, Phlebotora, Phlebetona, &c.*—643 Fragm. The-

NOTÆ

631 *Labique*] Ita et Cereris nympha, lib. VIII. fame affecta. Omnium denique formam induimus quæ vel sola cogitatione attingimus: quod nugarum hellnonibus, quales plurimos inter doctos præsertim videre est, mature fuisset perpendendum. Sed nihil illi, nisi quod suum, esse volunt aliquid.

633 *Pater*] Somnus, scilicet, somniorum pater.

634 *Simulatorem*] Morphei nomen hæ voces interpretantur.

640 *Icelon*] Similem interpretaberis.

Phobetora] Hoc est, Perterrefacientem, seu Perterricrepum.

642 *Phantasos*] Imaginatorem diceres, nisi prohiberent Grammatici. Pro triplici autem rerum natura, quæ phantasiam per somnos turbare solent, apposite Poëta tres Somni filios fecit.

Regibus hi, ducibusque suos ostendere vultus
Nocte solent: populos alii plebemque pererrant. 645
Præterit hos senior: cunctisque e fratribus unum
Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
Eligit: et rursus molli languore solutus
Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.
Ille volat, nullos strepitus facientibus alis, 650
Per tenebras: intraque moræ breve tempus in urbem
Pervenit Hæmoniam: positisque e corpore pennis
In faciem Ceycis abit: formaque sub illa
Luridus, exsangui similis, sine vestibus ullis,
Conjugis ante torum miseræ stetit. Uda videtur 655
Barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens, fletu super ora refuso,
Hæc ait: Agnoscis Ceyca, miserrima conjux?
An mea mutata est facies nece? Respice; nosces:

faciem tyrannis et imperatoribus de nocte: alii vagantur per populos et vulgus. Senex Somnus hos omittit, atque eligit unum Morpheum ex cunctis fratribus qui exequatur jussa Thaumantidos: et rursus demisit caput oppressum suavi sopore, et texit denuo altis vestibus. Ille volat per caliginem, alis nullum sonum reddentibus, et intra exiguum spatium temporis pervenit in urbem Hæmoniam, et pennis ex corpore sublatis induit vultus Ceycis, et sub illa specie lividus, inanimi similis, sine omni amictu constitit ad lectum infelicis uxoris. Barba viri videtur madida, et gravis aqua stillare ex uridis crinibus. Tum super toro stratus, lacrymis expressis super ora, hæc dicit: Cognoscis Ceycem, uxor infelicissima? an meus vultus est

atin. et quatuor alii *Quæq. carent.* Tunc Spirens. *animi;* Cod. S. Marci *animo. Feliciter* non habent nisi unus Pal. unus Heins. et unus Mor. reliqui, *fallaciter:* unus, *velociter.*—644 Berolin. *Reg. his.*—647 Hunc vs. spurium judicabat Barth. ad Sat. x. Theb. 131. quia *edita* pro mandatis parum latine dici putat: pro *edita* Berolin. *omnia.*—648 Duo vett. *lang. solutum,* quod Heins. rectius judicabat; et recepit Mitscherlich.—649 Gron. *strat. reconditus.* Tunc tert. Gron. *antro;* unde Heins. conj. *atro:* in A. *asto,* et emend. *ostro.* —651 In Heidelb. *intraq.* corr. *citraq.*—652 *Eteam* pro *Hæmon.* maluisse Scaligerum monuit Heins. – 653 *Form. sub ill.* ex pr. Bas. Arund. pr. Mor. et decem aliis; vulg. *sumtaq. figura.*—654 *Exsangui* meliores; alii *exanimi.*—655 Mitscherl. edidit *Unda videtur.*—656 Fl. S. Marci, N. et tert. Bonon. *madid. viri fluer.* Duodecim etiam *fluit.*—657 *Refuso* ex Erfurt. Thuan. Bernegg. Cant. et aliis: ceteri *profuso.*—658 Heins. conj. *Huncne,* vel *Dic, uit.* Quidam etiam ha-

NOTÆ

646 *Senior*] Somnus, scilicet.

647 *Thaumantidos*] Iridis Thaumantis filiæ jussa.

651 *Urbem*] Trachinem, scilicet, ubi Halcyone habitabat.

653 *In faciem*] Ceycis figuram induit: atque ita, ut, si modo attendas, ipsum esse tibi fingas.

Inveniesque tuo pro conjuge conjugis umbram. 660
Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt.
Occidimus: falsæ tibi me promittere noli.
Nubilus Ægæo deprendit in æquore navim
Auster, et ingenti jactatam flamine solvit:
Oraque nostra, tuum frustra clamantia nomen, 665
Implerunt fluctus. Non hæc tibi nuntiat auctor
Ambiguus: non ista vagis rumoribus audis:
Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.
Surge, age: da lacrymas; lugubriaque indue: nec me
Indeploratum sub inania Tartara mitte. 670
Adjicit his vocem Morpheus; quam conjugis illa
Crederet esse sui. Fletus quoque fundere veros
Visus erat: gestumque manus Ceycis habebant.
[Ingemit Halcyone lacrymans, motatque lacertos
Per somnum: corpusque petens amplectitur auras: 675
Exclamatque, Mane: quo te rapis? ibimus una.]

deformatus morte? Intuere; agnosces; atque reperies pro tuo marito umbram mariti. Tuæ preces, Halcyone, nobis nullo auxilio fuerunt. Periimus. Ne me speres decepta. Auster pluvius corripuit navem in mari Ægæo, et disjecit agitatam spiritu vehementi; et undæ impleverunt os nostrum citans frustra nomen tuum. Nuntius incertus non tibi hæc refert; non accipis ista per dubios rumores. Ego ipse naufragus tibi astans tibi narro meam sortem. Erige te, quæso; exhibe fletus, atque assume luctuosa; neque me mitte non defletum sub exilia Tartara. Morpheus his addidit vocem, quam illa arbitraretur esse sui mariti. Visus erat etiam emittere veras lacrymas; et manus imitabantur gestum Ceycis. Halcyone flens suspirat, et movet brachia dormiendo, et quærens corpus amplectitur aërem, atque vociferatur, Mane; quo profugis? proficiscemur una. Tremefacta sua voce,

bent *Cegcaque.*—660 Arund. *toto pro corpore:* unde Burm. *Invenies toto pro corpore corporis umbr.* Heins. malebat *noto pro corpore.*—662 *Falsæ* est ex Heins. emend. in Cod. Gron. qui habet *false:* vulgo etiam *falso.*—663 Med. *Æg. depressit in.* Deinde alii *aq. navem.*—667 Berolin. *Incertus* pro *Ambig.* Tunc Med. *malis* pro *vagis.* Voss. *vug. erroribus aud.*—671 Heidelb. *Addidit his voc.*—672 Bas. *quoq. mittere ver.*—673 Planudes cum quibusdam Codd. *sceptrumque m. C. habebat.* O. et tres alii dant *habebant.*—674 Sic Gro-

NOTÆ

663 *Ægæo*] Cui mari se, Trachine in Ioniam iturus, Ceyx crediderat.

664 *Auster*] Eurum primo tempestatis concitorem Poëta 48. vs. memoravit: ne omnia vera esse, quæ per somnia videris, credas.

670 *Indeploratum*] Multæ etiam utilitatis credebant esse apud Inferos, plurimos habuisse in superis qui sublatum flevissent.

675 *Corpus*] Ceycis sui, quem per somnum Morphei ope viderat.

Voce sui, specieque viri, turbata soporem
Excutit: et primo si sit circumspicit illic,
Qui modo visus erat. Nam moti voce ministri
Intulerant lumen. Postquam non invenit usquam; 680
Percutit ora manu: laniatque a pectore vestes:
Pectoraque ipsa ferit. Nec crinem solvere curat;
Scindit: et altrici, quæ luctus causa, roganti,
Nulla est Halcyone, nulla est, ait: occidit una
Cum Ceyce suo. Solantia tollite verba. 685
Naufragus interiit. Vidi, agnovique; manusque
Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
Umbra fuit: sed et umbra tamen manifesta, virique
Vera mei. Non ille quidem, si quæris, habebat
Assuetos vultus: nec, quo prius ore, nitebat. 690
Pallentem, nudumque, et adhuc humente capillo
Infelix vidi: stetit hoc miserabilis ipso
Ecce loco: et quærit, vestigia si qua supersint.

et imagine mariti, excutit somnum; atque primo circumspicit num is adsit qui modo erat visus: nam famuli excitati voce admoverant luminaria. Cum nusquam inveniret, perculit faciem manu, et discerpit amictus a pectore, et plangit ipsum pectus: neque meminit solvere comam; dilaniat: atque inquit nutrici petenti causam doloris, Halcyone nulla est, nulla est: interiit cum Ceyce suo. Abstinete sermonibus consolatoriis. Naufragus obiit. Aspexi, atque cognovi, et obtuli manus abeunti, volens retinere. Umbra fugit; sed umbra tamen clara et vera mei mariti. Si exquiras, ille quidem non habebat faciem solitam; neque lucebat eodem vultu quo antea. Misera intuita sum pallidum, nudumque, et coma adhuc madida. Ecce constitit flebilis hoc ipso loco: atque lustrat si quæ supersint indicia. Hoc

novius legendum monet: vulg. *Halc. lacrymas movet atque lacert.* quod Naugerius olim corr. *Halc. lacrymans; mov.* Heins. persuasum habet hunc vs. cum duobus seqq. ab aliena manu hic inculcatum esse; præsertim, quod vs. 677 sex scripti agnoscant *sui*, non *sua*; quomodo omnino legendum esse, si hi tres versus tollantur.—678 *Circumsp. ille* Med. O. et plurimi alii; *illuc* tres: si *illic* retineas seq. versu Burm. legendum putat, *Qua modo visus erat: quo* erat in pr. Med.—680 *Attulerant lum.* Fl. S. Marci. Heidelb. *non conspicit.* —681 *Perculit or.* unus Heins. Berolin. *a corpore.*—682 *Crinem*, pro vulg. *crines*, nonnulli.—683 Pro *Scindit* in quinque codicibus est, *Sævit*; unus, *Sedit*; unde Heinsius *Cadit* faciebat: *Solvit* unus.—685 Schepperus putat, verba magis pathetica fore, si legas *solamina tollite vestra.*—687 Berolin. *Et disced...tenenti.* —688 Heins. pro *fuit* mallet *fugit* ex pr. Erfurt. Bernegg. pr. V. Fragm. Theatin. et aliis.—689 Berolin. *Verba mei.*—690 Heins. conj. *Assuet. cultus.*

NOTÆ

693 *Quærit*] Halcyone, scilicet.

Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam;
Et ne, me fugiens, ventos sequerere rogabam? 695
At certe vellem, quoniam periturus abibas,
Me quoque duxisses. Tecum fuit utile, tecum
Ire mihi. Neque enim de vitæ tempore quicquam
Non simul egissem: nec mors discreta fuisset.
Nunc absens pereo, jactor nunc fluctibus absens: 700
Et, sine me, me pontus habet. Crudelior ipso
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar
Longius, et tanto pugnem superesse dolori.
Sed neque pugnabo: nec te, miserande, relinquam:
Et tibi nunc saltem veniam comes: inque sepulcro, 705
Si non urna, tamen junget nos litera: si non
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet; verboque intervenit omni
Plangor: et attonito gemitus e corde trahuntur.
Mane erat: egreditur tectis ad littus: et illum 710
Mœsta locum repetit, de quo spectarat euntem.

erat, hoc quod metuebam mente præsaga; atque orabam ne fugiens me te crederes ventis? At certe optarem, siquidem discedebas interiturus, me etiam duxisses. Mihi bonum fuit tecum, tecum proficisci. Neque enim quicquam non una transmisissem de tempore vitæ; neque mors fuisset divisa: nunc remota intereo, nunc remota agitor undis; et mare me habet sine me. Meus animus sit mihi sævior ipso mari, si cupiam vivere diutius, et coner superesse tanto dolori. Verum neque conabor, neque te destituam, deflende; et saltem nunc te comitabor: atque in tumulo si urna non copulet nos, attamen epitaphium id præstabit: *si non tangam ossa meis ossibus, at* tangam *nomen nomine. Mœror obstat pluribus, et se percutit ad singulas voces: et gemitus dacuntur e corde stupefacto. Mane erat; domo proficiscitur ad littus, et tristis redit ad illum locum, de quo intuita erat discedentem: atque dum in-*

—695 Berolin. *me fugeres, vent.*—696 Multi *quon. moriturus abib.*—697 Vulg. *duxiss. fuit ah fuit util.* et decem scripti *fuit o fuit;* Fl. S. Marci, et duo alii *multum fuit;* Bernegg. *quoniam:* nostram lect. Heins. protulit ex N. pr. Med. et Hamburg. et sex aliis.—700 *Pereo* est ex Urbin. Thuan. pr. Gron. et Mor. utroque Erfurt. et aliis compluribus; vulg. *perii. Nunc* etiam dedit Heins. ex uno suo; alii *quoque.* Heidelb. sic habet, *Quin abs. perii; jact. quoq. fl.*—701 Heins. restituit *me me;* vulg. *me te:* conj. præterea *Nec sine me te.*—702 In uno Ciofan. *ducer. quæram.*—707 Jun. et unus Heins. *at nomine nomina tang.*—709 *E* est ex Bernegg. vulg. *a;* alii *de.*—710 Jun. et Thuan. *egred. thalamis ad.*—711 Vulg. *Dumq. moratur ibi; dumq.* Heins.

NOTÆ

695 *Ne sequerere*] Qualis affectus, quantus impetus in hac apostrophe!

698 *Neque enim*] Hoc est, tecum omne vitæ tempus exegissem, tecumque fuissem.

706 *Si non urna*] Quia Ceycis corpus desiderabatur.

Litera] Epitaphium.

Dumque, Moratus ibi; dumque, Hic retinacula solvit,
Hoc mihi discedens dedit oscula littore, dicit,
[Dumque notata oculis reminiscitur acta, fretumque]
Prospicit; in liquida, spatio distante, tuetur 715
Nescio quid, quasi corpus, aqua: primoque, quid illud
Esset, erat dubium. Postquam paulo appulit unda;
Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;
Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est:
Et tanquam ignoto lacrymam daret, Heu, miser, inquit, 720
Quisquis es, et si qua est conjux tibi! Fluctibus actum
Fit propius corpus. Quod quo magis illa tuetur,
Hoc minus, et minus est amens sua. Jamque propinquæ
Admotum terræ, jam quod cognoscere posset,
Cernit: erat conjux. Ille est, exclamat: et una 725
Ora, comas, vestem lacerat: tendensque trementes
Ad Ceyca manus, Sic, o carissime conjux,
Sic ad me, miserande, redis? ait. Adjacet undis
Facta manu moles: quæ primas æquoris iras

quit, Ibi cunctatus; dum, Hic solvit vincula, Proficiscens mihi obtulit suavia hoc littore, et dum relegit oculis facta quæ observaverat, atque prospicit mare, videt longe in aqua fluida nescio quid quasi corpus; atque primo incertum erat quid esset. Postquam fluctus paulum appulit; et tametsi longe erat, constabat tamen esse corpus; nesciens quis esset, quia naufragus, præsagio tacta est; et quasi peregrino fletus indulgeret, Heu, infelix, ait, quisquis es, et si qua uxor est tibi! Corpus vectum undis accedit propius. Quod quo magis illa aspicit, hoc minus atque minus vesana est sui compos. Jamque appulsum terræ proximæ, jam spectat quod posset cognoscere: maritus erat. Ille est, vociferatur; atque simul dilaniat faciem, capillos, amictum: et porrigens manus pavidas ad Ceycem, Ita, inquit, o marite dilectissime, ita reverteris ad me, deflende? Agger arte structus junctus est fluctibus, qui

corr. *Moratus ibi est;* ut Halcyones sint verba. Heidelb. *Hinc* pro *Hic.* —714 S. Marci, et duo alii *Quæ dum tota locis remin.* pr. Bas. *Dumque notata oculis;* sec. Pal. *Dumque notat littus:* Heins. putat vs. esse adulterinum. Pro *acta* Burm. conj. *ante.*—715 Heins. mallet *Prosp. en lig.*—717 Berolin. *paulo postquam;* sed multi habent *paulum.* Heins. etiam *unda* dedit ex scriptis pro vulg. *undæ.*—719 *Qui* vel *quid* meliores, teste Heins. vulg. *Quis.*—720 *Lacrymam* etiam ex melioribus; alii *lacrymas.*—723 Ita vs. constituit Heins. de suo: vulg. *est mentis, jam, jamque propinquæ.* Multi, *mentis sua: jamque pr.* Octo, *mentis suæ: O. jam mens sua;* Leid. *mentis sibi;* alius *sibi mentis.*—726 Tres *vestes laceraat:* totidem *vestem lacerans;* Leid. et duo alii *laniat.*—729 Heins. dedit *iras* ex Thuan. quart. Med. pr.

NOTÆ

712 *Moratus ibi*] Verba sunt Halcyones, quæ extra narrationis seriem ex ejus persona interseruntur.

Frangit; et incursus quæ prædelassat aquarum. 730
Insilit huc: mirumque fuit potuisse; volabat:
Percutiensque levem modo natis aëra pennis,
Stringebat summas ales miserabilis undas.
Dumque volat; mœsto similem, plenumque querelæ
Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro. 735
[Ut vero tetigit mutum et sine sanguine corpus;
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oscula rostro.]
Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus undæ
Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille 740
Senserat. Et tandem, Superis miserantibus, ambo
Alite mutantur. Fatis obnoxius îsdem
Tunc quoque mansit amor, nec conjugiale solutum
Fœdus in alitibus. Coëunt, fiuntque parentes:
Perque dies placidos, hyberno tempore, septem 745

minuit primam vim maris, quique frangit impetum aquarum. Huc ascendit; atque mirum fuit potuisse; volabat: et verberans tenues auras pennis modo ortis, avis luctuosa radebat extremas aquas. Et dum volat, facies stridula emisit sonum exiguo rostro æquulem lugubri, et plenum querimoniæ. Cum vero tetigit corpus mutum et exsangue, amplexa novis alis membra carissima, frustra obtulit gelida suavia rigido rostro. Vulgus incertum erat an Ceyx istud adverterit, an sit visus erigere faciem agitatione fluctuum: at ille senserat: et denique Diis miserescentibus, uterque vertuntur in aves. Amor superfuit tunc etiam subditus iisdem fatis; neque fœdus connubiale diremtum in avibus. Junguntur fiuntque parentes; atque Halycone incubat per septem dies quietos tem-

Bonon. pr. Mor. pro vulg. *undas.*—730 In voc. *prædelassat* variant scripti; *prædæ quæ lassat*, vel, *qua prædam traxit* pr. Gron. quod ultimum etiam Arg. agnoscit: *prædegustat* unus: *prædecessit* alius: *credo laxat* unus Heinsii.—731 Nonnulli *Insil. huic;* duo Leid. *hunc:* Heins. conj. *hanc.*—737. 738 Hi duo vs. in uno Gron. margini ascribebantur.—737 Unus Med. *ampl. trementibus.*—739 Berolin. *Senserat hæc* C. et mox *mot. unda.*—740 Idem *Tolleret et vis.*—743 Heins. ex scriptis emend. *conjugiale;* vulg. *conjugale.* Berolin. quoque

NOTÆ

730 *Prædelassat*] Lassos et debiles reddit.

732 *Modo natis*] Nam in Halcyonem mutata.

741 *Senserat*] Incredibile est istud equidem: at enim amoris potentia quantum valeat inter viros nulli licet satis ostendere.

743 *Nec conjugiale*] Locum fecit fabulæ aliqua ex parte Halcyonum mutuus amor; quem usque adeo celebrem voluerunt veteres, ut honoris causa hyemales dies per quos nidulantur Dii tranquillos sanxerint.

745 *Septem*] Novem alii, itemque undecim assignant.

Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum via tuta maris: ventos custodit, et arcet
Æolus egressu: præstatque nepotibus æquor.

Fab. XI. Æsacus in volucrem Mergum.

Æsacus natus Priami, ex Alyxothoë, Cebreni amnis filia, sub monte Ida furtim editus, urbanum apparatum cultumque cum sylvis et labori postposuisset, incidit in conspectum Hesperies Nymphæ: cujus captus pulchritudine, dum fugientem persequitur, causa interemtus extitit. Confusa enim timore per ignorantiam serpentem calce pressit, cujus morsu stricta concidit. Ejus desiderio Æsacus, ne diutius dolorem sentiret, e monte in subjectum pelagus se præcipitavit: qui, prinsquam mergeretur, in avem cessit. [Hæc æquora amat, nomenque mergi tenet, quia amne mergitur illo.]

Hos aliquis senior circum freta lata volantes
Spectat: et ad finem servatos laudat amores. 750
Proximus, aut idem, si fors tulit, Hic quoque, dixit,
Quem mare carpentem, substrictaque crura gerentem,
Aspicis, (ostendens spatiosum guttura mergum,)
Regia progenies, et, si descendere ad ipsum
Ordine perpetuo quæris, sunt hujus origo 755

pore hyemis, nidis natantibus super mari. Tum navigatio secura per æquor: Æolus compescit auras, et prohibet exspatiari; atque concedit mare nepotibus.

XI. *Senex aliquis aspicit volantes circum vasta maria; atque laudibus extollit amores inviolatos. Proximus, aut forte idem, Hic etiam, inquit, quem vides stringentem æquor, atque habentem tibias exiles (ostendens mergum qui habet fauces amplas) est ex prole regia, et, si cupis devenire ad ipsum serie continua, sunt hujus majores,*

solut. est.—747 Heins. malebat *mari est.* S. Marci *Tunc jacet unda maris: vent.* —749 S. Marci *scn. junctim fret.* Dein Pal. tert. *lat. vagantes.*—751 Berolin. *si sors tul.*—752 *Subtractaque* Polit. et A. *succinctaque* Barb. Med. Arg. et Thysii: *constrataque* Exc. Langerm. *subnixa* Leid.—753 Plerique vett. *in gutture*, vel *gurgite*: pr. Med. pr. Twisd. et unus Mor. *gutture*, omisso *in*: *guttura* est ex Heins. emend. ut sit Græcismus.—755 In uno Ciofan. *fuit* pro

NOTÆ

746 *Nidis*] Eorum habes descriptionem apud Plinium. Sed Plutarchum adi præsertim de Halcyonibus.

748 *Nepotibus*] Ex Halcyone filia procreatis.

755 *Sunt hujus*] Ilus, Assaracus, et Ganymedes fratres fuerunt, filii Trois. Ex Ilo natus Laomedon, ex Laomedonte Priamus, qui Æsaci, seu mergi, de quo nunc agitur, fuit pater; ut ex Homero liquet.

Ilus, et Assaracus, raptusque Jovi Ganymedes,
Laomedonque senex, Priamusque novissima Trojæ
Tempora sortitus. Frater fuit Hectoris iste:
Qui, nisi sensisset prima nova fata juventa,
Forsitan inferius non Hectore nomen haberet: 760
Quamvis est illum proles enixa Dymantis.
Æsacon umbrosa furtim peperisse sub Ida
Fertur Alexirhoë, Granico nata bicorni.
Oderat hic urbes: nitidaque remotus ab aula
Secretos montes, et inambitiosa colebat 765
Rura: nec Iliacos cœtus, nisi rarus, adibat.
Non agreste tamen, nec inexpugnabile Amori
Pectus habens, sylvas captatam sæpe per omnes
Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa,
Injectos humeris siccantem sole capillos. 770

Ilus, et Assaracus, et Ganymedes sublatus a Jove, et senex Laomedon, et Priamus, ultimus rex Trojæ per fata. Iste fuit consors Hectoris; qui nisi expertus esset sortem inauditam prima juventute, forte non consecutus esset minorem famam quam Hector, quanquam filia Dymantis illum peperit. Alexirhoë filia bicornis Granici dicitur Æsacon enixa furtim sub Ida opaca. Hic odio persequebatur urbes, atque dissitus a splendida regia sequebatur remotos montes, et campos ab ambitione alienos; neque accedebat frequens ad turbas Trojanas. Non gerens tamen cor rusticum, neque Amori inaccessum, videt Hesperien Cebreni filiam quæsitam sæpe per omnes sylvas, quæ exsiccabat ad Solem comam sparsam per humeros in ripa patria. Nympha visa

sunt: et Maz. *ejus orig.*—759 S. Marci *Cui nisi cessisset;* unde Heins. conj. *Cui nisi cessissent:* unus Heins. *Qui nisi sumsisset;* Med. *præscisset.*—762 Heins. conj. *Æsac. undosa furt.*—763 Plaudes suadet *Alixothoë* scribendum: alii aliter; *Alizothoë, Alixithoë:* nostram lect. Heins. dedit, qui et conj. *Alirrhotië* vel *Alexiare.* Deinde pro vulg. *gracili conata bicorni,* quod est nihili, tert. Med. *gratuli:* unus Heins. *gratili:* duo alii, *graciali:* scribendum monet Heins. *Granico nata bicorni;* nam in nonnullis codicibus, *gracilico nata.* Burm. sic emend. *Alexirhoë Sagari cognata bicorni,* et putat *Sagarium* vel *Sagarim* fluvium hic latere, qui dictus a Sagari, Myndonis et Alexirhoës filio, et qui potuit filiam habuisse ex suæ matris nomine Alexirhoën dictam: et ille vero *bicornis* forte quia duobus ostiis in mare exibat.—759 In *Hesperien* variant Codd. *Eperien* plurimi veteres: alii, *Epirien, Epireen, Epiren, Epirihen, Hyperien, Heperien, Heperihen.* Florent. S. Marci *Aspexit Perien.*—770 Duo libri *Innexos hum.*

NOTÆ

757 *Novissima*] Nam regnante illo a Græcis funditus deleta.

758 *Hectoris*] Qui fortissimus fuit Priami filius.

761 *Proles*] Hecubam dicit, Priami uxorem, Dymantis filiam, ut scripsit Homerus; quanquam Cissei Thracum regis eandem voluit Euripides.

763 *Alexirhoë*] Nympha fuit, Granici, ex Ida Phrygiæ monte profluentis fluvii, nata, Æsaci mater.

769 *Cebrenida*] Cebreni, ignobilis Troadis rivuli, filiam.

Visa fugit Nymphe, veluti perterrita fulvum
Cerva lupum, longeque lacu deprensa relicto
Accipitrem fluvialis anas. Quam Troius heros
Insequitur: celeremque metu celer urget amore.
Ecce latens herba coluber fugientis adunco 775
Dente pedem strinxit, virusque in corpore linquit.
Cum vita suppressa fuga est. Amplectitur amens
Exanimem: clamatque, Piget, piget esse secutum:
Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
Perdidimus miseram nos te duo. Vulnus ab angue, 780
A me causa data est. Ego sim sceleratior illo,
Ni tibi morte mea mortis solatia mittam.
Dixit: et e scopulo, quem rauca subederat unda,
Se dedit in pontum. Tethys miserata cadentem
Molliter excepit: nantemque per æquora pennis 785
Texit: et optatæ non est data copia mortis.
Indignatur amans invitum vivere cogi,

prorumpit tanquam cerva exterrita ravum lupum, aut anas fluvialis correpta procul a stagno relicto fugit accipitrem. Quam heros Trojanus persequitur, et levis amore premit levem timore. Ecce anguis tectus graminibus vulnerat dente recurvo pedem fugientis, atque spargit venenum in corpus. Fuga repressa est cum vita. Insanus complectitur exsanguem, atque clamat, Pœnitet, pœnitet esse persecutum: verum istud non reformidavi; neque mihi erat tanti superiorem esse. Nos duo te infelicem perdidimus. Plaga impacta est a serpente, ego occasionem præbui. Ego sim facinorosior illo, nisi tibi offeram consolationem necis meæ clade. Dixit; et immisit se in mare ex promontorio, quod aqua sonora corroderat. Tethys miserata labentem excepit leniter, et operuit pennis natantem per mare: neque concessus est obitus desideratus. Amans irascitur nolentem cogi vitam ducere, atque animam prohiberi

unus *ingestos*; alius *incomtos*. Deinde Cant. *in sole*.—772 Voss. et Sixii, duo Heins. et unus Leid. *Agna lup*.—773 Berolin. *Troicus her*.—776 Multi *Stringit...linquit*, quod Burm. librariis imputat, qui rhythmum amarint.—777 Duo Med. *vit. suspensa fug*.—778 In uno vet. Ciofan. uno V. Joannis, Caelest. et Berolin. *clam. piget me te ess*. Heidelb. *clamat quoque piget ess. τὸ quoque* punctis notatum, et superscript. *certe*.—781 In quibusdam *ego sum*. Leid. *sum truculentior*.—782 *Ni* pro vulg. *Qui* Heins. dedit ex multis vett. —784 *Se dedit* est ex N. et Urbin. vulg. *Decidit*; alii *Desilit*; tres *Dejicit*.—786. 787 Alter Strozzæ *Vexit: et:* Heins. malebat *Vestit:* et mox emendat *ut optatæ n. c. d. c. mortis, I. amans: invitus v. c.* Pro *mortis* multi Codd. *morti:*

NOTÆ

772 *Lacu*] Ad quem, ut se aquis immergat, non segniter anas confugit.

777 *Amens*] Æsacus, scilicet.

784 *Se dedit*] Ex quo prodesse parum vides aliorum hominum consortia fugiamus, nisi insuper a nobis ipsis tanquam ab infensissimis hostibus caveamus.

Obstarique animæ, misera de sede volenti
Exire. Utque novas humeris assumserat alas,
Subvolat: atque iterum corpus super æquora mittit. 790
Pluma levat casus. Furit Æsacos, inque profundum
Pronus abit, letique viam sine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet cervix: caput est a corpore longe.
Æquor amat: nomenque tenet, quia mergitur, illi. 795

cupientem excedere habitatione lugenda. Atque ut induerat recentes alas humeris sursum volat, atque denuo præcipitat corpus in mare. Pluma sustentat casum. Æsacus indignatur; et præceps ruit in altum, atque mortem experitur indesinenter. Amor induxit maciem: internodia crurum sunt longa, collum est *longum: caput longe est a corpore. Amat æquor, et nomen habet quia in illud mergitur.*

et Berolin. habet *se invitum.*—790 Cant. *Evolat: atq.*—791 Heidelb. *fugit* pro *furit.* Alii scribunt *Æsacon*, et *Æsacus.*—794 Alter Hamburg. et alii *a pectore.* Sec. Pal. *corp. longo;* Thysii *longum:* unde Heins. *caput extat pectore longum.*—795 *Tenet* ex Menard. Vivian. Cant. et aliis; vulg. *manet.*—795 Alii *merg. illic;* vel *illo.*

NOTÆ

788 *Misera*] Corpore, scilicet, quod quidem ergastulum animæque sepulcrum plerique omnes vocitant, paucissimi revera esse sciunt: cum tamen in eo pars maxima sit posita salutis.

792 *Pronus*] Quomodo ex scopulo sese in aquas Æsacus dederat, sic et mergus: atque ita eleganter hujus avis naturam Poëta describit.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XII.

Fab. I. et II. Serpens in Lapidem. Iphigenia in Cervam.

Agamemnon, Atrei et Æropes filius, dux Achivorum, cum in Aulide Jovis sacra ministraret, conspexit draconem in arbore, quæ impendebat aræ, lapsum ad nidum volucris: cujus octo pullis consumtis ab eodem serpente, novissime etiam circumvolante matre aquila, ipse conversus in saxum est. Quorum prodigio Calchas Thestoris filius respondit, per novem annos in Troadem dimicaturos: decimo autem Ilio potituros. Fertur autem portus Bœotiæ hic esse, ubi mille naves adversis tempestatibus stetissent. Morantibus enim Achivis, respondetur a Calchante, non ante classes posse moveri, quam Iphigeniam pater immolasset. Quæ cum pro re communi ad aram esset applicata, inter sacrificandum obductis nubibus a Diana rapta est, et pro ea supposita cerva.

Nescius assumtis Priamus pater Æsacon alis
Vivere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti

1. *Priamus ignorans Æsacon vita frui alis indutis, mœrebat: Hector etiam præ-*

---

1 Heins. conj. *Nesc. at sumtis.* Vivianus notat in quibusdam legi *puerum*

NOTÆ

2 *Tumulo*] Cenotaphio, in quo Æsaci nomen sine corpore erat.

Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio Paridis præsentia tristi,
Postmodo qui rapta longum cum conjuge bellum 5
Attulit in patriam: conjuratæque sequuntur
Mille rates, gentisque simul commune Pelasgæ.
Nec dilata foret vindicta; nisi æquora sævi
Invia fecissent venti; Bœotaque tellus
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras. 10
Hic patrio de more Jovi cum sacra parassent;
Ut vetus accensis incanduit ignibus ara;
Serpere cœruleum Danai videre draconem
In platanum, cœptis quæ stabat proxima sacris.
Nidus erat volucrum bis quatuor arbore summa: 15

bucerat inferias inutiles cum consortibus sepulcro nomen habenti. Paris non adfuit luctuoso honori, qui paulo post advexit in patriam longum bellum cum uxore rapta: et mille naves conjuratæ sequuntur, atque una populus ex omni Græcia. Neque ultio longius abiisset, nisi venti terribiles reddidissent maria inaccessa; et terra Bœotia retinuisset naves discessuras Aulide piscosa. Cum Græci ibi adornassent sacra Jovi ritu patrio, cum vetus altare micuit ignibus accensis, viderunt serpentem cœruleum repere in platanum, quæ erat proxima sacris occeptis. Nidus

pat.—3 Fl. S. Marci et unus Med. *Hect. inani;* Heins. malebat *inane*, scil. nomen.—4 Unus Pat. *Deficit offic.*—5 Bas. *rupt. durum*, quod eleganter dictum putat Burm. Heins. tamen conj. *dirum.*—6 Bas. *Detulit in patr.* Sixii *Contulit.*—7 Gron. et octo alii *gentesque.* Alii legunt *Pelasgum.*—10 Med.

NOTÆ

3 *Inferias*] Tumulis enim lac, mel, vinum, lacrymas, sanguinem, flores, thura, alia insuper, honoris causa, vel etiam ad lætiorem defuncti statum apud Inferos, ingerere solebant. Atque hæc demortuis sacrificia Inferiæ dicebantur.

Inanes] Quia tumulus inanis.

4 *Paridis*] Priami quoque filii, qui ad rapiendam Helenam in Græciam profectus fuerat.

5 *Conjuge*] Helena, scilicet.

6 *Conjuratæ*] In Aulide enim bellum adversus Trojam conjuraverant Græciæ Principes.

7 *Mille*] Numero quidem, ut loqui amant, rotundo: namque Homero 1186. Dyeti 1225. Dareti Phrygio 1140. dicitur.

Commune] Pro populo universo; quo sensu Cicero Verr. IV. 'Statuæ a communi Siciliæ datæ.'

Pelasgæ] Pro Græcis universis sæpissime venit gens Pelasga, quæ Thessaliam, cui et Pelasgiæ datum nomen, incoluit.

9 *Bœota*] Bœotia, Græciæ regio, in qua urbs Aulis Chalcidi finitima, ubi non parvo tempore per tempestatem Græcorum naves manserunt.

15 *Volucrum*] Passeres dixit Homerus, ex cujus Iliados II. desumta fabula.

Quas simul, et matrem circum sua damna volantem,
Corripuit serpens; avidaque recondidit alvo.
Obstupuere omnes. At veri providus augur
Thestorides, Vincemus, ait: gaudete, Pelasgi.
Troja cadet; sed erit nostri mora longa laboris. 20
Atque novem volucres in belli digerit annos.
Ille, ut erat, virides amplexus in arbore ramos,
Fit lapis: et servat serpentis imagine saxum.
Permanet Aoniis Nereus violentus in undis,
Bellaque non transfert: et sunt, qui parcere Trojæ 25
Neptunum credant; quia mœnia fecerat urbi.
At non Thestorides. Nec enim nescitve, tacetve
Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse Deæ. Postquam pietatem publica causa,
Rexque patrem vicit; castumque datura cruorem 30

erat octo pullorum suprema arbore, quos anguis corripuit una cum matre volitante circum suam cladem, et abdidit in rapacem ventrem. Omnes obstupuerunt. At Thestorides vates, veri prudens, Vincemus, inquit, exultate, Græci. Ilium ruet; sed spatium nostri laboris erit longum: atque statuit novem volucres pro annis belli. Ille, sicuti erat amplexus ramos virides in arbore, mutatur in petram, et manet petra specie anguis. Nereus stat acer in fluctibus Aoniis; neque transfert naves; et sunt qui arbitrentur Neptunum ignoscere Trojæ, quod illam muris cinxerit. At non Thestorides: neque enim aut ignorat, aut tegit, iram Deæ virginis esse mulcendam sanguine virgineo. Postquam causa communis superavit pietatem, rexque

Aul. spicosa.—14 Med. *prox. templis;* Pal. et Marg. Gryph. *castris.*—17 Novem, in quibus Fr. *avidoque recond. ore:* Fl. S. Marci *udo quas condidit ore.*—18 Strozzæ et Maz. *prodigus aug.*—20 Leid. *Troj. jacet.* Tunc in Ball. erat, *cad. fuerit nobis mor.* Heins. malebat *nostro...labori.*—21 Leid. et Bonon. *bell. dividit ann.* tres *dirigit.*—22 Berolin. *vir. complexus in.*—23 Unus Leid. *et signat;* Exc. Calaudr. *format.*—25 Heins. invitis omnibus libris malebat, *Velaque*, idque postea in Voss. reperit Burm. recepit Mitscherl.—26 Capoferreus *mœn. fecerit* probante Bothio; et Berolin. *urbis.*—28 A. *virg. pacandam.* Cant. *numinis iram Esse docet.*—30 Berolin. *Resque;* et in margine

NOTÆ

19 *Thestorides*] Calchas est, Thestoris filius, Græcorum vates, genus ducens ab Apolline.

21 *Novem*] 40. olim Palæstinis Deus dederat ad pœnitentiam: nec ab illo fulmen tantum sine fulgure vibratur.

24 *Permanet*] Id est, sævit mare quod Bœotiæ adjacet. Aoniam namque Bœotiæ montanam partem, Nereum maris Deum, sæpe diximus.

29 *Deæ*] Dianæ, scilicet, cujus cervam Agamemnon imprudens occiderat: quæ et tempestatis et pestis causa fuit.

30 *Rex*] Agamemnon, qui Iphigeniæ

Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris;
Victa Dea est: nubemque oculis objecit; et inter
Officium turbamque sacri, vocesque precantum,
Supposita fertur mutasse Mycenida cerva.
Ergo ubi, qua decuit, lenita est cæde Diana; 35
Et pariter Phœbes, pariter maris ira recessit:
Accipiunt ventos a tergo mille carinæ:
Multaque perpessæ Phrygia potiuntur arena.
Orbe locus medio est inter terrasque, fretumque,
Cœlestesque plagas, triplicis confinia mundi; 40
Unde, quod est usquam, quamvis regionibus absit,
Inspicitur; penetratque cavas vox omnis ad aures.
Fama tenet, summaque domum sibi legit in arce:

patrem, atque Iphigenia constitit pro altari, famulis mœrentibus, Dea lenita est: et velavit oculos nube, et dicitur transformasse Mycenæam cerva adhibita inter ministerium et turbam sacri, et voces precantium. Postquam igitur Diana est placata nece, qua par fuit, et simul furor ejus et æquoris compositus est, mille naves accipiunt ventos a tergo, et plurima passæ appellunt ad littora Phrygia. Locus est in medio mundo inter tellurem et mare, et oras sidereas, fines triplicis orbis, unde spectatur quodcumque est uspiam, tametsi distet regionibus; et omnis sonus permeat ad sinuosas aures. Fama illum *obtinet, atque posuit sibi sedem in supremo fastigio: et dedit innumeros ingressus, ac mille ostia domui: nullisque portis obturavit aditus.*

'*res*, i. e. communis utilitas.' Tunc Bas. Med. et alii *patr. vincit.*—31 Mor. et sex alii *ante aras st.*—33 Cod. Menard. *Cœptumq. sacr.* Heins. putat pro *cœtumq.*—34 Thuan. *Suppositam...cervam;* sed tum Burm. monet *Mycenide* dicendum esse.—35 Quidam, *qua licuit.* Τὸ *ubi* abest a Zulichem. τὸ *est* a fragm. Boxh. Unus Leid. *lenitaque;* hinc Heins. scribendum existimat, *Ergo, qua decuit, lenita cæde Diana, Ut pariter.*—39 Pat. unus *terramque.*—40 Berolin. *gemini confin.* cum hac explicatione, ' superioris et inferioris.'—41 Barthius, ad Stat. Theb. I. 200. corr. *quantis reg.* sed non persuadet Burm.—42 Voss. *Aspicitur;* Heins. conj. *Accipitur.* Tunc pr. Med. *penetrantque.*—43

NOTÆ

patrem se esse quodammodo oblitus est, cum illam aris addixit ut regis nomine Græcis omnibus consuleret. Cujus quidem pravo exemplo nonnulli inepte reges ad impia facta subditorum causa videntur hortari.

32 *Victa*] Ut hinc, sed multo magis ex Abrahamo, cujus cultro Isaacum filium Angelus subtraxit, Deum peccantium morte nequaquam gaudere intelligatur.

34 *Mycenida*] Iphigeniam, Mycenis oriundam; quam quidem in Tauricam regionem avectam scripsit Euripides; alii negant.

36 *Phœbes*] Dianæ, quæ Phœbi soror.

38 *Phrygia*] Minore, scilicet, quæ et Troas dicitur.

40 *Triplicis*] In tres partes divisi, cœlum, mare, et terram.

Innumerosque aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, et nullis inclusit limina portis. 45
Nocte dieque patent. Tota est ex ore sonanti:
Tota fremit: vocesque refert: iteratque quod audit.
Nulla quies intus, nullaque silentia parte.
Nec tamen est clamor, sed parvæ murmura vocis:
Qualia de pelagi, si quis procul audiat, undis 50
Esse solent: qualemve sonum, cum Jupiter atras
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenent: veniunt leve vulgus, euntque:
Mixtaque cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum: confusaque verba volutant. 55
E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:
Hi narrata ferunt alio: mensuraque ficti
Crescit; et auditis aliquid novus adjicit auctor.
Illic Credulitas, illic temerarius Error,
Vanaque Lætitia est, consternatique Timores, 60
Seditioque repens, dubioque auctore Susurri.
Ipsa quid in cœlo rerum, pelagoque geratur,
Et tellure, videt, totumque inquirit in orbem.

Pervii sunt die et nocte. Tota est ex ære acuto; tota fremit; et reddit sonos, et repetit quod audit. Nulla quies intus, et nullibi silentium. Neque tamen est vociferatio, sed susurri submissæ vocis: qualis solet esse fremitus fluctuum æquoris, si quis ex longinquo accipiat; vel qualem strepitum ultima tonitrua reddunt cum Jupiter perculit nebulas atras. Multitudo occupat atria; plebs intrat atque prodit. Mille rumores falsi hinc inde errant una cum veris, et voces permistæ volvuntur. Atque ex omnibus hi referciunt inanem aërem sermonibus: alii portant alio quæ prolata sunt, et modus falsi augetur; atque aliquis auctor aliquid addit acceptis. Illic est Credulitas, illic Error imprudens, et inane Gaudium, et Pavores attoniti, et Seditio serpens, et Susurri incerto auctore. Ipsa cernit quid rerum agatur in cœlo, et in mari, et solicita est de toto mundo.

Multi vett. *summ. locum sib.* et plurimi *sib. fecit.*—46 *Patent* ex quart. Med. et duobus aliis pro vulg. *patet.* Tunc *ore* probat Gruterus; vulg. *ære.*—49 Jun. *murm. linguæ.*—51 Multi, *altas:* Leid. tert. a manu prima, *actas,* non improbante Burm.—53 *Tenent* ex quinque scriptis; vulg. *tenet.*—54 Strozzæ liber, *cum veris pariter.*—56 Quidam *serm. auras.*—57 Plurimi Codd. et Edd. *fer. aliis.*—60 Berolin. *prosternatique.*—61 *Repens* de suo Heins. dedit pro vulg. *recens:* in uno Leid. erat *nocens.* Deinde N. *auct. susurra.*—63 Berolin. *requirit;* et Menard.

NOTÆ

62 *Ipsa quid*] Famigerationis filios, cœnipetas forenses, belle depingit Megaronides in Plauti Trinummo: ‘Sciunt id, quod in aurem rex regi-

Fab. III. Cycnus in Avem.

Fama cum per orbem Graiorum adventus ad expugnandum Ilium venisset, et in Troade classes apparuissent, primus in congressu bellantium Protesilaus Iphicli filius ab Hectore est interemtus. Dein novissime Cycnum, Neptuni filium, qui nullo telo interimi poterat, Achilles, cum diu in certamine victoriæ contentio esset, et frustra in eum tela eminus jaceret, Menete Lycio prius interemto, stricto ense persequens, præcipitatum supra saxum eliso gutture pressit. Qui priusquam spoliaretur armis ab eo, Neptunus eum parens in volucrem ejusdem nominis contulit, ne nominis aboleretur perpetuitas.

Fecerat hæc notum, Graias cum milite forti
Adventare rates: neque inexpectatus in armis 65
Hostis adest. Prohibent aditu, littusque tuentur
Troës: et Hectorea primus fataliter hasta,
Protesilaë, cadis: commissaque prælia magno
Stant Danais: fortisque animæ nece cognitus Hector.
Nec Phryges exiguo, quid Achaia dextera posset, 70
Sanguine senserunt. Et jam Sigæa rubebant

III. *Hæc vulgaverat, naves Græcas adesse cum strenua manu: neque hostis accedit non expectatus in armis. Trojani prohibent* eum *accessu, et defendunt littus; atque primus occumbis fataliter jaculo Hectoreo, Protesilaë; et prælia incepta, et strenuæ animæ, nec dum cognitus Hector magno veniunt Græcis. Neque Trojani senserunt pauco sanguine quid Græca manus posset. Et jam littora Sigæa rube-*

incurrit in orb.—66 Vulg. *prohibentque aditus:* in libris vett. τὸ *que* omiss. Heins. suadet *aditu.*—68 Leid. tert. *præmissaque.* Mox Berolin. *præl. dumno.* —69 *Fortisque* e corr. Zulichem. receperunt Heins. et Burm. pro vulg. *fortesq.* Dein pro *nece* multi habent *neque;* Berolin. *nam.* Refingebat olim Heins. *neque inagnitus Hect.*—70 In quibusdam scribitur *Achaica.*—71 Plurimi

NOTÆ

næ dixerit. Sciunt quod Juno fabulata est cum Jove. Sciunt quæ neque futura, neque facta sunt. Tamen illi sciunt,' &c.

67 *Fataliter*] Oraculo monitus fuerat ne ad Trojanum bellum proficisceretur; ibi namque periturum. Atque in fatis erat occubiturum illum qui primus ex Græcis in littus Trojanum exscenderet: 'Sors quoque nescio quem fato designat,' &c. Epistola Laodamiæ.

69 *Fortisque*] Trojanos dicit fortes magno Danais constitisse. Vide interpretationem; deinde et clariss. Heinsii notas.

70 *Phryges*] Seu Trojani, quos Phrygiam minorem seu Troadem tenuisse jam sæpe diximus.

71 *Sigæa*] Promontorium Trojæ

Littora: jam leto, proles Neptunia, Cycnus
Mille viros dederat: jam curru instabat Achilles,
Troaque Peliacæ sternebat cuspidis ictu
Agmina: perque acies aut Cycnum aut Hectora quærens,
Congreditur Cycno: decimum dilatus in annum 76
Hector erat. Tum colla jugo candentia pressos
Exhortatus equos, currum direxit in hostem:
Concutiensque suis vibrantia tela lacertis,
Quisquis es, o juvenis, solatia mortis habeto, 80
Dixit, ab Hæmonio quod sis jugulatus Achille.
Hactenus Æacides. Vocem gravis hasta secuta est.
Sed quanquam certa nullus fuit error in hasta;
Nil tamen emissi profecit acumine ferri:
Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu; 85
Nate Dea, (nam te fama prænovimus,) inquit

bant sanguine: jam Cycnus filius Neptuni morti opposuerat mille viros. Achilles jam insidebat currui, et conficiebat catervas Trojanas ictu mucronis Peliaci; atque lustrans per agmina aut Cycnum aut Hectorem, incurrit in Cycnum: Hector erat servatus in annum decimum. Tum mulcens equos habentes albas cervices onustas jugo, direxit currum in hostem; atque librans tremens hastile suis brachiis, Quisquis es, inquit, o juvenis, habeto solamen obitus, quod sis mactatus ab Achille. Hactenus Æacides. Ponderosum hastile secutum est vocem. Sed quamvis nullum vitium fuit in certo telo, nihil tamen promovit mucrone ferri impulsi: atque ut percussit tantum pectus ictu vano, Fili Deæ, ait ille, nam te ante cognovimus fama,

vett. *signata rub.*—72 Gron. *prol. Stheneleia.*—73 In quibusdam *jam curru stabat Achilles;* vel *currus stabat Achillis.*—74 Pro *totaque* ex Med. Heins. recepit *Troaque*, quia Τρὼς et Τρῳὸς et Τρῳϊὸς et Τρῳϊκὸς dicitur.—76 Tert. Med. et Fl. S. Marci *Congr. Cycnum.*—77 *Candentia* ex decem scriptis dedit Heins. pro vulg. *cancntia.*—78 Berolin. *Exhortatur...curr. dimisit.*—79 Pro *suis* Bothius vult legere *feris.* Unus Voss. *Vulcania tela*, quæ Vulcanus fabricaverat. Sed Pelias hasta donum erat Chironis, quanquam a Vulcano armata ferro credebatur. Bothius tamen præfert *Vulcania.*—80 Vulg. *Dixit solamen habeto Mortis.* Alterum rotundius visum Heinsio.—81 Arg. et Thysii *Qui sis;* unde Heins. suadet, *qui sis jugulandus.*—84 Quinque *tam. admissi*, quod elegantius Burm. videtur, ut *admissæ aquæ, admissi equi*: Berolin. et Jun. *amissi;* unus Leid. *excussi.*—85 Berolin. *concutit ict.*—86 V. et Heidelb. *D.*

NOTÆ

vidimus quoque Sigæum.

74 *Peliacæ*] Ex Pelio monte recisæ; quæ Pelias ideo dicitur; et, 'Ipse suas quamvis vires inhiberet Achilles, Missa graves ictus Pelias hasta dabat.'

76 *Decimum*] Decennalis fuit Trojæ obsidio.

82 *Æacides*] Achilles est, Pelei et Thetidis filius, Æacides ab avo Æaco dictus.

Ille, quid a nobis vulnus miraris abesse?
(Mirabatur enim.) Non hæc, quam cernis, equinis
Fulva jubis cassis, neque onus cava parma sinistræ
Auxilio mihi sunt: decor est quæsitus ab istis. 90
Mars quoque ob hoc capere arma solet. Removebitur omne
Tegminis officium; tamen indestrictus abibo.
Est aliquid, non esse satum Nereide, sed qui
Nereaque, et natas, et totum temperet æquor.
Dixit: et hæsurum clypei curvamine telum 95
Misit in Æaciden: quod et æs, et proxima rupit
Terga novena boum: decimo tamen orbe moratum.
Excutit hoc heros: rursusque trementia forti
Tela manu torsit: rursus sine vulnere corpus,
Sincerumque fuit, nec tertia cuspis apertum, 100
Et se præbentem valuit destringere Cycnum.
Haud secus exarsit, quam Circo taurus aperto,
Cum sua terribili petit irritamina cornu
Pœniceas vestes, elusaque vulnera sentit.

cur stupes quod intacti simus? (namque stupidus hærebat.) Non hæc galea flava, quam vides, equinis jubis, neque scutum curvum onus sinistræ sunt mihi ad utilitatem; decorum est petitum per ista. Mars etiam ea gratia consuevit induere arma. Omne auxilium armorum tolletur; tamen discedam invulneratus. Est aliquid non esse natum Nereide, sed qui regat Nereum, et ejus *filias, et universum mare. Dixit, et intorsit in Æaciden jaculum adhæsurum umboni clypei; quod penetravit et æs, et coria novem boum: decimo tamen tegmine repressum, heros illud excutit, rursusque impulit strenua dextera vibrans hastile; rursus corpus fuit integrum sine plaga: neque tertius mucro potuit vulnerare Cycnum se exhibentem. Non aliter excanduit, quam taurus Circo spatioso, cum incurrit cornu fulminco in vestes purpureas sua*

fama jam te pr. Med. *prævidimus;* pr. Gron. *prævenimus.*—90 Gron. pr. *Auxilium,* ut Remed. Amor. 528.—91 Francius malebat, *ob hunc.* Septem, *remov. ecce;* Med. unus *hujus;* Berolin. *omne.*—92 Berolin. *indistrictus.*—94 *Temperet* ex N. duobus Med. et uno Strozzæ dedit Heins. pro vulg. *temperat.*—97 Cant. et unus Heins. *ære moratum.* Voss. et Menard. *orbe resistit.*—98 Ante Heins. edebatur *Excipit hoc:* meliores habent *Excutit.*—101 Alii *val. distrin-*

NOTÆ

88 *Equinis jubis*] Iis vero galearum cristas decorare quoque solebant heroës: hinc illud Virgil. 'cristaque hirsutus equina.'

93 *Nereide*] Qualis fuit Thetis Achillis mater; quam gloriam Cycnus, qui Neptunum ipsum patrem haberet, quanquam modeste, extenuat tamen.

97 *Terga*] Id est, novem terga quibus clypeus constabat.

104 *Pœniceas*] Effigies hominum

Num tamen exciderit ferrum considerat hastæ. 105
Hærebat ligno. Manus est mea debilis ergo;
Quasque, ait, ante habuit vires effudit in uno.
Nam certe valuit, vel cum Lyrnesia primus
Mœnia disjeci; vel cum Tenedonque, suoque
Eetioneas implevi sanguine Thebas; 110
Vel cum purpureus populari cæde Caycus
Fluxit; opusque meæ bis sensit Telephus hastæ.
Hic quoque tot cæsis, quorum per littus acervos
Et feci, et video, valuit mea dextra, valetque.
Dixit: et ante actis veluti male crederet, hastam 115

irritamenta, et sentit impetum deceptum. Respicit tamen num ferrum hastæ lapsum sit. Ligno affixum erat. Mea igitur dextra est infirma: atque emisit in uno, vires quibus pollebat. Nam profecto fortis fuit, vel cum primus dirui muros Lyrnesios; vel cum sparsi Tenedon, et Thebas Eetioneas suo sanguine; vel cum Caycus fluxit ruber cruore populari, et Telephus bis expertus est vim meæ lanceæ. Manus mea etiam hic potens fuit, tot interfectis, quorum feci cumulos per littus et cerno; atque fortis est. Dixit; et quasi parum confideret ante factis, impulit

gere: Berolin. *abstringere.*—104 Alii *Phœniceas* vel *Puniceas.*—106 Unus Heins. *Man. hæc mea.*—107 Tert. Leid. et Med. et Berolin. *in unum.* —109 *Disjeci* Heins. dedit ex quinque vett. alii *dejeci.*—110 In quibusdam vett. Edd. legebatur *Solus Echionius impl.*—112 Berolin. et alii *bis sentit.*—114 Bothius putat, ipsius vi sententiæ legendum *Et vidi, et video,* quibus pulchre respondent *valuit m. d. valetque.*—115 Fl. et Fr. *hastæ;* unde Heins. conj. *et ante actæ veluti male crederet has-*

NOTÆ

coccineis seu rutilis indutas vestibus, quas stramento aut fœno farciebant, tauris in arena objectare sunt soliti, quo eos ad pugnam irritarent.

107 *Uno*] Cycno, scilicet.

108 *Lyrnesia*] Fuit Lyrnessus urbs Troadis, Hippodamiæ Briseidos patria; de qua multa in præcedentibus vidimus.

109 *Tenedon*] Quæ insula Trojano littori opposita, decennali illo bello cum multis aliis a Græcis fuit direpta.

110 *Eetioneas*] Thebas dicit Ciliciæ, in quibus regnavit Eetion, Andromaches pater: pro Trojanis enim arma sumserunt.

111 *Caycus*] Fluvius Mysiæ; nam et hanc regionem Græci, cum multis aliis, ne Trojanis auxilio essent, devastarunt.

112 *Telephus*] Herculis fuit filius ex Auge nympha, Mysorum rex, qui, cum Græcos ad Trojam proficiscentes transitu prohiberet, ab Achille est vulneratus. Insanabile erat vulnus; quamobrem ille ad oraculum confugit, a quo, eadem qua vulneratus fuerat hasta sanandum esse vulnus edoctus, Achilli reconciliatus cuspidis ærugine pristinæ valetudini restitutus est.

Misit in adversum Lycia de plebe Menœten:
Loricamque simul, subjectaque pectora rupit.
Quo plangente gravem moribundo vertice terram,
Extrahit illud idem calido de vulnere telum:
Atque ait; Hæc manus est, hæc, qua modo vicimus, hasta.
Utar in hunc îsdem: sit in hoc precor exitus idem. 121
Sic fatus, Cycnumque petit, nec fraxinus errat;
Inque humero sonuit non evitata sinistro.
Inde, velut muro solidave a caute, repulsa est.
Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cycnum 125
Viderat, et frustra fuerat gavisus, Achilles.
Vulnus erat nullum: sanguis erat ille Menœtæ.
Tum vero præceps, curru fremebundus ab alto,
Desilit: et nitido securum cominus hostem
Ense petens, parmam gladio, galeamque cavari 130
Cernit, et in duro lædi quoque corpore ferrum.

hastam in adversum Menœten, ex plebe Lycia; atque transfixit simul thoracem, et pectus subjectum. Quo obeunte et *percutiente durum solum capite, eripit illud idem hastile ex vulnere calido, atque, inquit, Hæc est dextra, hæc est lancea, qua modo vicimus; utar in hunc iisdem, oro idem sit successus contra hunc. Sic locutus, et petit Cycnum, neque hasta aberrat, atque non elusa strepitum edidit in sinistro humero. Inde repulsa est tanquam a muro aut rupe firma. Achilles tamen adverterat Cycnum infectum sanguine qua parte tactus fuerat, et incassum lætatus erat. Plaga nulla erat; ille fuit sanguis Menœtæ. Tum vero furens præceps descendit ab excelso curru, atque petens cominus gladio corusco hostem tutum, videt scutum atque cassidem penetrari gladio, et ferrum etiam retundi in rigido corpore.*

tæ, ut *agere fulmina, tela, &c.*—116 *Menœten* e duobus R. dedit Heins. pro vulg. *Nemeten.* Sprotii Cod. *media de plebe*, quod repetitum ex lib. v. 207. putat Burm. Plures *Lycia de gente.*—118 Med. *Quo fœdante.* Sed *plangere* usitatum in hac re Heins. probat ad III. 125. Deinde *gravi* Berolin. *Vertice* Heins. ex tribus Mss. reposuit, cum antea *pectore* legebatur.—120 V. et octo alii *mod. vincimus.*—121 Olim edebatur *Utar in hoc idem.* Postremum emendavit Const. Fanens. *in hunc* autem e melioribus recepit Heins. qui et *fatur* mutavit in *fatus* auctoritate quatuor Mss. Pal. sec. *vertar in hunc*, ut I. 236. 'Vertitur in pecudes.'—123 Leid. unus et alius Heins. *devitata*, ut II. 605.—127 Vulg. *sanguis fuit.* Sed Burm. e Cant. et uno Heins. *erat*, ut sit venusta et necessaria repetitio.—128 Berolin. *curr. præc.* Fr. et duo alii *furibundus.*—129 Unus Heins. et Bas. *et nudo securum.*—130 Heidelb. *Ens. petit.*—131 Pro *et* Bothius corr. *at.* Gifanius Ind. Lucret. in *invalidus* legit *et induro.* Faber

NOTÆ

116 *Lycia*] Nam et Lycii, tametsi in diversa ora et ad Mediterraneum siti, Trojanis auxilio erant.

122 *Fraxinus*] Hasta ex fraxino decisa.

Haud tulit ulterius: clypeoque adversa reducto
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat:
Cedentique sequens instat; turbatque, ruitque,
Attonitoque negat requiem. Pavor occupat illum, 135
Ante oculosque natant tenebræ: retroque ferenti
Aversos passus medio lapis obstitit arvo.
Quem super impulsum resupino pectore Cycnum
Vi multa vertit, terræque afflixit Achilles.
Tum, clypeo genibusque premens præcordia duris, 140
Vincla trahit galeæ: quæ presso subdita mento
Elidunt fauces, et respiramen iterque
Eripiunt animæ. Victum spoliare parabat:
Arma relicta videt: corpus Deus æquoris albam
Contulit in volucrem; cujus modo nomen habebat. 145

Non amplius passus est, et clypeo repetito ter quater percutit vultum viri, et depressu tempora capulo. Atque persequens urget cedentem, atque turbat, et agit, et recusat quietem exterrito. Pavor illum corripit, et caligo obversatur oculis: et saxum in medio campo obstitit retro ferenti aversos gressus. Super quod Achilles dejecit magno nisu impulsum Cycnum pectore resupino, atque in terram dedit. Tum urgens pectus clypeo et validis genibus, trahit retinacula cassidis, quæ subjecta mento presso frangunt gulam, atque tollunt spiritum et viam anhelitus. Volebat exuere victum: advertit arma relicta. Deus maris mutavit corpus in avem candidam, cujus modo habebat nomen.

conj. *in nudo.*—132 Olim, *gladioque* pro *clypeoq.* et pro *reducto* multi, *retecto, rejecto, recepto, relicto, remoto.*—133 Berolin. *cap. et cav.*—134 *Cedentiq.* Heins. dedit ex plurimis Codd. pro vulg. *Cedentemq.*—137 Berolin. *Adversos.* Deinde Meursius ad Lycoph. 233. legit *obst. armo:* alius *alvo.*—138 Berolin. *resup. corpore.*—139 *Afflixit* ex multis vett. alii *affixit,* vel *infixit:* nonnulli etiam *affligit.*—142 Heins. vult *elidant;* et seq. vs. *Eripiant.* Pro *Elidunt* N. habet *Concludunt,* vel *Collidunt.*—144 Langerm. *relict. loco.*—145 Berolin. *nom.*

NOTÆ

134 *Turbat*] Etiamnum hodie nonnullos dicunt carminibus et amuletis ita adversus vim omnem quæ eminus paretur esse præmunitos, ut nisi cominus opprimendo et suffocando superari queant. Quanquam per virtutem inviolabiles suos heroas finxisse veteres magis crediderim.

145 *Volucrem*] Cycnum, scilicet, cujus alitis Cycnum, alium Stheneli filium, l. II. formam quoque induisse vidimus. Ex hac autem transmutatione, post fata maxime vivere bonos, quorum virtutibus nihil amplius aut invidia aut inimicorum impetus possint detrahere, pronum est mente consequi.

Fab. IV. Cænis in Virum invulnerabilem.

Superato Cycno, inter epulas Achilles ceterique Achivum admirantur corporis duritiam, quod toties hasta a corpore ejus esset repulsa: quæ admiratio a Nestore sene doctissimo speciosiore exemplo infirmatur. Retulit enim sua ætate Cænim Elati filiam fuisse, quæ propter pulchritudinem a Neptuno compressa sit; data venia ob injuriam, ut in virum mutata nullo telo interfici posset. Hic cum Pirithoi Ixionis filii nuptiis interesset, ducta Hippodamia, et Eurytus inter Centauros vino incitatus in nuptam novam impetum fecisset, ceteri prosiluere Lapithæ atque Centauri, nuptias frequentantes. Ideoque cum cædes maxima esset exorta, plurimique ex utraque parte ob raptum matronarum concidissent; eo quod inviolabilis iste restaret, ab universis, qui ex cæde reliqui fuerunt, novissime impetu facto, congestisque in eum arborum truncis, spiritum reddere coactus est. Tamen illius non immemor Deus Neptunus, a quo speciosum munus acceperat, supradictum in volucrem sui nominis transfiguravit.

Hic labor, hæc requiem multorum pugna dierum
Attulit: et positis pars utraque substitit armis.
Dumque vigil Phrygios servat custodia muros;
Et vigil Argolicas servat custodia fossas:
Festa dies aderat qua Cycni victor Achilles 150
Pallada vittatæ placabat sanguine vaccæ.
Cujus ut imposuit prosecta calentibus aris,
Et Dis acceptus penetravit in æthera nidor;

IV. *Hic labor, hoc certamen causa fuit induciarum multorum dierum; et pars utraque requievit, omissis armis. Et dum vigil præsidium custodit mœnia Trojana; et vigil custodia servat munitiones Græcas, festa dies erat, qua Achilles victoria potitus adversus Cycnum sacrum faciebat Minervæ sanguine vaccæ vittatæ. Cujus postquam imposuit exta calidis altaribus, et nidor Diis gratus pervenit in*

habebit.—149 Septem, in quibus V. Med. Gron. pr. *custodia flammas*, quod de ignibus (Horat. Od. I. 10. 15.) posse capi Burm. monet: unus Bas. *portas*: unus Heinsii *vatles*; unde Heins. conj. *vallos*.—151 Ante Heins. *mactatæ vaccæ*.—153 Regius, *Dis exceptus*, quo bene aviditatem Deorum notari putat

NOTÆ

149 *Argolicas*] Fuit Argolis regio Peloponnesi, quæ pro tota Græcia, sicuti et ejus populi pro omnibus Græcis, nonnunquam sumitur.

152 *Prosecta*] Exta dicit, quæ primo resecta Diis adolebant.

Sacra tulere suam: pars est data cetera mensis.
Discubuere toris proceres; et corpora tosta 155
Carne replent: vinoque levant curasque sitimque.
Non illos citharæ, non illos carmina vocum,
Longave multifori delectat tibia buxi:
Sed noctem sermone trahunt: virtusque loquendi
Materia est. Pugnam referunt hostisque suamque. 160
Inque vices adita atque exhausta pericula sæpe
Commemorare juvat. Quid enim loqueretur Achilles?
Aut quid apud magnum potius loquerentur Achillem?
Proxima præcipue domito victoria Cycno
In sermone fuit. Visum mirabile cunctis, 165
Quod juveni corpus nullo penetrabile telo,
Invictumque ad vulnera erat, ferrumque terebat.

cœlum, sacra habuerunt suam partem: reliqua est adhibita mensis. Accubuerunt excelsis lectis; et satiaverunt corpora carnibus assis, et leniunt mero et solicitudines et sitim. Neque lyræ, neque carmina cantata, vel longa tibia buxi multifori illos oblectat: sed transigunt noctem colloquiis; atque virtus est materia discursus. Narrant certamina hostium atque sua. Atque gratum est vicissim narrare discrimina crebro tentata atque exacta. Quid enim diceret Achilles? vel quid potius memorarent apud magnum Achillem? Ultima victoria præsertim victo Cycno commemorata fuit. Visum mirabile omnibus quod corpus esset juveni nullo jaculo violabile, neque plagis obnoxium, atque ferrum retunderet. Æacides hoc mirabatur,

Burm. nidore enim pasci Deos creditum esse.—154 Leid. et Sprotii *maxima mensis.*—156 O. et unus Heins. *animumque sitimque:* alius Leid. et Sprotii, *curasque.*—158 *Longave* est a melioribus; vulgo *Longaque.* Deinde alii habent *multisoni;* N. et alii *multifidi.* Pr. V. etiam cum fragm. Theatin. O. et sex aliis *delectant.* A. *delectant carmina.* Pro *buxi* etiam Maz. *cornu.*—160 *Pugnam ...suamque* Burm. dedit ex S. Marci, V. sec. Pal. tribus Med. aliisque: vulg. *pugnas...suas.*—161 Pr. Gron. et duo alii *exacta peric.*—163 Berolin. *pot. loqueretur.*—164 Plurimi *domiti...Cycni.*—166 *Juveni* ex Codd. Heins. dedit pro vulg. *juvenis.* Med. quoque *corp. nulli penetr.* nonnulli etiam Codd. *nulliq. forabilis ictu.*—167 *Ad vulnera* est ex Urbin. Thuan. duobus Med. pr. Hamburg. et aliis; tres etiam *ad vulnus:* vulg. *a vulnere.* Deinde *verumque* prim. Gron. et Med. *mirumque ferebat* vel *terebat* Fr. *ferebat* magno numero codices:

NOTÆ

154 *Pars est data*] Solebant enim veteres sacrificiis peractis ad epulas et convivia sese convertere, Deorum laudem cum lætitia celebrantes.

155 *Tosta*] Namque elixa heroicis temporibus non vescebantur.

159 *Virtus*] Utinam vero nostris hominibus plerisque, quod Ethnicis solenne fuit, alicujus momenti esse videretur.

161 *Inque vices*] Sua quisque suo ordine commemorabat.

163 *Quid apud*] Quando eveniet istud inter Christianos plurimos, ut,

Hoc ipsum Æacides, hoc mirabantur Achivi.
Cum sic Nestor ait: Vestro fuit unicus ævo
Contemtor ferri, nulloque forabilis ictu 170
Cycnus. At ipse olim patientem vulnera mille,
Corpore non læso, Perrhæbum Cænea vidi:
Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit: quoque id mirum magis esset in illo,
Fœmina natus erat. Monstri novitate moventur, 175
Quisquis adest: narretque rogant. Quos inter Achilles,
Dic age, (nam cunctis eadem est audire voluntas,)
O facunde senex, ævi prudentia nostri;
Quis fuerit Cæneus, cur in contraria versus;
Qua tibi militia, cujus certamine pugnæ 180
Cognitus; a quo sit victus; si victus ab ullo est.
Tum senior: Quamvis obstet mihi tarda vetustas;

Græci hoc admirabantur: cum ita Nestor loquitur: Cygnus fuit solus vestra ætate securus ferri, et nullo ictu penetrabilis. At ego quondam aspexi Cæneum Perrhæbum ferentem mille ictus corpore illæso: qui celeberrimus actis frequentarit Othryn: et ut illud magis esset stupendum in eo, natus erat fœmina. Quicumque adest tanguntur novitate prodigii, atque orant ut referat. Inter quos Achilles, Narra, quæso, o diserte senex, prudentia nostri sæculi, (nam omnes cupiunt cognoscere eadem) quis fuerit Cæneus; quamobrem in aliam formam mutatus; quo bello, cujus contentionis discrimine tibi cognitus; a quo sit superatus, si a quoquam est domitus. Tum senex: Quanquam mihi obsit longa senectus, multorumque sim ob-

tenebat Cant. O. et tres alii: *ferebat* quatuor.—168 *Ipsum* ex tert. Med. et quinque aliis dedit Heins. vulg. *ipse*.—173 Berolin. *qui fractis*.—175 Berolin. *novitate morebat*.—177 Pr. V. aliique septem cum Arund. *aud. voluptas*.—179 Heidelb. *curque in contr*.—182 Bas. *quamv. obstat*; et vs. seq. *fugiunt*.

NOTÆ

suæ originis memores, lædi se credant, cum turpe quid coram illis, aut admittitur, aut narratur?

168 *Achivi*] Græci, qui et Achæi ab Achaia quam incoluerunt.

169 *Nestor*] Nelei fuit filius, rex Pyli, ætate, eloquentia, et prudentia sua clarus.

172 *Perrhæbum*] Fuerunt Perrhæbi Thessaliæ populi, qui, a Lapithis devicti, in Pindi montana confugerunt.

Cænea] Elati Lapitharum regis fuit filia, in marem mutata, Cænis; cujus ex Poëta jucundius poteris cognoscere historiam.

173 *Othryn*] Qui mons est Thessaliæ.

177 *Nam cunctis*] Satis credis Græcorum Romanis perspectam fuisse urbanitatem, quæ nescio quam, ut vocant, Christianorum plurimorum *Charitatem* superet? Re ipsa homines saltem fuerunt Ethnici; nostri plerique fictis nominibus superbiunt; atque verbis inanibus maxima quæque agunt.

179 *Contraria*] In marem.

Multaque me fugiant, primis spectata sub annis;
Plura tamen memini: nec, quæ magis hæreat illa,
Pectore res nostro est, inter bellique domique 185
Acta tot. Ac si quem potuit spatiosa senectus
Spectatorem operum multorum reddere; vixi
Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas.
Clara decore fuit proles Elateia Cænis,
Thessalidum virgo pulcherrima; perque propinquas, 190
Perque tuas urbes, (tibi enim popularis, Achille,)
Multorum frustra votis optata procorum.
Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos;
Sed jam aut contigerant illi connubia matris,
Aut fuerant promissa, tuæ. Nec Cænis in ullos 195
Denupsit thalamos: secretaque littora carpens
Æquorei vim passa Dei est: ita Fama ferebat.
Utque novæ Veneris Neptunus gaudia cepit;

litus quæ vidi prima ætate, recordor tamen plurimorum: neque est quicquam quod tenacius affixum sit memoriæ nostræ inter tot facta pace et bello, quam illud. Et si longa vetustas potuit præstare aliquem testem multorum factorum, vixi annos ducentos; nunc tertia ætas agitur. Cænis Elati filia inclyta fuit forma, puella pulcherrima Thessalarum: et frustra fuit petita votis multorum procorum per urbes vicinas, et per tuas, Achille: namque tibi fuit *popularis. Forte etiam Peleus petiisset illos thalamos: sed aut jam illi obtigerant conjugia genitricis tuæ, aut fuerant concessa. Neque Cænis nupta est in ullos thalamos; atque ambulans in littore remoto compressa est a Deo maris potenti. Sic rumor increbruerat. Et postquam Neptunus potitus est voluptate novæ Veneris, Tua desideria, inquit, con-*

Alii etiam *longa*, vel *magna vetust.* Berolin. quidem *cara*, quod Bothius putat *care.* Alii *longa*, vel *tarda senectus.*—183 O. et duo alii *sub armis;* Leid. *antris.*—184 Pro *Plura* Med. quart. *Plena:* alter *Multa.* Deinde unus Heins. et Berolin. *hæ. ulla*, ut et alter Hamburg.—185 Alii *belliq. domusq.*—187 Nonnulli suspicantur excidisse post *reddere* apodosin, atque hæc inculcant: *reddere certe Me potuit, vidi qui tot jam sæcula; vixi, &c.* Mor. unus pro *vixi* exhibet *duxi;* et vs. seq. *ducitur;* et hoc etiam pr. Gron. et Sixii: Bas. Arund. et alter Mor. *jungitur.*—192 Bersm. et Menard. *Multorumque fuit votis opt. proc.* Nonnulli, in quibus Fl. N. Thuan. Mor. *Multorumque fuit spes invidiosa procorum;* qui vs. lib. IX. init. occurrit.—194 In Berolin. *aut* omiss.—195 Berolin. *in illos.*—197 Sec. Pal. *hoc ita fata ferebant.*—198 Bas. *gaud. sumsit:* V. et N. *sensit.*—

NOTÆ

188 *Bis centum*] Ut ita falsos liqueat qui tres Nestoris ætates per triginta annorum sæcula minora metiuntur; nisi ipse Poëta falsus est.

197 *Ita Fama*] Ecce prudentiam senis, qui certa quæ satis non videbantur ad famæ fidem remittit.

Sint tua vota licet, dixit, secura repulsæ ;
Elige quid voveas. Eadem hoc quoque Fama ferebat. 200
Magnum, Cænis ait, facit hæc injuria votum
Tale pati nil posse mihi : da fœmina ne sim :
Omnia præstiteris. Graviore novissima dixit
Verba sono : poteratque viri vox illa videri :
Sicut erat. Nam jam voto Deus æquoris alti 205
Annuerat : dederatque super, ne saucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere posset.
Munere lætus abit : studiisque virilibus ævum
Exigit Atracides, Peneiaque arva pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus : 210
Nubigenasque feros, positis ex ordine mensis,
Arboribus tecto discumbere jusserat antro.

ceditur, sint tuta ab omni repulsa, dispice quid cupias. Idem rumor etiam istud prædicabat. Hoc dedecus, inquit Cænis, facit magnum votum, me nihil posse pati simile. Fac ne sim fœmina, omnia feceris. Protulit ultimas voces voce majore, atque ille sonus poterat videri masculi, qualis erat. Nam jam Deus profundi maris audierat votu ; atque insuper fecerat, ne posset vulnerari ullo modo, vel occidi ferro. Hilaris dono discedit ; atque Atracius transigit ætatem studiis virilibus, et exspatiatur per campos Pencios. Filius temerarii Ixionis duxerat Hippodamen, atque curaverat sævos nubigenas discumbere mensis ex ordine constitutis in spelunca velata

200 *Hoc* Heins. dedit ex melioribus : Fr. et plures alii *hæc:* in vulg. Edd. *hoc* et *hæc* omnino omiss.—202 *Nil p. mihi* est ex sec. Pal. pr. Gron. quart. Med. et multis aliis : vulg. *jam p. nihil:* Urbin. et unus R. *da p. nihil: da, &c.* quod Heins. elegans videbatur.—203 Cant. *noviss. duxit.*—205 Pr. V. et Med. *er. jam jam.*—207 Quinque libri *Vuln. fieret.*—209 Bas. *Patereiaque.* Unus Heins. *Peneaq. rura frequentat :* Fragm. Theatin. et quatuor alii *tenebat ;* unus

NOTÆ

203 *Graviore*] Quia in marem mutata: hoc est, quia effœminatus qui erat, graviores viri mores induit. Qua ex fabula ab hominis voluntate pendere per Deum ipsum quæcumque ad bonum suum spectant non male colligas. Namque Deus volentem a se non modo non destituit, quin insuper ut ea velit porro quæ ipse facit, hortatur.

209 *Atracides*] Cæneus Thessalus : fuit enim Atrax, seu Atracia, Thessaliæ oppidum.

Peneia] Per quæ Peneus Thessaliæ fluvius volvitur.

210 *Hippodamen*] Jam exponit Nestor, qua militia Cæneum cognoverit.

Audaci] Pirithoum dicit Ixionis filium; qui quidem Ixion Junonem etiam de stupro interpellare est ausus ; qua re a Jove intellecta nubem illi Junonis specie supposuit, unde nati Centauri.

211 *Nubigenas*] Centauros nube genitos.

Hæmonii proceres aderant; aderamus et ipsi:
Festaque confusa resonabat regia turba.
Ecce canunt Hymenæon: et ignibus atria fumant: 215
Cinctaque adest virgo matrum nuruumque caterva,
Præsignis facie. Felicem diximus illa
Conjuge Pirithoum: quod pæne fefellimus omen.
Nam tibi, sævorum sævissime Centaurorum
Euryte, quam vino pectus, tam virgine visa 220
Ardet: et ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus eversæ turbant convivia mensæ:
Raptaturque comis per vim nova nupta prehensis.
Eurytus Hippodamen, alii, quam quisque probarant,
Aut poterant, rapiunt: captæque erat urbis imago. 225
Fœmineo clamore sonat domus. Ocyus omnes
Surgimus: et primus, Quæ te vecordia, Theseus,
Euryte, pulsat, ait; qui, me vivente, lacessas

arboribus. Thessali principes coierant; nos quoque aderamus: atque aula festa personabat confusa turba. Ecce cantant Hymenæum; atque atria fumant ignibus: et puella vultu pulcherrima accedit stipata turba matronarum et puellarum. Beatum prædicavimus Pirithoum illa uxore: quod præsagium prope falsum fuit. Namque Euryte, crudelissime crudelium Centaurorum, tam tibi cor uritur puella conspecta quam mero; et ebrietas duplicata libidine imperium tenet. Continuo mensæ dejectæ fædant convivia; atque recens nupta trahitur per vim capillis correptis. Eurytus tollit Hippodamen, alii quam quisque laudaverant, aut poterant rapere: *atque erat species urbis direptæ. Domus personat ululatibus muliebribus. Confestim omnes exsurgimus; atque prior Theseus, Quæ, inquit, vesania te urget,*

colebat.—214 Med. *resonabant atria.* Gron. *regia mensa.*—216 Arg. et duo alii *Comtaque.* Vulg. *matrumq. nurumq.* quidam, *matrumque virumque.* Med. et unus Heins. etiam, *corona.*—217 Unus Med. *faciem,* quod valde placet Heins. —218 Burm. mallet, *quam pæne fefellimus omen!* et includere parenthesi.—219 Med. *semivirum sævissime.* Heins. putabat aliquando, *semihominum,* ut vs. 536. —220 Plurimi, *tam vino pectus, tam.* Et sæpe transponi has monet partic. Burm.—221 Gron. *cbr. stimulata lib.* Duo etiam libri *cupidine;* et Sprotii *crescit* pro *regnat.*—223 Unus Heins. *per humum nov.* Duo *nov. sponsa:* dein tres *reprensis.*—224 *Probarunt* emend. Heins. vulg. *probabat:* multi

NOTÆ

215 *Hymenæon*] Nuptiale carmen frequentabant: Hymenæumque nuptiarum Deum celebrabant.

Ignibus] Qui aris adhibiti.

218 *Fefellimus*] Propter ortam rixam deinde et pugnam.

221 *Geminata*] Nam Baccho et Venere inebriati. Quæ duo numina quantum prodesse possint hominibus, qui illa suspiciunt, vel ex hac fabula liquet.

Pirithoum, violesque duos ignarus in uno?
Neve ea magnanimus frustra memoraverit heros; 230
Submovet instantes: raptamque furentibus aufert.
Ille nihil contra: neque enim defendere verbis
Talia facta potest: sed vindicis ora protervis
Insequitur manibus, generosaque pectora pulsat.
Forte fuit juxta, signis extantibus asper 235
Antiquus crater, quem vastum vastior ipse
Sustulit Ægides; adversaque misit in ora.
Sanguinis ille globos pariter, cerebrumque merumque,
Vulnere et ore vomens, madida resupinus arena
Calcitrat. Ardescunt germana cæde bimembres: 240
Certatimque omnes uno ore, Arma, arma, loquuntur.
Vina dabant animos: et prima pocula pugna
Missa volant, fragilesque cadi, curvique lebetes:
Res epulis quondam, nunc bello et cædibus, aptæ.

Euryte, qui me vivo lædus Pirithoum, atque nescius duos violes in uno? Neve heros fortissimus nequicquam ea dixerit, repellit violentos, atque arcellit sublatam furentibus. Ille nihil contra: neque enim potest tueri vocibus ejusmodi facinora: sed insurgit in vultum ultoris manibus temerariis, et impetum facit contra magnanimum pectus. Forte prope fuit vetus crater, durus signis prominentibus, quem magnum ipse major Ægides corripuit, atque jecit in faciem adversam. Ille eructans simul grumos sanguinis, et cerebrum, et vinum per os atque per plagam, resupinus percutit terram humidam calcibus. Omnes biformes Centauri *incensi nece fratris, certatim uno ore clamant, Ad arma, ad arma. Merum augebat animos: atque primo certamine pocula jacta, et cadi fragiles, et cavi lebetes, res olim idoneæ conviviis, nunc bello et cædibus, volant. Amycus Ophionides primus*

probabant: Arund. et unus Pat. *probarat.*—229 *Violesque* est ex Pal. alii *violasque.* Pro *ignarus* Berolin. habet *ignavus.*—231 Leid. unus *Promovet inst.* Bas. *nuptamque.*—236 Bas. *Auratus crat. Ipse* ex melioribus Heins. dedit; vulg. *ipso.* In Berolin. omissa verba *quem—Ægides.*—239 Multi, *madidam...arenam*, quod improbat Burm. quia *calcitrare* vix cum accusativo ponitur.—240 Eidem displicet *germana*, quod Heins. ex uno suo pro vulg. *germani* recepit, quia dubium sensum facit; posset enim etiam significare veram cædem. Cum in uno Thuan. sit, *germania*, id separandum judicat, *germani a* (propter) *cæde*, idque præfert vulgatæ.—241 Vulg. *omn. simul un.*—242 Heins. malebat *en prim.*—243 Pr. V. *frag. scyphi.* Dein unus Medic. *turbique*, unde Heins. conj. *curtique*, vel *fulvique*, ut Heroidd. III. 31. 'Fulvos operoso ex ære lebetas.'—244 Meliores *nunc*; ceteri *tum:* at Heidelb. *quond.*

NOTÆ

229 *Pirithoum*] Proverbio etiam cognita Thesei et Pirithoi mutua amicitia.

237 *Ægides*] Theseus Ægei filius.

240 *Bimembres*] Centauri biformes, media parte homines, altera equi.

Primus Ophionides Amycus penetralia donis 245
Haud timuit spoliare suis; et primus ab æde
Lampadibus densum rapuit funale coruscis:
Elatumque alte, veluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi,
Illisit fronti Lapithæ Celadontis: et ossa 250
Non agnoscendo confusa reliquit in ore.
Exsiluere oculi; disjectisque ossibus oris
Acta retro naris, medioque infixa palato est.
Hunc pede convulso mensæ Pellæus acernæ
Stravit humi Belates, disjecto in pectora mento: 255
Cumque atro mixtos sputantem sanguine dentes,
Vulnere Tartareas geminato mittit ad umbras.
Proximus ut steterat, spectans altaria vultu
Fumida terribili, Cur non, ait, utimur istis?

non veritus est tollere munera sua ex penetralibus; atque primus sustulit ex sacrario candelabrum instructum lucernis splendentibus: et misit alte sublatum in frontem Lapithæ Celadontis, veluti qui conatur frangere cervicem albam tauri sacrifica bipenni: atque reliquit ossa quassata in facie non agnoscenda. Oculi sunt eruti, et ossibus oris sparsis, naris retro pressa est, atque infixa medio palato. Belates Pellæus, pede mensæ acernæ extracto, hunc dejecit in terram, mento excusso in pectus: atque ictu repetito dimittit ad Manes inferos, exspuentem dentes confusos cum nigro sanguine. Gryneus cum proximus esset, aspiciens aram fumantem oculis atrocibus, Quamobrem, inquit, non utimur istis? atque sustulit

bell. omissa particula.—249 Unus Med. *Rump. sacrifera:* unus Heins. *terrifica.*—251 Scripti magno numero *non cognoscendo,* improbante Gierig. nam *agnoscere* est, videre aliquem esse eundem, quem antea videramus. Sæpissime tamen et fere semper hæc duo confusa. Deinde in Erfurt. *confracta;* in duobus scriptis *concussa:* Heins. conj. *contusa.*—252 Vulg. *Exiliere.* Tunc Heins. volebat *disjectique:* Bothius autem *dissectisque,* quia mox sequitur *disjecto.*—253 Vulg. *med. est fixa palato:* septem vett. *infix. palat. est:* Gron. pr. *affixa.*—255 Scribitur etiam *Balates, Pelates, Pilates.* Deinde ex melioribus Heins. dedit *disjecto* pro vulg. *dejecto;* quod tamen revocavit Mitscherl. Tres *in corpore;* alii *pectore.*—256 *Sputantem* de suo dedit Heins. omnes Codd. *spumantem.*—257 Meliores, teste Heins. *mittit;* alii *misit.*

NOTÆ

245 *Ophionides*] Ophionis filius.

Penetralia] Sacrarium dicit, seu locum ubi sacra reponerentur, sacrificia etiam peragerentur.

247 *Funale*] Lycnuchum aut candelabrum intelligo, de laqueari forte pendentem.

250 *Lapithæ*] Thessaliæ fuerunt populi Pindum et Othryn montes præsertim incolentes, Pirithoi olim imperio parentes.

254 *Pellæus*] Pella Thessaliæ urbe, ut vero simile est, oriundus: quanquam plures Pellæ fuerunt.

Cumque suis Gryneus immanem sustulit aram 260
Ignibus, et medium Lapitharum jecit in agmen:
Depressitque duos, Brotean et Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxisse canendo
Sæpe reluctanti constabat cornua Lunæ.
Non impune feres, teli modo copia detur, 265
Dixerat Exadius, telique habet instar, in alta
Quæ fuerant pinu, votivi cornua cervi.
Figitur huic duplici Gryneus in lumina ramo:
Eruiturque oculos: quorum pars cornibus hæret,
Pars fluit in barbam; concretaque sanguine pendet. 270
Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Prunitium torrem: dextraque a parte Charaxi
Tempora perfringit, fulvo protecta capillo.
Correpti rapida, veluti seges arida, flamma
Arserunt crines: et vulnere sanguis inustus 275
Terribilem stridore sonum dedit; ut dare ferrum

ingens altare cum suis ignibus, et immisit in mediam turbam Lapitharum; et protrivit duos, Brotean et Orion. Orius matrem habebat Mycalen; quam certum erat crebro subtraxisse incantationibus cornua Lunæ resistenti. Non discedes inultus, modo inveniam aliquod telum, dixerat Exadius: atque invenit præstantium armorum in cornibus cervi votivi, quæ pendebant ab excelsa pinu. Gryneus figitur ab eo duplici ramo in oculos; atque iis privatur; quorum pars hæret cornibus; pars fluit in barbam, et coagulata sanguine pendet. Ecce Rhœtus tollit ex medio altari magnum stipitem ardentem; et mulcat a dextra parte tempora Charaxi obducta flavis crinibus. Coma incensa igne fervido flagravit sicuti messis sicca: et sanguis adustus ictu strepitum fecit horrendum crepitando, qualem fere ferrum can-

Duo *in umbr.* quinque *ad undas.*—259 Heidelb. *Cur nunc.*—260 Quidam Codd. teste Vivian. *Gryn. in mortem sust.*—261 Unus Mor. *Lap. injecit:* plurimi *misit.*—262 Alii *Oppressitque.* Mox pro *Orion* Heins. malit *Oreon* cum uno suo.—264 Vulg. *Sæp. reluctantis;* et plurimi vett. *t. reluctatæ:* Heins. suadet *reluctanti* cum opt. S. Marci, et uno Strozzæ.—267 Berolin. *Quæ suspensa pin.*—268 Heins. defendit vulg. sed si quid mutandum, vult *duo* pro *in.* Plurimi vett. *Grynæus lumina:* alii *Gryneus per,* vel *sub,* vel *sua lum.* Paulo ante octo vett. *huic* pro vulg. *hinc:* Berolin. *hic.*—269 Unus Heins. *corn. hæres.*—272 Vulg. *Primitium torr.* A. *Præcipitem:* Med. *Pruniceum;* Fragm. Boxhorn. *Prunicium.* Alter Hamburg. dedit *Prunitium.*—273 Leid. *Temp. perstrinxit:* plurimi *perfregit,* vel *perstringit,* vel *perrupit.*—274 *Corr. valida* Gebhard. Crepund. III. 7. ex Pal.—277 Fl. S.

NOTÆ

263 *Quam*] Ad id alludit quod veneficiis et incantationibus infames præsertim mulieres Thessalæ.

272 *Prunitium*] Alii *Primitium;* scil. Majorem.

Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curva
Cum faber eduxit, lacubus demittit: at illud
Stridet, et in trepida submersum sibilat unda.
Saucius hirsutis avidum de crinibus ignem 280
Excutit: inque humeros limen tellure revulsum
Tollit, onus plaustri: quod ne permittat in hostem,
Ipsa facit gravitas. Socium quoque saxea moles
Oppressit spatio stantem propiore Cometen:
Gaudia nec retinet Rhœtus. Sic comprecor, inquit, 285
Cetera sit fortis castrorum turba tuorum;
Semicremoque novat repetitum stipite vulnus:
Terque quaterque gravi juncturas verticis ictu
Rupit: et in liquido sederunt ossa cerebro.
Victor ad Evagrum, Corythumque, Dryantaque transit. 290
E quibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit Corythus; Puero quæ gloria fuso
Parta tibi est? Evagros ait. Nec dicere Rhœtus
Plura sinit: rutilasque ferox in aperta loquentis
Condidit ora viri, perque os in pectora, flammas. 295
Te quoque, sæve Drya, circum caput igne rotato

dens consuevit reddere, quod cum faber extraxit forcipe adunca injicit in labrum. At illud mersum crepitat, atque sibilat in aqua tremente. Vulneratus excutit ignem rapacem de coma hispida; atque tollit in humeros saxum ex terra extractum, onus plaustri, quod ne jaciat, in hostem ipsa gravitas prohibet. Pondus lapidis oppressit etiam Comen em propius stantem. Neque Rhœtus dissimulat lætitiam. Ita oro, ait, sit validum reliquum agmen tuorum sociorum, atque geminat plagam renovatam torre semiusto, et perfregit terque quaterque commissuras capitis sævo ictu, et ossa manserunt in fluido cerebro. Victor transit ad Evagrum, Corythumque, atque Dryanthem: e quibus postquam Corythus velatas habens maxillas prima lanugine humi stratus est, Quæ laus tibi comparata, inquit Evagrus, adolescente prostrato? Neque Rhœtus patitur plura proferre: atque sævus immisit ignes coruscos in os apertum viri loquentis, et per os in pectus. Persequitur te etiam, crudelis Drya,

Marci *quod forfice:* Med. unus *forcipe adunca.*—279 *Trepida* Heins. dedit ex Urbin. duobus Pal. Cant. O. utroque Hamburg. pr. Mor. et multis aliis; vulg. *tepida.*—281 Pro *limen,* duo *saxum,* et unus *lignum.*—283 O. *quoq. noxia mol.* Arund. *saucia.*—285 Heins. monet aut *retinens* pro *retinet* legendum; aut *sieque o precor* pro *sic comprecor.* Quidam tamen *sic sic precor,* ut Æn. IV. 660.—286 Heidelb. *Cet. sic fort.* quod non invenustum putat Bothius.—290 Multi scribunt *Drimantaque.* —293 Unus Bas. *Pacta tib.* Ex uno suo Heins. *Evagros* dedit; vulg. Evagrus: alius *Evandros.*—294 Med. *loquenti;* et tunc seq. vs. *viro* legendum. Bas.

NOTÆ

296 *Circum caput*] Quo motu gravior et paratior fit ictus.

Insequitur: sed non in te quoque constitit idem
Exitus: assiduæ successu cædis ovantem,
Qua juncta est humero cervix, sude figis obusta.
Ingemuit, duroque sudem vix osse revellit 300
Rhœtus; et ipse suo madefactus sanguine fugit.
Fugit et Orneus, Lycabasque, et saucius armo
Dexteriore Medon, et cum Pisenore Thaumas:
Quique pedum nuper certamine vicerat omnes
Mermeros, accepto nunc vulnere tardius ibat: 305
Et Pholus, et Melaneus, et Abas prædator aprorum:
Quique suis frustra bellum dissuaserat augur
Astylos. Ille etiam metuenti vulnera Nesso,
Ne fuge; ad Herculeos, inquit, servaberis arcus.
At non Eurynomus, Lycidasque, et Areos, et Imbreus 310
Effugere necem: quos omnes dextra Dryantis
Perculit adversos. Adversum tu quoque, quamvis
Terga fugæ dederas, vulnus, Crenæe, tulisti.
Nam grave, respiciens, inter duo lumina ferrum,

flamma circum caput acta: verum successus non fuit etiam idem in te: vulneras pertica præusta triumphantem successu cædis continuæ qua parte *collum commissum est humero. Rhœtus ingemuit, vixque excussit perticam osse rigido, et ipse conspersus suo sanguine profugit. Recedit etiam Orneus, atque Lycabas, et Medon vulneratus humero dextro, itemque Thaumas cum Pisenore, atque Mermerus, qui nuper superaverat omnes certamine pedum, jam plaga impacta segnius incedebat, et Pholus, et Melaneus, et Abas venator aprorum, et Astylus vates, qui nequicquam dehortatus erat suos a pugna. Ille quoque dixit Nesso sibi caventi a vulneribus, Ne aufugias, servaberis arcui Herculeo. At Eurynomus, et Lycidas, et Areus, et Imbreus, non vitaverunt mortem, quos omnes oppositos dextra Dryantis prostravit. Tu quoque Crenæe, quanquam terga verteras in fugam, accepisti plagam in parte anteriore; nam retro spectans accipis grave ferrum inter duos oculos qua nasus jungitur*

etiam *Conjicit* pro *Condidit.*—296 Berolin. *Dryas.*—299 Heidelb. *cerv. hum.* Plurimi etiam *fig. abusta;* duo *adusta;* totidem *acuta.*—300 O. *Ter gemuit.* Fr. et alii *oss. revulsit.* Berolin. *Licidasque.*—305 *Nunc* ex Med. et Sprotii pro vulg. *tunc.* Plurimi *vuln. tardior.*—306 Duo *Ab. venator apr.* Unus Heins. *præd. equorum.*—308 Bas. et Thysii *etiam fugienti,* ut sit repetitio ex more Ovidiano.—309 Multi *servaberis ictus.*—312 Thuan. *Percutit adv.*—313 Berolin. *fug. dederas.* Olim edebatur, *Cænee:* quidam *Cornee* vel *Gornee.*—

NOTÆ

299 *Figis*] Dryantem alloquitur, cujus quoque Homerus meminit.

309 *Servaberis*] Jam Nessum illum Deianiræ vim parantem ab Hercule interfectum vidimus.

311 *Respiciens*] Ad historiam forte alludit quam refert Quintilianus. Pomponius quidam vulnus in ore accepe-

Qua naris fronti committitur, accipis, imæ. 315
In tanto fremitu, ductis sine fine jacebat
Sopitus vinis, et inexperrectus Aphidas:
Languentique manu carchesia mixta tenebat,
Fusus in Ossææ villosis pellibus ursæ.
Quem procul ut vidit frustra nulla arma moventem, 320
Inserit amento digitos, Miscendaque, dixit,
Cum Styge vina bibes, Phorbas. Nec plura moratus
In juvenem torsit jaculum: ferrataque collo
Fraxinus, ut casu jacuit resupinus, adacta est.
Mors caruit sensu: plenoque e gutture fluxit 325
Inque toros, inque ipsa niger carchesia sanguis.
Vidi ego Petræum, conantem evellere terra
Glandiferam quercum: quam dum complexibus ambit,
Et quatit huc illuc, labefactaque robora jactat,

infimæ fronti. Aphidas, mero hausto sine modo, stratus erat somno victus, neque excitatus tunto strepitu, atque tractabat manu sopita carchesia temperata, porrectus super pelle hispida ursæ Ossææ. Quem Phorbas ut aspexit procul, nequicquam bello carentem, aptat amentum digitis, atque, inquit, Haurias merum cum Styge: neque diutius cunctatus, jecit hastile in virum; cumque forte stratus esset resupinus, jaculum infixum est collo. Mors fuit sine sensu; atque cruor ater manavit ex collo in lectos, inque ipsa pocula. Ipse vidi Petræum nitentem revellere solo quercum glandiferam; quam dum complectitur, et huc illuc impellit, atque agitat urbo-

315 Heidelb. *front. conjungitur.*—316. 317 Heins. correxit, *ductis...vinis;* cum antea ederetur, *cunctis...venis:* Bas. pr. *cunctis...curis.* Gronovius volebat *junctis...vinis. Aphypnas* Gryph. Ed. *Aphindas* Jun. *Abibas* Leid. et alii: *Aphibas* etiam unus.—318 Pro *mixta* Ed. Gryph. *Musta,* Arg. *juxta.*—319 O. et quinque alii *obscœnæ* pro *Ossææ,* quod, monente Heins., defendi posset ex Lucan. VII. 828. ubi 'ursæ obscœnæ.' Stat. Theb. VI. 865. 'turpes ursæ.' Similiter ap. Nostrum III. Trist. v. 35.—320 Quidam *sequentem,* unde Heins. olim, *neutra arma sequentem.*—321 Heidelb. *Inserunt digitos hastæ; misc.*—322 *Bibas* sec. Mor. et unus Med. vulg. *bibes.* Deinde *moratus* Heins. profert ex S. Marci, pr. Mor. sec. Pal. et novem aliis.—323 Unus Heins. *misit* pro *torsit.*—325 O. et quatuor alii *Mox car.* Olim edebatur *plenoque e gurgite,* quod Regius de ventre exponebat, propter magnitudinem sic dicto.—326 Bas. *Inque sinus.*—327 Plurimi *tollere,* Med. *vellere, terra:* duo *tollere,* Gron. *evellerœ, dextra.*—329 Plurimi *corpora pulsat.* Jun. et duo Mor. *versat.*

NOTÆ

rat, quod Cæsari ostentabat: Ne unquam igitur, inquit ille, fugiens respexeris.

318 *Carchesia*] Eo nomine appellantur pocula procera, et circa mediam partem compressa, quorum ansæ a summo ad imum pertinent. Carchesium autem hoc in loco pro vino ipso positum.

319 *Ossææ*] Ex Ossa monte petitæ.

321 *Amento*] Lorum erat, quo jaculum medium, seu hasta, ut jaci longius posset, religabatur.

Lancea Pirithoi, costis immissa Petræi, 330
Pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi virtute Lycum cecidisse ferebant:
Pirithoi cecidisse Chromin: sed uterque minorem
Victori titulum, quam Dictys Helopsque, dederunt.
Fixus Helops jaculo, quod pervia tempora fecit; 335
Et missum a dextra lævam penetravit in aurem.
Dictys, ab ancipiti delapsus acumine montis,
Dum fugit instantem trepidans Ixione natum,
Decidit in præceps: et pondere corporis ornum
Ingentem fregit, suaque induit ilia fractæ. 340
Ultor adest Aphareus: saxumque e monte revulsum
Mittere conatur. Conantem stipite querno
Occupat Ægides; cubitique ingentia frangit
Ossa: nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut vacat, aut curat: tergoque Bianoris alti 345
Insilit, haud solito quenquam portare, nisi ipsum:
Opposuitque genu costis: prensamque sinistra

rem concussam, hasta Pirithoi impacta costis Petræi, commisit pectora pugnantia cum rigido ligno. Aiebant Lycum peremtum viribus Pirithoi, Pirithoi quoque Chromin: sed uterque minorem laudem attulerunt quam Dictys et Helops. Helops fossus fuit hastili, quod transegit tempora, et impulsum a dextra pervasit in aurem sinistram. Dictys delapsus a dubio vertice montis dum pavidus vitat filium Ixionis urgentem, cecidit in præruptum, et rupit vastam ornum gravitate corporis; atque ejus latera affixa ruptæ. Aphareus vindex adest, atque nititur jacere lapidem ex monte extractum. Ægides prævertit nitentem vecte querno, atque quassat vasta ossa cubiti; neque amplius moratur, aut conceditur mittere Orco corpus mutilum: atque sese immittit dorso excelsi Bianoris, non assueto quenquam vehere præter ipsum: et pressit costas genibus, atque comprimens jubas sinistra correptas, quassa-

—330 Heins. conj. *Petræis*, ut ap. Virg. 'cineri Sichæo' et 'Lenæus honor,' quia ingratus concursus ille *Pirithoi, Petræi:* S. Marci, et unus R. *Pheræi.*—331 Fr. *fixit luctantia ligno*, quod placet Burm. quia præcessit *robora.* Sixii etiam *figit.*—332 In quibusdam *τὰ virtute* et *cecidisse* alterna vice scribuntur; sic etiam *τὰ Lycum*, et seq. vs. *Chromin.* Multi etiam scripti habent *Chromum* vel *Chronum.*—335 Vulg. *jacul. est.*—336 Cant. O. et alii *ad aurem.*—337 Plurimi *ancipitis.*—339 Unus Heins. *corp. ulmum.*—340 Berolin. *il. fractum:* Gronovius ad Sen. Here. Fur. 1312. legit *fracta.*—341 O. et duo alii *Victor ad.* Deinde quatuor libri *Phereus;* alii *Phareus, Iphareus, Aphereus*, alter *Amphareus.* Tunc multi *a mont.* unus Heins. *qui mont.*—342 *Conantem* e tribus dedit Heins. vulg. *mittentem:* unus Bas. *minitantem;* Leid. unus *mutantem:* quatuor, *nitentem.*—343 Flor. et Med. unus *cubito*, ut vs. 294. *loquenti.* Vulg. etiam *ingent. fregit.*—345 Multi *Bian. alto.*—346 Tres *haud soliti.*—

NOTÆ

346 *Haud solito*] In duplici Centaurorum natura ludit Naso.

Cæsariem retinens, vultum minitantiaque ora
Robore nodoso, præduraque tempora, fregit.
Robore Nedymnum, jaculatoremque Lycotan 350
Sternit, et immissa protectum pectora barba
Hippason, et summis extantem Riphea sylvis;
Tereaque, Hæmoniis qui prensos montibus ursos
Ferre domum vivos, indignantesque solebat.
Haud tulit utentem pugnæ successibus ultra 355
Thesea Demoleon: solidoque revellere dumo
Annosam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit; præfractam misit in hostem.
Sed procul a telo Theseus veniente recessit,
Pallados admonitu; (credi sic ipse volebat;) 360
Non tamen arbor iners cecidit: nam Crantoris alti
Abscidit jugulo pectusque, humerumque sinistrum.
Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille:
Quem Dolopum rector, bello superatus, Amyntor

vit faciem atque vultum minitantem, et tempora rigida clava nodosa. Prosternit clava Nedymnum, et Lycotan jaculatorem, et Hippasum habentem pectus velatum barba promissa, et Ripheum manentem in altis sylvis; et Tereum, qui consueverat portare domum ursos vivos atque ringentes, correptos in montibus Thessalis. Demoleon non passus est ulterius Theseum utentem successibus certaminis; atque nititur extrahere magno conatu spissa sylva veterem pinum. Quod quia non potuit, jecit ruptam in hostem. Ast Theseus vitavit telum e longinquo veniens hortatu Minervæ. Ipse volebat sic credi. Arbor non tamen cecidit inutilis; nam revulsit pectus et humerum sinistrum collo excelsi Crantoris. Achille, ille fuerat armiger

348 Variant Mss. Genev. *comitantiaque ora*, unde Heins. *comantiaque*. Decem *minantiaque*, quod placet Burm. Unus *nutantiaque:* duo *mutantia.*—349 Leid. unus *perduraq.*—350 Vulg. *Lycetum;* quidam vett. *Lichepen*, vel *Licepen:* ex Calandr. Cod. Heins. dedit *Lycotan.*—351 Novem *immensa protectum;* duo *amissa;* quatuor *admissa.*—352 Schepper. legere vult *et sumtis instantem R. signis.*—353 Const. Fanens. scribebat *Thereaque.*—356 Leid. unus *solidaque rev. ab ulmo:* Cant. et Gron. unus, et tert. R. *solidaq. rev. terra;* alter R. *solidoq. rev. trunco:* Fl. S. Marci *solido divellere dumo;* et Fl. S. Marci *evellere clivo:* alius *fundoq. evellere ab imo.*—357 Quatuor libri *magn. conamine tent.*—358 Multi *Quam quia.* Dein *perfractum* multi; unus Heins. *præsectam.*—360 Alii *Palladis.*—362 Multi *Abscindit:* tunc Jun. et decem alii *jugulum;* at plurimi *jugulo.*—363 Quidam *Achilles;* sed *Achille* legendum monet Priscian. hanc formam enim a Poëtis præferri.—364 Unus Bas. *Quem Dolo-*

NOTÆ

349 *Robore*] Clava nodis plena.

360 *Credi*] Cautus est admodum Nestor, ut vides. Ceterum non abs re supra pectore maxime hæsisse hanc pugnam admonuit: nam fabula prolixa, et multis nominibus implicita.

364 *Dolopum*] Fuerunt Dolopes

Æacidæ dederat, pacis pignusque, fidemque. 365
Hunc procul ut fœdo disjectum vulnere Peleus
Vidit, At inferias, juvenum gratissime, Crantor,
Accipe, ait: validoque in Demoleonta lacerto
Fraxineam misit, mentis quoque viribus, hastam:
Quæ laterum cratem perrumpit: et ossibus hærens 370
Intremuit. Trahit ille manu sine cuspide lignum:
Id quoque vix sequitur: cuspis pulmone retenta est.
Ipse dolor vires animo dabat: æger in hostem
Erigitur, pedibusque virum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoque sonantes, 375
Defensatque humeros, prætentaque sustinet arma:
Perque armos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen leto dederat Phlegræon, et Hylen
Eminus: Hiphinoum collato Marte, Claninque.

tui patris, quem Amyntor rex Dolopum bello victus dederat Æacidæ in obsidem et fidem pacis. Cum Peleus illum procul aspexit lacerum horrendo vulnere, At, inquit, inferias accipe, Crantor, dilectissime juvenum: atque intorsit in Demoleontem forti brachio, atque etiam animi impetu, hastile fraxineum, quod perfregit texturam laterum, atque ossibus infixum contremuit. Ille eripit manu lignum sine mucrone: atque id ægre cedit. Ferrum retentum est pulmone. Ipse dolor dabat vires animo. Vulneratus insurgit in hostem, et proterit virum pedibus equinis. Ille eludit ictus strepentes casside et clypeo, et tegit humeros, et sustinet arma opposita; et transfigit uno ictu duo pectora per armos. Nihilominus prius morti opposuerat eminus Phlegræum et Hylen, atque Hiphinoum et Clanin cominus.

pon. Dein pro *Amyntor* duo *Anetor;* alii *Amictor, Aminctor, Atinctor.*—365 Duo libri *fideque;* quod Heinsio placet: Thysii *fidesque.*—366 Heidelb. *disj. pulvere.*—367 Alii *Viderat infer.* Dein unus Heins. *juv. fidissime Cr.*—368 Unus Bas. *gravidoque.*—369 Sic vulg. Edd. Sex Codd. *mis. magnis quoq. vir.* totidem *junctis;* pr. Hamburg. *totis;* pr. Gron. et unus Med. *meritis:* alii *tantis,* vel *cunctis. Mentis cum vir.* unus Heins. et N. Heins. putat scriptum fuisse *cum mentis vir.* pro, *contentis viribus;* certe in uno Bas. *intensis vir.*—370 Fl. S. Marci *lacerum pectus prærupit; et.* Cum melioribus Heins. dat *perrumpit;* vulg. *perrupit;* Voss. *perfregit.* — 371 Fragm. Boxhorn. *rapit ill.* Bas. *trah. inde.*—373 Bothius emendat *Ipse d. viresque anim. &c.*—374 V. Bas. et plures alii *vir. conculcat:* duo *calcabat.*—375 *Sonantes* ex melioribus; vulg. *sonanti:* Pal. et tres alii *sonante.* —377 Arund. et tres alii *Perq. humeros.* O. et septem alii *perfodit ict.*—

NOTÆ

Thessaliæ populi, in Phthiotidis extremis finibus: qui nonnunquam etiam pro Græcis sumuntur.

369 *Mentis*] Mentis indignatione: nonnunquam enim sine odio, aut omni etiam animi perturbatione certatur.

374 *Virum*] Pelcum, scilicet.

377 *Duo*] Equi, scilicet, et hominis: nam Centaurus fuit.

379 *Collato Marte*] Cominus.

Additur his Dorylas: qui tempora tecta gerebat 380
Pelle lupi, sævique vicem præstantia teli
Cornua vara boum multo rubefacta cruore.
Huic ego, nam vires animus dabat, Aspice, dixi,
Quantum concedant nostro tua cornua ferro:
Et jaculum torsi. Quod cum vitare nequiret, 385
Opposuit dextram passuræ vulnera fronti.
Affixa est cum fronte manus. Fit clamor: at illum
Hærentem Peleus, et acerbo vulnere victum,
(Stabat enim propior,) mediam ferit ense sub alvum.
Prosiluit, terraque ferox sua viscera traxit: 390
Tractaque calcavit: calcataque rupit: et illis
Crura quoque impediit; et inani concidit alvo.
Nec te pugnantem tua, Cyllare, forma redemit,
Si modo naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiens: barbæ color aureus: aureaque 395
Ex humeris medios coma descendebat in armos.
Gratus in ore vigor: cervix, humerique, manusque,
Pectoraque artificum laudatis proxima signis;

His adjicitur Dorylas, qui habebat tempora velata pelle lupi, atque cornua vara taurorum usum præbentia duri teli multo sanguine tincta. Ego huic dixi, Vide quantum tua cornua sint inferiora nostro ferro; atque immisi telum; quod cum non posset effugere, objecit dextram fronti acceptura plagam. Manus juncta est fronti. Exclamat; at Peleus (nam erat proximus) percutit gladio sub medio ventre illum stantem, et domitum sæva plaga. Emicuit, atque ferus raptavit sua interanea; et protrivit raptata, et discerpsit protrita: atque impedivit etiam pedes illis; tum procubuit vacuo ventre. Neque Cyllare, tua pulchritudo vendicavit te certantem, si modo tribuimus pulchritudinem illi naturæ. Barbam habebat lanuginem; lanuginis color fluxus; flavi insuper capilli fluebant ex humeris in armos medios. Jucunda alacritas in vultu; collum, humeri, manus, pectora, et partes quibus est homo, haud absimiles signis probatis artificum: neque equi species culpanda

379 Alii *Glanimque.*—382 Olim edebatur *cornua dura:* multi *curva;* Fl. et unus Arg. *rara;* Genevens. *cava;* Heins. legit *vara.*—386 Duo Med. *Apposuit dextr.*—387 Heins. rectius putat *affixa cum fronte manu fit clamor.*—388 Cant. *et torco.*—389 Bas. *sub alam:* Voss. *per alvum.*—390 Vulg. *Prosiliit.*—391 P. *et extis.*—395 *Aureaque* Heins. profert ex pr. Pal. V. et Bas. tert. Med. Thuan. pr. Hamburg. et aliis plurimis; vulg. *aurea.*—396 *Descendebat* pro vulg. *dependebat* e Strozzæ et Mor. Codd. recepit Burm.—397 Sex *in ore nitor;* Med. *decor;* alius *rubor;* unus *color.*—399 Pal. *Ex*

NOTÆ

393 *Cyllare*] Fuit et istud nomen Poëta allusit, ut mox videbimus. equi a Castore domiti: ad quem etiam

Et qua parte viri est: nec equi mendosa sub illa
Deteriorque viro facies. Da colla, caputque: 400
Castore dignus erit. Sic tergum sessile, sic stant
Pectora celsa toris: totus pice nigrior atra.
Candida cauda tamen: color est quoque cruribus albus.
Multæ illum petiere sua de gente; sed una
Abstulit Hylonome: qua nulla nitentior inter 405
Semiferos altis habitavit fœmina sylvis.
Hæc et blanditiis, et amando, et amare fatendo
Cyllaron una tenet. Cultus quoque quantus in illis
Esse potest membris; ut sit coma pectine levis:
Ut modo rore maris, modo se violave rosave 410
Implicet: interdum candentia lilia gestet:
Bisque die lapsis Pagasææ vertice sylvæ
Fontibus ora lavet: bis flumine corpora tingat.
Nec, nisi quæ deceant, electarumque ferarum,
Aut humero, aut lateri prætendat vellera lævo. 415
Par amor est illis: errant in montibus una:

sub illa forma, *aut pejor homine. Adjice collum et caput, dignus erit Castore; ita dorsum sessile, ita elata pectora consistunt toris; totus nigrior pice atra. Attamen cauda alba; color est etiam albus pedibus. Plurimæ de gente sua illum optaverunt; sed sola Hylonome illum devinxit; qua nulla fœmina formosior mansit inter semibrutos in excelsis sylvis. Ista et lenibus verbis, et amando, et amare agnoscendo sola tenet Cyllaron. Ornatus etiam quantus esse licet in istiusmodi artubus; ut capilli sint pectine nitidi, ut nunc se impediat rore marino, nunc viola aut rosa; nonnunquam ferat lilia alba; bisque die abluat faciem ad fontes fluentes ex cacumine sylvæ Pagasææ, bis lavet corpus flumine: neque tegat aut humeros aut latus sinistrum nisi pellibus ferarum delectarum. Est illis amor æqualis; vagantur una per montes: una*

qua parte vir est: in quibusdam etiam *Et qua p. v. e.* vulg.: *Et quacumque vir. e.*—401 Multi *dignus erat:* Heins. conj. *eat.*—403 Tres *crinibus albus*, non improbante Burm. ut *cauda* et juba alba fuerit. At Centauri non habebant jubam.—404 In uno Heins. *ill. cupiere*, quod Burm. videtur modestius esse. —405 Alii *null. decentior:* Burm. dedit *nitentior* ex pr. Arund. Bas. Thuan. et duobus aliis.—406 Heins. dedit ex melioribus *Semiferos*, pro vulg. *Semiferas.* —409 Berolin. *pect. lenis.*—411 *Candentia*, ex melioribus Heins.; alii *canentia.* —412 Alii scribunt *Pegasææ.*—413 In Berolin. *hoc* pro *bis.*—415 Pro *Prætendat*, tres *prætentat;* Heinsius volebat *prætentet;* O. *prætendet;* tres *prætendit;*

NOTÆ

410 *Rore maris*] Rosmarinus et rosmarinum quoque dicitur: qui frutex est nullibi non obvius.

412 *Pagasææ*] Pagasis Thessaliæ Urbi, fontibus abundanti, vicinæ.

415 *Vellera*] Pelles, quibus sinistrum latus velasse fingit Poëta.

Antra simul subeunt, et tum Lapitheia tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto est: jaculum de parte sinistra
Venit; et inferius, quam collo pectora subsunt, 420
Cyllare, te fixit: parvo cor vulnere læsum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus:
Impositaque manu vulnus fovet; oraque ad ora
Admovet: atque animæ fugienti obsistere tentat. 425
Ut videt extinctum, dictis, quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas, telo, quod inhæserat illi,
Incubuit: moriensque suum complexa maritum est.
Ante oculos stat et ille meos, qui sena leonum
Vinxerat inter se connexis vellera nodis, 430
Phæocomes, hominemque simul protectus equumque.
Codice qui misso, quem vix juga bina moverent
Juncta, Phonoleniden a summo vertice fregit.

ctiam intrant speluncas; atque tum simul venerant in ædes Lapitheias, et pariter sæva bella exercebant. Auctor est dubius: telum actum est a parte sinistra; et te vulneravit, Cyllare, inferius quam pectora subjecta sunt collo: cor destrictum levi plaga dirignit cum toto corpore post jaculum extractum. Continuo Hylonome excipit membra cadentia, atque fingit plagam manu admota, et jungit os ori, et nititur retinere spiritum effluentem. Postquam cognoscit esse mortuum, et dixit quæ vociferatio prohibuit pervenire ad aures meas, jecit se in jaculum quod illum transfoderat, et moriens amplexa est suum virum. Ille etiam Phæocomes meis oculis obversatur, qui junxerat nodis inter se complicatis sex pelles leonum, velatus simul qua parte homo et qua parte equus erat; qui jacto stipite, quem non facile quatuor boves traherent, divisit Phonoleniden a summo capite. Rotunditas vasta capitis

sexdecim *pendebant;* unus *dependent.*—417 *Et cum* plurimi.—420 *Quam* Arundel. Zulich. Jun. et altero Thuan.: vulg. *qua.*—423 Pro *excipit* Leid. Sprotii et Arg. *suscipit.*—424 Unus Heins. *Suppositaque.*—426 Berolin. *dixit* pro *dictis.*—427 Idem *Arguit ir.*—429 *Sena* ex melioribus Heins. dedit: ceteri *sæva.*—430 Pr. Erfurt. et alii nonnulli *int. se conjectis;* unus Bas. *contusis...loris;* unde Heins. *consutis:* Fl. Gron. pr. et alii *collectis,* quod impense placet Heins.; non item Burm. qui monet, *colligi* recte crines et alia dici, ut nodo cohibeantur, non autem nodos ipsos. Pro *nodis* multi *loris;* Heins. malit *codis,* i. e. caudis.—432 Pro *codice* multi *stipite, cortice, robore, caldice, cardine,* aut *caudice.* Langerm. *bina levarent.*—433 Heins. metuit, ne

NOTÆ

417 *Lapitheia*] De quibus supra, ubi Pirithoi Lapitharum regis celebratæ sunt nuptiæ.

419 *Auctor*] 'Ecce viro stridens alis dilapsa sagitta est: Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta.' Virgilius.

Fracta volubilitas capitis latissima: perque os,
Perque cavas nares, oculosque, auresque cerebrum 435
Molle fluit: veluti concretum vimine querno
Lac solet; utve liquor rari sub pondere cribri
Manat; et exprimitur per densa foramina spissus.
Ast ego, dum parat hunc armis nudare jacentem,
(Scit tuus hoc genitor,) gladium spoliantis in ima 440
Ilia demisi. Chthonius quoque Teleboasque
Ense jacent nostro. Ramum prior ille bifurcum
Gesserat; hic jaculum. Jaculo mihi vulnera fecit:
Signa vides: apparet adhuc vetus, ecce, cicatrix.
Tunc ego debueram capienda ad Pergama mitti: 445
Tunc poteram magni, si non superare, morari
Hectoris arma meis. Illo sed tempore nullus,
Aut puer, Hector erat; nunc me mea deficit ætas.
Quid tibi victorem gemini Periphanta Pyreti;

quassata; et tenerum cerebrum emittitur per os, per cavum nasum, et oculos, et aures; ut lac coagulatum consuevit excerni *vimine querno; vel uti liquor fluit sub onere rari cribri, et crassus exsudat per spissa foramina. At ego, dum conatur spoliare armis hunc prostratum, abdidi gladium in extrema latera spoliantis. Pater tuus scit istud. Chthonius etiam, et Teleboas occubuerunt nostro gladio. Ille prior instructus erat sude bifida, iste jaculo. Me vulneravit jaculo. Cernis vestigia: ecce antiqua cicatrix adhuc conspicitur. Tunc ego debueram mitti ad Trojam eruendam; tunc poteram, si non vincere,* at *detinere arma fortis Hectoris meis. Verum illa tempestate, aut Hector non erat, aut puer* erat. *Nunc mei anni me destituunt. Cur tibi narrem Periphantem domitorem duplicis Pyreti? cur*

Phonoleniden corruptum sit; nam in Mss. mera hic lectionum monstra apparent: v. Heins. in Not. Var.—434 Leid. *capitis juncturaque frontis.*—446 Urbin. *vimin. testo* pro *texto.*—437 Pro *rari* unus Bas. *pressi;* et pro *rari...cribri* Urbin. pr. Bas. et alter Bas. *vini...præli;* tres alii *coli.* Strozzæ lib. *per crebra foram. Spissus* multi codd. exhibent pro vulg. *succus.*—439 *Hunc* ex tribus scriptis; vulg. *hinc.* Heins. placet lectio sec. Pal. I. alteri Hamburg. et aliorum *spoliare* pro *nudare.*—441 Alii *Il. dimisi.* Nonnulli etiam scribunt *Theleboasq.*—442 Fragm. Boxh. *ramum bicontum,* quod an a librario potuerit proficisci, nescit Burm. Genev. *bicornum:* nonnulli, *bisulcum.*—444 *Ecce* a pr. Gron. et quatuor aliis; vulg. *inde.*—447 Gronov. *arma trucis.*—448 Per-

NOTÆ

445 *Tunc ego*] Quia jam nihil possunt senes, jactantia sui contemtum, quem maxime metuunt, solent fere amoliri.

Pergama] Eo nomine appellatæ sunt arces Trojanæ, quæ pro Ilio et urbe Troja sæpissime sumuntur.

449 *Gemini*] Quia Centaurus bimembris.

Ampyca quid referam? qui quadrupedantis Oëcli 450
Fixit in adverso cornum sine cuspide vultu.
Vecte Pelethronium Macareus in pectus adacto
Stravit Erygdupum. Memini et venabula condi
Inguine, Nesseis manibus conjecta, Cymeli.
Nec tu credideris tantum cecinisse futura 455
Ampyciden Mopsum. Mopso jaculante biformis
Occubuit, frustraque loqui tentavit Odites,
Ad mentum lingua, mentoque ad guttura fixo.
Quinque neci Cæneus dederat, Stiphelumque, Bromumque,
Antimachumque, Helimumque, securiferumque Pyracmon.
Vulnera non memini: numerum nomenque notavi. 461
Provolat Emathii spoliis armatus Halesi,
Quem dederat leto, membrisque et corpore Latreus
Maximus. Huic ætas inter juvenemque, senemque,

Ampycem? qui fixit in faciem oppositam Oëcli quadrupedantis hastile sine mucrone. Macareus interfecit Erygdupum Pelethronium stipite fixo in pectus. Recordor etiam jaculum missum manibus Nesseis abditum fuisse in inguine Cymeli. Neque arbitratus fueris Mopsum Amyciden tantum prædixisse ventura. Mopso adigente Odites bimembris prostratus est, et frustra conatus est loqui, lingua cum mente commissa, et mento cum faucibus. Cæneus morti tradiderat quinque, Stiphelum, et Bromum, et Antimachum, et Helimum, et Pyracmum bipennigerum. Non recordor plagarum, observavi numerum et nomen. Latreus vastissimus artubus, atque corpore, instructus exuviis Halesi, quem mactaverat, accurrit. Huic ætas inter

multi, *deserit ætas.*—450 Pro *Oëcli*, S. Marci, *Echecli:* N. *Echeli:* Urbin. *Oëli:* Thuan. *Ethedi:* pr. Erfurt. *Ahecli:* alter, *Eocli; Oicli* alii: alii aliter.—451 Berolin. *advers. cornu.*—452 *Pelethronium* cum Boxhorn. fragm. Heins. dedit pro vulg. *Pelethronius.*—454 Vulg. *Nessei. manibus.* Zulichemianus, *Inguine Nesseo:* Jun. *Inguine, Nesse, tuo.* Heins. suadet *Inguine, Nesseis manibus;* Cymelum in inguine vulnerabat Nessus, non Nessum Cymelus.—459 *Stiphelonque* Arg. *Stenelumque* Mor.—460 *Helinumque* ex scriptis; alii *Helinumque.*—462 Unus Bas. *spol. ornatus,* eleganter, judice Burm. Alii etiam

NOTÆ

450 *Quadrupedantis*] Equorum more quatuor pedibus currentis.

451 *Cornum*] Telum ex cornu arbore.

452 *Pelethronium*] Qui Lapitha Pelethronii Thessaliæ montis juxta Pelium accola, ejusdemque nominis urbis incola.

456 *Mopsum*] Qui vates Ampyci filius Lapitha fuit, cum aliis duobus non confundendus.

459 *Cæneus*] Jam diu certe istum expecto: nec quenquam credo non delassatum iri tanta senis garrulitate.

462 *Emathii*] Proprie Emathia Macedonia est; sed suo quodam jure poëtæ pro Thessalia vicinitatis specie sumunt.

Vis juvenilis erat: variabant tempora cani. 465
Qui clypeo, galeaque, Macedoniaque sarissa
Conspicuus, faciemque obversus in agmen utrumque,
Armaque concussit, certumque equitavit in orbem:
Verbaque tot fudit vacuas animosus in auras:
Et te, Cæni, feram? nam tu mihi fœmina semper, 470
Tu mihi Cænis eris: nec te natalis origo
Comminuit? mentemque subit, quo præmia facto,
Quaque viri falsam speciem mercede parari?
Vel quid nata vide, vel quid sis passa: columque,
I, cape cum calathis; et stamina pollice torque: 475
Bella relinque viris. Jactanti talia Cæneus
Extentum cursu missa latus eruit hasta,
Qua vir equo commissus erat. Furit ille dolore,
Nudaque Phyllei juvenis ferit ora sarissa.
Non secus hæc resilit, quam tecti a culmine grando, 480
Aut si quis parvo feriat cava tympana saxo.

juvenem et senem, vires erant juveniles. Capilli albi distinguebant tempora. Qui insignis clypeo, et casside, et Macedonia hasta, et vultus habens conversos in utrumque exercitum, et agitavit arma, et equitavit in certum gyrum, atque ferox tot emisit voces in inanem aërem: Te insuper feram, Cæni? Namque tu semper mihi fœmina, tu mihi eris Cænis. Neque natalis origo tibi animum infregit? aut in mentem venit, quo facinore quæsieris mercedem, aut quo præmio fictam formam maris. Aspice vel quid sis nata, vel quid sis passa; atque abi, sume colum cum quasillis, et torque fila pollice. Concede arma viris. Cæneus effodit jaculo intorto latus jactantis talia extentum cursu qua parte *homo conjunctus erat equo. Ille furit dolore, atque vibrat hastam in faciem apertam juvenis Phyllei. Non aliter ea recussa est, quam grando a fastigio tecti; vel si quis percutiat cava tympana exiguo*

Alesi.—466 *Galeaq.* est ex sec. A. et duobus Heins. vulg. *gladioque.*—468 Leid. *in hostem.*—469 Heins. *in aures* putat scribendum.—470 In vet. Ciofani *Te, Cæni, feriam.*—472 Olim edebatur *commonuit:* multi, *commovit:* tredecim, *comminuit.* Mor. sec. *mentemve,* unde Heins. conj. *mentemne.* Deinde unus Med. et Bas. *præm. pacto.*—474 Vulg. *Quid sis nata vid.*—476 Unus Med. *Tela relinque,* quod placet Burm.—477 S. Marci, *latus hauriit:* V. pr. pro diversa lect. *hauserat.*—479 Alii, *Pellæi juvenis.*—480 Abest præpositio a sexdecim libris: *a tegmine* Voss. *jacta a culmine* Bonon. tert.—

NOTÆ

466 *Macedonia*] Secundam hujus vocis produxit syllabam; quam alii in primitivo corripiunt.

Sarissa] Hasta est Macedonum.

468 *Equitavit*] Quippe Centaurus fuit.

473 *Mercede*] Stupri, scilicet, a Neptuno oblati.

479 *Phyllei*] Phyllo Thessaliæ oppido oriundi.

Cominus aggreditur, laterique recondere duro
Luctatur gladium. Gladio loca pervia non sunt.
Haud tamen effugies : medio jugulaberis ense,
Quandoquidem mucro est hebes, inquit ; et in latus ensem
Obliquat, longaque amplectitur ilia dextra. 486
Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti :
Fractaque dissiluit percusso lamina collo.
Ut satis illæsos miranti præbuit artus ;
Nunc age, ait Cæneus, nostro tua corpora ferro 490
Tentemus : capuloque tenus demisit in armos
Ensem fatiferum : cæcamque in viscera movit,
Versavitque manum : vulnusque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vasto rabidi clamore bimembres,
Telaque in hunc omnes unum mittuntque feruntque. 495
Tela retusa cadunt : manet imperfossus ab omni,
Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens !
Monychus exclamat : populus superamur ab uno, 499

lapide. Cominus invadit, atque nititur abdere ensem rigido lateri. Loca non sunt penetrabilia ensi. Non tamen evades, ait ; mactaberis medio gladio, siquidem cuspis est retusa : atque adigit transversum gladium in costas, et amplectitur ilia longa dextra. Ictus strepitum facit, tanquam a corpore marmoris percussi ; et lamina fracta est percusso collo. Postquam satis obtulit membra inoffensa admiranti, Nunc age, inquit Cæneus, tentemus tuum corpus nostro ense ; atque abdidit gladium letiferum capulo tenus in humeros ; et agitavit et versavit munum cæcam per præcordia, et fecit plagam in plaga. Ecce Centauri *biformes cum impetu feruntur suo crasso more, atque omnes jaciunt et ferunt arma in hunc unum. Jacula obtusa cadunt. Cæneus Elateius stat inoffensus atque incruentatus ab omni ictu. Nova res rapuerat illos in admirationem. Heu ingens opprobrium ! exclamat Monychus :*

483 *Conatur glad.* Sprotii et Leid.—486 Unus Mor. *Obliquans longa complectitur il.*—487 Arund. *Plag. dedit.* Fr. et tres alii *fac. sonitus. Ut corp.* plurimi vett. vulg. *in:* Heins. malit *ceu* eum Arund. et septem aliis.—488 Alii *Fract. dissiliit.*—489 Barb. *illæs. minitanti.*—491 Alii *ten. dimisit.*—492 Heins. malit, *in viscere.* Unus Vatic. et unus Bas. *condit,* ut xv. 88.—494 Alii *rupidi* aut *trepidi.* Heins. ex pr. Hamburg. suadebat, *rabidi de more.* Sed v. Burm.—495 Plurimi *mittunt feriuntq.* Pal. *mittuntq. ruuntq.* Med. *vertuntq. feruntq.* Bonon. *mittunt ferrentq.*—496 Gron. *Tel. recussa,* vel *retunsa ;* sex *repulsa.*—499 Langerm. et tres alii *superemur* per interrogationem.—500 Unus Heins.

NOTÆ

488 *Percusso*] In Centauri collum lamina resiluit.

493 *Vulnus*] Manum enim versando nova vulnera faciebat.

497 *Inque cruentatus*] Pro *et incruentatus,* per Tmesin.

Vixque viro: quanquam ille vir est: nos segnibus actis,
Quod fuit ille, sumus. Quid membra immania prosunt?
Quid geminæ vires? quid, quod fortissima rerum
In nobis natura duplex animalia junxit?
Nec nos matre Dea, nec nos Ixione natos
Esse reor; qui tantus erat, Junonis ut altæ 505
Spem caperet. Nos semimari superamur ab hoste.
Saxa, trabesque super, totosque involvite montes:
Vivacemque animam missis elidite sylvis.
Sylva premat fauces: et erit pro vulnere pondus.
Dixit: et insani dejectam viribus Austri 510
Forte trabem nactus, validum conjecit in hostem:
Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat: nec habebat Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo, sub pondere Cæneus
Æstuat arboreo: congestaque robora duris 515
Fert humeris. Sed enim postquam super ora caputque

una *gens vincimur ab uno, vixque viro. Tametsi ille est vir, nos sumus inertibus factis quod ille fuit. Cujus usus artus ingentes? Quid prosunt duplices vires? Quid quod natura duplex commisit in nobis validissima animalia omnium? Neque arbitror nos natos matre Dea, nec Ixione, qui tantus erat, ut spem conciperet Junonis excelsæ. Nos vincimur ab hoste semiviro. Dejicite super* illum *lapides, arbores, et montes integros, atque opprimite animam vivacem immissis sylvis. Sylva opprimat jugulum, et onus erit pro vulnere. Dixit; et casu nactus arborem prostratam impetu furentis Austri, misit in strenuum hostem: atque exemplo fuit: et brevi Othrys erat spoliatus arboribus; neque Pelion habebat umbras. Cæneus oppressus insana congerie æstuat sub onere arboreo, et fert fortibus humeris ligna congesta. Verum enimvero postquam pondus additum est super os atque caput,*

Vixq. mari. Deinde Pal. unus *segn. hastis.*—501 Leid. unus *Quæ fuit.*—502 *Quid? quod* est ex Calandr. Cod. et quatuor ex Heins. vulg. *et quod.*—505 Langerm. *Ess. rear.*—507 Duo Med. *tortosque.* Dein tert. Med. *evolvite.*—510 *Insani* est ex N. Arund. pr. Bas. sec. Pal. et multis aliis; vulg. *insanis.* Deinde *defectam* quinque ex vetustioribus; *direptam* pr. Bas. Arund. et tres alii.—511 Gron. *validam conj.* Heidelb. *convertit.*—512 Unus Med. melioris notæ *Exemploque.*—513 *Pelios* S. Marci, Thuan. prim. Gron. pr. Mor. I. et septem alii: sed *Pelion* tam apud Græcos quam Latinos esse in usu Heinsius monet.—514 Berolin. *imm. tumulo;* et sic etiam plures alii. Unus Med. exhibet *cumuli sub pondere...arborei.*—515 Berolin. O. et Gron. et plures alii

NOTÆ

500 *Quanquam*] Centaurorum magis arguit turbam hac correctione, quam Cæneum laudat.

504 *Dea*] Quam Junonem stulte gloriabantur.

Crevit onus; neque habet, quas ducat, spiritus auras;
Deficit interdum: modo se super aëra frustra
Tollere conatur, jactasque evolvere sylvas:
Interdumque movet: veluti, quam cernimus, ecce, 520
Ardua si terræ quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio est: alii sub inania corpus
Tartara detrusum sylvarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioque ex aggere fulvis
Vidit avem pennis liquidas exire sub auras; 525
Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum.
Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus, et ingenti circum clangore sonantem
Aspexit, pariterque oculis animoque secutus;
O salve, dixit, Lapithææ gloria gentis, 530
Maxima, vir quondam, sed nunc avis unica, Cæneu.
Credita res auctore suo est. Dolor addidit iram:

neque anima habet aërem quem hauriat, nonnunquam deliquium patitur, interdum incassum tentat sese erigere in aërem, atque excutere immissas arbores. Atque interdum movet; tanquam Ide quam videmus, en tibi, si agitetur motibus terræ. Eventus incertus est. Nonnulli dicebant corpus coactum ad Inferos exiles pondere arborum. Ampycides diffitetur; atque vidit alitem pennis subflavis mittere se in aërem fluidum ex medio cumulo, quæ a me tum primum, tum novissime est visa. Cum Mopsus eam vidit obeuntem sua agmina lento volatu, et circum strepentem magna voce, prosecutus, simul oculis et mente, O, inquit, salve Ceneu, gloria nationis Lapithæ, olim vir maxime, sed nunc avis unica. Res fidem invenit aucto-

conjectaque.—516 Med. unus *ora manusq.*—517 Heins. malit *quo*, vel *qua ducat.* —518 Heidelb. *sup. æthera.*—522 Heidelb. *alii per inan.*—523 Fl. S. Marci *Tart. retrusum.*—524 Bas. *med. sub agg.*—526 In vett. Edd. *volucris* pro *supremum:* et in aliis etiam *nunc est consp.* In quibusdam autem vetustis exemplaribus *supremum* legitur: unus etiam A. *tunc est mihi visa supr.*—528 Meliores plurimi *clangore;* ceteri *clamore.*—529 Multi vett. *oculis animoq.* vulg. *animo est oculisq.* tres cum Fl. S. Marci *animis oculisq.*—530 Heins. malit,

NOTÆ

521 *Ide*] Mons Phrygiæ.

524 *Ampycides*] Mopsus Ampyci filius; de quo supra.

Fulvis] In aquilam mutatum fuisse volunt Cæneum. Quacumque autem illa avis fuerit nostra parum interest. Maximum est quod Cænei exemplo, nullo hominum utcumque brutorum impetu virtutem proculcari posse videamus; quæ ut maxime deprimitur eo validius ad astra tollitur. Neque aliam, qua tutus esset, a Neptuno vim accepisse Cæneum cuiquam credibile est.

531 *Unica*] Propter virtutem, et peculiarem metamorphosim. Quanquam in aquilam mutatum fuisse Cæneum minus constat.

Oppressumque ægre tulimus tot ab hostibus unum.
Nec prius abstitimus ferrum exercere cruore;
Quam data pars leto, partem fuga noxque removit. 535

Fab. V. Periclymenus in varias Figuras.

Periclymenus, a Neptuno accepta potestate ut se in varias figuras transverteret, cum adversus Herculem dimicasset, et eum varietate formarum vellet eludere, in aquilam transfiguratus est: quam ille advolantem sibi, et in altitudinem se aëris efferentem, novissime sagitta trajecta interemit.

Hæc inter Lapithas et semihomines Centauros
Prælia, Tlepolemus, Pylio referente, dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait; Herculeæ mirum est oblivia laudis
Acta tibi, senior: certe mihi sæpe referre 540
Nubigenas domitos a se pater ipse solebat.
Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malorum
Cogis; et obductos annis rescindere luctus?

tore suo. Dolor adjecit iram, atque iniquo animo passi sumus unum obrutum a tot hostibus. Neque ante omisimus ferro sanguinem profundere, quam pars interfecta, nox et fuga disjecit partem.

v. *Pylio narrante hæc certamina inter Lapithas et semiferos Centauros, Tlepolemus non passus est ore muto dolorem ex Hercule neglecto: atque inquit, Mirum est, senex, te oblivioni tradidisse gloriam Herculeam. Sane pater consueverat mihi dicere nube genitos a se victos. Ad hæc Pylius mœstus: Quamobrem cogis me recordari malorum, et refricare dolores delinitos tempore? atque agnoscere odium in*

gloria gentis Maxima, vir quondam.—534 *Ferrum exercere cruore* dedit Heins. ex uno Med. pro vulg. *ferro exerc. dolorem.*—535 Gronov. pr. *noxq. diremit,* ut sæpe apud historicos: sex scripti *redemit.*—537 Berolin. et alii *Præl. Triptolemus.*—538 Undecim *placido* pro *tacito.*—540. 541 Aliæ editiones distinguunt, *acta tibi: senior certe, &c. pater ipse solebat.* Menard. et duo alii *facta tibi.*—541 *Ipse solebat* meliores: vulg. *esse.* Mollius quoque, *a se domitos pater ipse,* ut est in duobus, monet Burm.—543 Vulgo *restringere luct.* Ed. Aldina, aliæque nonnullæ, Mss. insuper præstantes *rescindere;* quod in quibusdam vett. mutatur in *rescissere, retexere, restringuere, &c.* Pro *annis* Thuan.

NOTÆ

532 *Auctore*] Mopso, scilicet, vate.

537 *Tlepolemus*] Herculis fuit filius ex Astioche, qui ægre prætermissam a Nestore patris gloriam tulit.

Pylio] Nestore, Pyli rege.

538 *Præteriti*] De Hercule enim ne verbum quidem Nestor protulerat; cum tamen in fugandis Centauris laudem primam meruisset.

540 *Senior*] Nestorem appellat.

Inque tuum genitorem odium, offensasque fateri?
Ille quidem majora fide (Di!) gessit; et orbem 545
Implevit meritis; quod mallem posse negari:
Sed neque Deiphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus. Quis enim laudaverit hostem?
Ille tuus genitor Messania mœnia quondam
Stravit: et immeritas urbes, Elinque Pylonque, 550
Diruit: inque meos ferrum flammamque penates
Impulit. Utque alios taceam, quos ille peremit;
Bis sex Nelidæ fuimus, conspecta juventus:
Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno,
Viribus. Atque alios vinci potuisse ferendum est. 555
Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque reponere sumtas
Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor.

tuum patrem, et ejus *injurias? Ille quidem (Dii!) fecit exsuperantia fidem; atque cumulavit mundum beneficiis; quod mallem posse dissimulari: sed neque laudibus extollimus Deiphobum, nec Polydamantem, nec ipsum Hectorem: quis enim laudaverit hostem? Ille tuus pater olim diruit muros Messenios, atque delevit urbes immeritas, et Elin et Pylon: atque immisit ferrum et ignem in meam domum. Atque ut silentio prætermittam ceteros quos ille leto dedit, duodecim fuimus Nelei filii, juventus conspicua; duodecim occubuerunt viribus Herculeis, me excepto. Atque tolerandum est ceteros potuisse superari. Mors Periclymeni est admiranda, cui Neptunus auctor Nelæi sanguinis concesserat posse induere quas formas vellet,*

pr. Mor. quart. Med. I. et duo alii *leviter;* unde Heins. conj. *et obductum leviter rescindere vulnus.*—544 Leid. et alii *offensamque.* Sixii Cod. *Inque tuum offensas genitorem, odiumque fateri.*—545 *Di! gessit* dedit Heins. e vestigiis quorundam Mss. qui habent, *digessit.* Ceteri, *quoque gessit, digessit, &c.*—546 *Negari* est ex pr. Bas. et R. et Hamburg. et uno Voss. vulg. *negare.*—547 Alii malunt, *Pulydamanta.*—549 Vulg. *Messenia;* at libri *Messania.* Dein *littora* pro *mœnia* unus Bas.—550 Legitur etiam *Elimq. Pylumq.* et vulg. *Polynq.*—551 Berolin. *flammasque.*—553 Alii scribunt *Neleidæ:* S. Marci *Pelidæ.*—555 Heins. monet *est* tollendum.—557 Gron. et quatuor alii, *sumtasque rep. posse.*—559 Permulti ver-

NOTÆ

544 *Offensas*] Injurias, quas Nestori Hercules obtulerat.

545 *Di*] Non tam laudantis, quam conquerentis, aut apud Deos solatium quærentis, hæc parenthesis.

547 *Deiphobum*] Qui Priami fuit filius.

Polydamanta] Nobilis fuit Trojanus inter fortissimos, Priami gener.

549 *Messania*] Messenæ, Messeniæ urbis in Peloponneso; a qua non multum distabat Pylus Nestoris.

550 *Elin*] Quæ urbs fuit Elidis, etiam in Peloponneso.

553 *Nelidæ*] Nelei, Neptuno sati, filii.

556 *Periclymeni*] Qui frater Nestoris.

Hic, ubi nequicquam est formas variatus in omnes,
Vertitur in faciem volucris: quæ fulmina curvis 560
Ferre solet pedibus, Divum gratissima Regi.
Viribus usus avis, pennis rostroque redunco,
Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus:
Atque inter nubes sublimia membra ferentem, 565
Pendentemque ferit, lateri qua jungitur ala.
Nec grave vulnus erat: sed rupti vulnere nervi
Deficiunt, motumque negant viresque volandi.
Decidit in terram, non concipientibus auras
Infirmis pennis: et, qua levis hæserat alæ, 570
Corporis affixi pressa est gravitate sagitta;
Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.
Num videor debere tui præconia rebus
Herculis, o Rhodiæ ductor pulcherrime classis?

rursusque exuere indutas. Hic, postquam frustra est immutatus in omnes figuras, induit vultum avis, quæ dilectissima consuevit gerere aduncis unguibus fulmina regis Deorum. Usus viribus avis, pennis, et rostro curvo, et unguibus uncinatis discerpserat vultum viri. Tirynthius in hunc dirigit arcus nimium certos, atque attingit agentem excelsa membra inter nubes, et libratum, qua ala committitur lateri. Neque plaga erat alta; sed nervi fracti vulnere illum *destituunt, atque subtrahunt motum et vires volandi. Decidit in terram, pennis debilibus non capientibus aërem; et calamus, qui leviter infixus fuerat alæ, impactus est pondere corporis afflicti, et eductus est juguli sinistra parte per supremum latus. Num videor debere laudes factis tui Herculis, o dux spectatissime classis Rhodiæ? Ne*

satus in omnes.—562 R. unus *av. pedibus rostr.* Quidam, *rostroq. reducto;* sec. Pal. et octo alii *recurvo;* Gron. et duo alii *rotundo.*—563 Unus Heins. *vir. dimoverat ung.*—564 Heins. cum multis vett. reposuit *hunc;* vulg. *hanc.*—565 Med. *Totque inter.*—566 Scripti quatuor cum Grævian. *Pendentemq. rapit.*—568 Berolin. habet *motumq.* et *viresq.* alterna vice. Nonnulli vett. *viresq. volanti:* Pat. *viresq. fugamque.*—570 N. *Infirmus penn. Qua* pro vulg. *quæ* Heins. ex scriptis recepit.—571 Bothius putat *est* tollendum.—573. 574 Heidelb. *Nunc vid.* Deinde Arund. *deber. tibi;* et seq. vs. *Her-*

NOTÆ

560 *Quæ fulmina*] Aquilam dicit; quanquam in muscam mutatum Periclymenum scripsit Apollonii interpres: digna profecto metamorphosi, siquidem per illum, fraudem, sicuti per Herculem, virtutem significari concedis. Minimis certe solent esse affixi qui per cuniculos seu dolos grassantur; in quibus tandem opprimuntur.

564 *Tirynthius*] Hercules; a Tirynthe patria urbe Peloponnesi, non longe ab Argis.

574 *Rhodiæ*] In Rhodum insulam,

Nec tamen ulterius, quam fortia facta silendo, 575
Ulciscar fratres: solida est mihi gratia tecum.
Hæc postquam dulci Neleius edidit ore;
A sermone senis, repetito munere Bacchi,
Surrexere toris: nox est data cetera somno.

Fab. VI. Apollo in Alexandrum.

Neptunus, graviter ferens Cycnum filium ab Achille occidisse, et Hectorem, defensorem operum quæ ipse posuisset, ab Apolline socio laboris petit, quoniam sibi non daretur, ut cominus cum eo congredi posset, ut ultor existeret. At ille, auditis precibus ejus, immixtus acie, nullique conspicuus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut sagittas in eum dirigere posset: talumque (quod fuit in ejus corpore mortale) percussit et interemit.

At Deus, æquoreas qui cuspide temperat undas, 580
In volucrem corpus nati Stheneleida versum
Mente dolet patria: sævumque perosus Achillen
Exercet memores, plus quam civiliter, iras.
Jamque fere tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis: 585

tamen ulciscar fratres amplius quam tacendo pulchra facinora: gratia est mihi integra tecum. Postquam Neleius hæc protulit suavi ore, dono Bacchi repetito, ab oratione senioris a mensa recesserunt. Reliqua nox est concessa sopori.

VII. *At Deus qui moderatur tridente fluctibus marinis, dolet animo paterno corpus filii mutatum in avem Stheneleiam; atque exosus crudelem Achillem exercet hostiliter iras memores. Jamque bello fere producto per decem annos, affatur*

---

culeis, o Rhod.: unde Heins. *deber. tibi...Herculeis Rhod.* Plurimi etiam *Rhod. rector;* et pro *classis* duo *gentis.* — 575 Alii *Ne tam.* — 577 Jun. *Hæc plusquam dulci.* — 581 Vulg. *Stheneleia;* V. et alii vett. *Cyneeida;* alii Phaëthontida: quædam vett. Edd. cum Grævian. *Stheneleida:* Heins. scribendum censet *Ledeida.*—583 Tert. Med. *Exerc. memorem ... irum.*— 585 *Smynthea* hic legendum vidit Beroald. Annot. ad Sueton. c. 12. Mss.

NOTÆ

interfecto Licymnio matris germano, Tlepolemus una cum multis comitibus profugerat, ubi imperium adeptus est: atque adeo inde cum novem navibus ad bellum Trojanum est profectus, a Sarpedone interficiendus.

580 *Cuspide*] Tridente, qui Neptuni sceptrum.

581 *Volucrem Stheneleida*] Cycnum dicit, in quem mutatus Stheneli filius; cujus etiam volucris Cycnum Neptuni filium formam induisse supra vidimus.

585 *Smynthea*] Apollinem dicit, cui a muribus, qui Cretensium lingua Σμίνθιοι appellantur, illud nomen impositum. Nugacissimas ejus cognominis rationes seu fabulas, quas piget

O mihi de fratris longe gratissime natis,
Irrita qui mecum posuisti mœnia Trojæ;
Ecquid, ut has jam jam casuras aspicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæsa doles? ecquid (ne persequar omnes) 590
Hectoris umbra subit, circum sua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso,
Vivit adhuc, operis nostri populator, Achilles.
Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim,
Sentiat. At quoniam concurrere cominus hosti 595
Non datur, occulta necopinum perde sagitta.
Annuit: atque animo pariter patruoque suoque
Delius indulgens, nebula velatus in agmen

Smyntheum intonsum hujusmodi verbis: O mihi carissime omnium fratris filiorum, qui mecum statuisti muros inutiles Trojæ; ecquid doles, cum vides has arces jam jam ruituras? vel ecquid luges tot millia mactata tuentia muros? Ecquid (ne omnes recenseam) umbra Hectoris raptati circum muros patrios recurrit? cum tamen ille sævus Achilles, et truculentior ipso bello, vastator nostri operis, adhuc fruitur vita. Occurrat mihi: faxo sentiat quid valeam tridente. At siquidem non licet congredi cominus cum hoste, confice eum nihil tale metuentem calamo occulto. Assentitur: atque Delius obsequens simul suæ iræ et patrui, tectus nube

Cynthia, vel *Cynthida*.—588 Olim edebatur *Ecquid ubi Asiacas casur*. At *Asiacas* primam syllabam corripit; unde *has jam jam* ex vett. exemplaribus substituendum censet Mariang. Accurs. Tres etiam habent *Ecce quid has jam cum cas*. Med. *Ecq. ubi has jam cum:* V. Farnes. et unus Ciofan. *ubi has jam jam cas*. Duo etiam *prospicis*, quod non displicet Burm.; et quinque *conspicis*.—590 Berolin. *non perseq*.—591 Idem *umbra fuit*. Pro *tracti* Gron. *rapti*. Utrumque verb. in hac re usitatum.—592 Nonnulli *Cur tamen:* alii *Et tamen*. Gron. pr. *bello truculentior ipso*.—593 Quatuor, *Vivat*. V. pr. et Genevens. *operis nostri violator*, quod placet Burm. quia sacra Troja a Diis posita erat. Sic *violare* etiam Virg. XI. 255.—596 Cant. *prode sagitta*, quod arridet Heins.—597 *Patruoque* est ex opt. Thuan. et quatuor aliis: vulg. *patruique:* Heidelb. habet *patrisque*.—598 Med. quart.

NOTÆ

exscribere, apud Vil. Gyraldum Syntagm. 7. habes.

586 *Fratris*] Jovis, scilicet.

591 *Tracti*] Bigis raptatum, et circum muros Iliacos ab Achille tractum Hectorem in superioribus etiam vidimus.

593 *Operis*] Murorum, scilicet, Trojanorum; de quibus lib. superiore.

596 *Non datur*] Quia tum Achilles non navigabat.

597 *Patruo*] Cycni enim Neptuni filii patruelis fuit Apollo; qui iræ indulgens ob Hectorem clientesque Trojanos occisos, patrui Neptuni animum quoque induit cum Achillem ulciscitur.

598 *Delius*] Apollo; quem toties in

Pervenit Iliacum; mediaque in cæde virorum
Rara per ignotos spargentem cernit Achivos 600
Tela Parin: fassusque Deum, Quid spicula perdis
Sanguine plebis? ait. Si qua est tibi cura tuorum;
Vertere in Æaciden, cæsosque ulciscere fratres.
Dixit: et ostendens sternentem Troia ferro
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum: 605
Certaque letifera direxit spicula dextra.
Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,
Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor, Achille,
Vinceris a timido Graiæ raptore maritæ?
At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum, 610
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.
Jam timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi
Nominis, Æacides, caput insuperabile bello,

descendit in castra Trojana; et videt Paridem in media strage virorum disperdentem pretiosa tela inter vulgus Græcorum: atque indicans se Deum, Quamobrem, inquit, tela spargis in funera plebis? Si solicitus es pro tuis, converte te *in Æaciden, atque ulciscere fratres peremtos. Dixit: et monstrans Peliden proterentem ferro viros Trojanos, intendit arcum in illum, et direxit certam sagittam manu fatifera. Hoc fuit, quo Priamus senex posset lætari post Hectorem* cæsum. *Tu igitur, Achilles, domitor tantorum* heroum, *cadis per timidum prædonem puellæ Græcæ? At si tibi fuerat occumbendum manu fœminea, malles occubuisse securi Thermodontiaca. Jam ille terror Trojanorum, Æacides, honor et præsidium gloriæ*

neb. delatus. Deinde O. *in agrum.*—599 Genevens. *in plebe vir.*—600 Præstantissimus Fl. *Gnara per:* Heins. conj. *Gnava;* Burm. vult *Vana.* Genevens. etiam *cern. accrvos.*—603 In quibusdam *læsosque.*—604 *Troia* Heins. dedit ex Calandr. et altero Hamburg.: vulg. *Troica.*—607 Libri permulti *Quod;* alii *Quo.*—609 *Vinceris* Heins. protulit ex Bernegg. pr. Erfurt. et sex aliis; vulg. *Victus es:* nonnulli etiam *Vincitur.* Deinde in pr. Mor. *rapt. puellæ;* at Burmanno elegantior videtur lectio pr. Bas. *juvencæ.*—611 Alii scribunt *Thermo-*

NOTÆ

Delo insula natum diximus.

606 *Direxit*] Ut ita non tam a Paride, quam ab Apolline ipso, ut Calaber indignatur, occisus videatur Achilles. Ceterum per insidias in Apollinis Thymbræi templo, quo ad Polyxenæ nuptias invitatus fuerat, ab eodem tamen Paride post simulacrum latente, alii interfectum scripserunt. Deo vero sagittam dirigente opus fuit, siquidem ille calcaneum duntaxat vulnerabile habuit, qua parte infantem Stygiis undis immergens mater prehenderat.

607 *Post Hectora*] Postquam ille sublatus esset.

609 *Graiæ*] Helenæ, scilicet.

610 *Fœmineo Marte*] Bello et viribus muliebribus.

611 *Thermodontiaca*] Qualem gerebat Penthesilea, Amazonum, Thermodontis Scythiæ fluvii accolarum, regina.

Arserat: armarat Deus idem, idemque cremarat.
Jam cinis est, et de tam magno restat Achille 615
Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
At vivit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi mensura viro respondet, et hac est
Par sibi Pelides; nec inania Tartara sentit.
Ipse etiam, ut cujus fuerit cognoscere possis, 620
Bella movet clypeus: deque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileos Ajax,
Non minor Atrides, non regno major et ævo
Poscere, non alii: soli Telamone creato,
Laërtaque fuit tantæ fiducia laudis. 625

Græcæ, vir bello invictus, crematus erat: idem Deus armis instruxerat, atque idem usserat. Jam cinis est, et de tanto Achille superest nescio quid, quod non satis impleat parvam urnam. At laus permanet, quæ impleat totum mundum. Hic modus convenit illi viro; atque eo sibi est Achilles æqualis, neque tangitur exilibus Inferis. Ipse etiam clypeus, ut pronum sit cognoscere cujus fuerit, ciet certamina, atque arma feruntur armorum causa. Tydides non audet ea petere, non etiam Oileus, non Atrides minor, non major ætate et belli peritia, non alii: spes tantæ gloriæ movit filium solum Telamonis, atque Laërtæ. Tantalides a se depulit onus

doontiaca. Menard. et Berolin. *cecid. securi.*—615 N. *rest. Achilli.*—616 Omnes fere scripti *Nesc. quid parvum, quod, &c.*—617 Arg. *glor. possidet orb.*—618. 619 In nonnullis *ill. mansura vir.* Dein vulg. legitur *et hæc est Par tibi, Pelide.* Sed multi vett. *Pelides:* alter Erfurt. et quart. Med. *Pars tibi Pelides;* et Fl. S. Marci *Par sibi Pelides;* ex quibus vestigiis Heins. locum refinxit.—620 Leid. *Ipse quoque ut. Possis* ex melioribus; vulg. *posses.*—621 Plurimi Codd. *proque arm.* Dein Menard. *arm. moventur.*—623 Berolin. habet *nec* pro *non* in utroque loco. Deinde Burm. placet Arund. lectio *non regno maj.*—624 Heins. mallet *solis Telam. creatis.*—625 Alii scribunt *Laërtæque*

NOTÆ

614 *Deus*] Vulcanus, scilicet, qui Thetidis rogatu Achilli arma fabricaverat.

616 *Nescio quid*] Hæc est quoque sors heroum, ut brutis sint stupidiores; qui in tanta omnium rerum externarum tenuitate et fragilitate, animum ad sublimiora et firmiora non curent attollere.

617 *Gloria*] Namque omnibus prope poëtis Achilles decantatus.

621 *Bella movet*] Gravissimæ enim inter Ajacem Telamonis et Ulyssem de Achillis armis contentiones ortæ.

622 *Tydides*] Diomedes est, Tydei filius, unus ex Græcis principibus.

Oileos] Oilei Locrorum regis filius.

623 *Minor*] Menelaus, scilicet, Atrei filius.

Major] Agamemnon, frater Menelai.

624 *Telamone creato*] Ajaci, scilicet, qui patrem habuit Telamonem, Æaci filium.

625 *Laërta*] Ulysses Laërta creatus fuit.

A se Tantalides onus invidiamque removit:
Argolicosque duces mediis considere castris
Jussit: et arbitrium litis trajecit in omnes.

et odium; atque voluit duces Græcos sedere in mediis castris, et transmisit in omnes judicium litis.

vel *Laërteque;* nonnulli *Laërtiadæque, Lertiadæque, Lartiadæque.*—627 Berolin. *med. consistere castr.*—628 Gron. *lit. conjecit in omnes.*

NOTÆ

Tantæ] Ut Achillis armis potirentur.

626 *Tantalides*] Agamemnon Atrei filius, a proavo Tantalo Pelopis patre sic dictus: qui prudentissime judex inter tantos dissidentes solus sedere noluit.

627 *Argolicos*] Pro Græcis omnibus posuit. Est autem Argolis Peloponnesi regio, in qua Agamemnon regnavit.

628 *Omnes*] Trojanis captivis dirimendæ hujus litis provinciam datam alii scripserunt. Qua ex re non parvum documentum desumere possunt viri principes.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XIII.

Fab. I. Ajacis Cruor in Florem purpureum.

Achille ab Alexandro occiso, arma cum peterentur ab Ajace, quia frater patruelis esset, et Ulixe, qui se consilio potiorem ac virtute judicaret: placuit principibus, ut utriusque gesta erga rempublicam in bello perpenderentur, et digniori propositum præmium cum causa ab universo exercitu tribueretur. Cum itaque in conspectu omnium Ajax virtutes suas, quibus Græcos juvisset, retulisset, et Ulixes consilia sua, quibus communem rempublicam juvisset, duces quoque adduxisset; novissime signum Minervæ fatale, quod ille sustulisset, ostendit. Quo Graii moti, cum ante oratione ejusdem perculsi stuperent, ab Ajace arma abjudicata sunt, et Ulixi data. Qua ille contumelia accensus incubuit ensi; ex cujus cruore flos purpureus, similis hyacinthi, natus est.

Consedere duces: et, vulgi stante corona,
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.

1. *Duces consederunt: atque, multitudine circum stante, Ajax dominus clypei sep-*

NOTÆ

2 *Septemplicis*] Ex taurorum septem tergoribus facti.

Ajax] Telamonius, scilicet, homo vehemens, quem primum causam suam dicere prudens voluit Poëta. Quanquam autem bellicosi, magis quam eloquentis viri, personam tuetur Ajax, cavesis ideo inconditam ejus orationem, ut quidam arbitrati sunt, animo præsumseris. Vicit equidem, nec im-

Utque erat impatiens iræ, Sigeia torvo
Littora respexit, classemque in littore, vultu:
Intendensque manus, Agimus, pro Jupiter! inquit, 5
Ante rates causam; et mecum confertur Ulixes!
At non Hectoreis dubitavit cedere flammis:
Quas ego sustinui; quas hac a classe fugavi.
Tutius est fictis igitur contendere verbis,
Quam pugnare manu. Sed nec mihi dicere promtum, 10
Nec facere est isti: quantumque ego Marte feroci,
Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
Esse reor: vidistis enim. Sua narret Ulixes,

templicis ad hos surgit. Atque ut erat iræ impatiens, respexit littora Sigæia, et classem in littore oculis indignantibus; atque porrigens manus, Proh Jupiter! inquit; dicimus causam in conspectu navium, et Ulysses mecum componitur! At non puduit cedere ignibus Hectoreis, quos ego sustinui, quos depuli ab hac classe. Adeoque magis expedit certare fucatis verbis, quam dimicare dextra. Sed neque mihi facile est orationem habere, neque isti rem gerere: et quantum ego possum sævo bello atque certamine, tantum iste potest dictis. Neque tamen opinor, Græci, mea facinora vobis esse referenda; namque spectastis. Ulysses memoret sua, quæ

2 Heins. conj. *Surg. ab his dom.*—4 In vulg. legitur *Litt. prospexit;* at in omnibus scriptis, teste Ciofano, *respexit:* Leid. *respiciens.*—6 *Et* deest sex Codd. Dein Med. unus *mec. contendit U.*—7 Tert. Bonon. *Hect. dubitabat ced.*—8 Mor. *quas nostra class.* Leid. unus *hac ego;* Voss. *hac de.* Deinde pr. Gron. et duo alii *removi.*—9 Sec. Med. *est siccis igit.*—10 Unus Leid. *Quam bellare man.*—11 Sex libri *Quantumq. in morte:* Leid. unus *mente fer.*—12 Vulg. *Inque;* quinque vett. *Quamque: Quantum* Heins. recepit ex N. et ita etiam

NOTÆ

merito, Ulyssis facundia; at certe, ut videtur, non magis facundia ipsa, quam causa.

3 *Sigeia*] A Sigæo Trojæ promontorio.

5 *Agimus*] Commentatorem miror, qui omni artificio carere Ajacis orationem scripsit. Immo in eo est maximum, quod nullum appareat: nec artificio, quod ille videtur desiderare, quicquam fingi posset putidius. Exordium abruptum est, maxime ex personæ militaris, ejusdemque non sine causa indignantis decoro, atque idem causæ convenientissimum. Sed quorsum hic hæremus? me jam diu rei expectatio trahit.

6 *Rates*] A quibus Hectoris faces Ajax, (tunc temporis propter Briseida irato Achille,) solus repulit.

Et] Indignationem habet maximam hoc in loco hæc vocula.

9 *Fictis*] Ut solet veterator Ulysses, supple.

11 *Isti*] Per contemtum maximum.

14 *Sua narret*] Acumen est profecto hoc in loco elegantissimum.

Quæ sine teste gerit, quorum nox conscia sola est. 15
Præmia magna peti fateor : sed demit honorem
Æmulus. Ajaci non est tenuisse superbum,
Sit licet hoc ingens, quicquid speravit Ulixes.
Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus ;
Quo cum victus erit, mecum certasse feretur. 20
Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
Nobilitate potens essem, Telamone creatus :
Mœnia qui forti Trojana sub Hercule cepit :
Littoraque intravit Pagasæa Colcha carina.
Æacus huic pater est : qui jura silentibus illic 25
Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.
Æacon agnoscit summus, prolemque fatetur
Jupiter esse suam. Sic ab Jove tertius Ajax.

gessit sine arbitro, quorum nox sola est testis. Agnosco ingentem mercedem posci : sed competitor Ajacis tollit laudem. Quantumvis aliquid sit magnum, non est gloriosum consecutum esse, siquidem Ulysses illud speravit. Iste jam nunc mercedem reportavit hujus contentionis ; ex *qua cum superatus discesserit, dicetur mecum contendisse. Atque ego, si virtus mea esset incerta, valerem genere, ortus ex Telamone : qui potitus est muris Iliacis sub strenuo Hercule, atque adiit littora Colcha navi Pagasæa. Æacus est huic pater, qui jus dicit mortuis illic ubi saxum ingens solicitat Sisyphum Æoliden. Supremus Jupiter confitetur Æacum esse filium suum.*

Berolin.—19 In quibusdam *Ipse tul.*—20 *Quo* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, Bernegg. et Fragm. Boxhorn. Alii *Qui*, vel *Quod.*—21 Quatuor *Ast ego ;* Fragm. Boxhorn. *Atqui.*—24 Berolin. *Pegasæa.*—25 I. pr. Mor. et Bas. O. aliique multi *silent. umbris.*—26 Strozzæ et Barb. *Æolides s. g. Sisyphus u.*—27 Plurimi *agnoscit :* vulg. vero *agnovit.*—28 Alii *a Jov.*—29 Ex plerisque

NOTÆ

15 *Nox*] Ut aut nulla sint Ulyssis facta, aut qualia ignavus quisque approbet.

16 *Magna*] Quippe arma Achillis a Vulcano fabricata.

17 *Æmulus*] Ulysses, scilicet.

23 *Cepit*] Telamonem Ajacis patrem primum Trojæ muros superasse, quo tempore ab Hercule expugnata, supra vidimus.

24 *Pagasæa*] Thessalica ; a Pagasis Thessaliæ urbe.

Colcha] In Colchos enim cum Jasone profectum Telamonem notum ex superioribus.

25 *Huic*] Telamoni, scilicet.

Qui jura] Apud Inferos judicem constitutum fuisse Æacum sæpius monuimus.

26 *Sisyphon*] Latro fuit Sisyphus, a Theseo occisus, cui in Inferis id supplicii datum, ut ingens saxum ad excelsi montis verticem provolvat, quod simul ac cacumen attigit continuo deorsum revolvitur. Hujus autem hoc in loco Ajax meminit, pro Ulyssis opprobrio ; namque ejus matrem Anticleam compressisse Sisyphum priusquam ad Laërten duceretur, nonnulli scripserunt.

Nec tamen hæc series in causa prosit, Achivi;
Si mihi cum magno non est communis Achille. 30
Frater erat; fraterna peto. Quid sanguine cretus
Sisyphio, furtisque et fraude simillimus illi,
Inserit Æacidis alienæ nomina gentis?
An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,
Arma neganda mihi? potiorque videbitur ille, 35
Ultima qui cepit, detrectavitque furore
Militiam ficto: donec solertior isto,
Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit

Atque ita Ajax est tertius a Jove. Neque tamen hic ordo causam juvet, o Græci, nisi mihi sit communis cum illustri Achille. Erat patruelis: posco patruelia. Quamobrem ortus ex sanguine Sisyphio, atque illi simillimus dolis et furtis, immiscet Æacidis nomina peregrinæ nationis? An arma mihi submovenda quia prior accessi ad arma, atque nullo indice? Atque ille dignior videbitur, qui cepit novissima, atque abnuit bellum simulata insania, donec callidior illo, sed sibi inutilior, Naupliades prodi-

vett. Heins. dedit *causa;* vulg. *causam.*—30 Alii *non sit comm.*—31 Quatuor libri *furtoque:* O. *et furto et fraude,* quod præferebat Heins.—33 *Inserit* ex utroque Erfurt. Exc. Langerm. unus Voss. et Heinsii: vulgo *Inseris.* Post hunc vs. in Berolin. legitur *Quod non ille facit non veni ad bella coactus.*— 35 *Ille* dedit Heins. ex O. tert. Med. et multis aliis; vulg. *illis:* duo *iste.*— 36 Heidelb. *detractavitque.*—37 Idem *solert. illo.*—38 *Sed* cum uno Leid. Heins. legit; et sic Berolin. vulg. *Et: At* etiam non displicet Heins.—

NOTÆ

31 *Frater*] Patruelis, scilicet: fratres namque erant Telamon Ajacis, et Peleus Achillis pater.

33 *Inserit*] Ille vero in familiam aliquam cooptari videtur, qui ejus bona appetit.

34 *Indice*] Ulyssi tacite exprobrat, quod coactus ad bellum Trojanum venerit. Is enim, ut scripserunt Tragici, uxoris amore detentus, insaniæ simulatione littus, diversi generis junctis animalibus, proscindens, salemque frugum loco spargens, militiam subterfugere voluit. Quæ techna Palamedem virum prudentissimum nequaquam latuit: qui insuper dolosum virum in suis ipsius dolis, vomeri in sulcum objecto Telemacho, corripuit. Ille enim aratrum a filii corpore avertit; quo argumento facile viri simulatam esse insaniam deprehensum est.

38 *Sibi inutilior*] Solertia enim sua Ulyssem contra se irritavit Palamedes, qui illius deinde dolis hoc modo sublatus. Literas finxit Ulysses a Priamo ad Palamedem, quibus ob præstitam operam huic transmissum auri pondus commemorabat; illudque idem Ulysses per servos corruptos in Palamedis tentorio defodi curaverat. Perlatis ad Agamemnonem literis, Palamedes proditionis arguitur. Ibi tum reo adesse simulans Ulysses hosti fidem non habendam esse contendit, reipsa fraudem posse coargui siquidem aurum nullum apud Palamedem inveniretur, &c. Missi

Naupliades animi, vitataque traxit in arma?
Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla: 40
Nos inhonorati, et donis patruelibus orbi,
Obtulimus qui nos ad prima pericula, simus.
Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus, esset;
Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces
Hortator scelerum! non te, Pœantia proles, 45
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
Qui nunc (ut memorant) sylvestribus abditus antris
Saxa moves gemitu, Laërtiadæque precaris,
Quæ meruit: quæ (si Di sunt) non vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis juratus in arma, 50
(Heu!) pars una ducum, quo successore sagittæ

dit figmenta ingenii meticulosi, atque rapuit in arma vitata? Nunc consequatur præstantissima qui recusavit capere ulla: nos contemti simus, atque spoliati muneribus patruelibus, qui nos objecimus primis discriminibus. Atque utinam, aut hæc vesania vera fuisset, aut credita; neque hic suasor flagitiorum unquam accessit socius ad arces Trojanas! fili Pœantis, Lemnos non te haberet expositum per nostrum flagitium. Qui nunc, (ut referunt,) occultatus speluncis sylvestribus tangis silices questibus; atque optas Laërtiadæ quibus dignus est: quæ Dii, Dii faciant non frustra voveas. Et nunc ille, qui nobiscum juraverat in eadem arma, heu! pars una ducum,

39 Leid. R. et duo alii *juratque:* duo alii *invitaque.* *In* ex I. et sex aliis; vulg. *ad.*—40 Pro *nunc* Fl. S. Marci *num* per interrogationem. Multi *quia sum.*—42 Multi etiam hic *quia nos.*—43 Med. et Voss. *utin. ver.* omiss. *aut.* Deinde unus Heins. *furor illi,* quod non improbat Burm. si distinguas post *furor.*—44 Ball. et unus Heins. *ad oras.*—49 Nonnulli, *Di sint;* quidam, *Di dent:* Heins. emendabat, *quæ Di, Di dent, non vana pr.* aut, *quæ, Di dent, o non v. pr.* Pr. Pal. et Mor. et Bonon. et Pat. et I. dant *preceris* pro vulg. *precaris.* —50 O. et Leid. *At nunc.*—51 Naugerius corr. *Et pars.* Berolin. etiam *pars*

NOTÆ

itaque qui ejus tentorium perscrutarentur, a quibus aurum inventum: quamobrem Palamedes, utcumque immeritus lapidibus obrutus est.

39 *Naupliades*] Palamedes est Nauplii Euboeæ regis filius.

40 *Optima*] Ironia est cum indignatione maxima.

43 *Atque utinam*] Hactenus in contemtum, nunc in odium Ajax Ulyssem adducere nititur.

45 *Pœantia*] Philocteten dicit, Pœantis filium, cui Hercules in Œta arsurus Lernææ hydræ felle tinctas sagittas, sine quibus Troja capi non posset, dederat. Ille autem unius sagittæ casu vulnere pæne immedicabili pede saucius, cum propter fœtorem a Græcis ferri, aut propter dolorem navigare non posset, in Lemno insula, Ulyssis præsertim suasu, est relictus.

46 *Lemnos*] Quæ insula est e regione Thraciæ.

47 *Qui nunc*] Philoctetæ miserias, ut majorem Ulyssi conciliet invidiam, oratorie amplificat.

Herculis utuntur, fractus morboque fameque,
Velaturque aliturque avibus; volucresque petendo
Debita Trojanis exercet spicula fatis.
Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulixen. 55
Mallet et infelix Palamedes esse relictus.
Viveret; aut certe letum sine crimine haberet.
Quem male convicti nimium memor iste furoris
Prodere rem Danaam finxit: fictumque probavit
Crimen, et ostendit, quod jam præfoderat, aurum. 60
Ergo aut exilio vires subduxit Achivis,
Aut nece. Sic pugnat, sic est metuendus, Ulixes.
Qui, licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,
Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen

quo successore sagittæ Herculis utuntur, confectus morbo et fame, et tegitur et sustentatur avibus, atque utitur sagittis debitis excidio Trojano alitibus prædandis. Ille tamen vita fruitur quia non comitatus est Ulyssem. Miser Palamedes mallet etiam esse destitutus. Viveret; aut certe mortem oppetiisset sine crimine. Quem iste nimium memor vesaniæ infeliciter proditæ, commentus est prodere rem Græcam; atque confirmavit inventum crimen; et monstravit aurum quod ante humo texerat. Adeoque detraxit vires Græcis aut exilio aut morte. Ulysses sic certat, sic est reformidandus. Qui quamvis superet etiam fidelem Nestorem verbis, non tamen

magna, quod Bothius rectius putat.—53 In quibusdam *venaturque*.—54 Leid. duo, et Gron. et tres alii *Dedita Troj.* pr. Gron. *Irrita*.—55 *Comitavit* Heins. dedit ex Fl. S. Marci, et uno Gron. vulg. *comitatur*; multi etiam *comitatus*. —56 Fl. S. Marci *Mallet* pro vulg. *Vellet*.—58 Idem *Quam mal.* Dein Schepper. conj. *conficti*, quod probabile Burm. judicat, vel *contecti*: pr. Gron. et tres alii habent *convictum*. Mox Berolin. *ille fur*.—59 Duo *res Danaum*; multi etiam alii *Danaum*.—60 Burm. pro *jam* malit *clam*; et inde Bothius legit *quo clam*.—61 Bas. et tert. Med. *vir. subducit*; et Leid. duo, et N. et Arg. pro var. lect. *Achivas*.—63 Bas. *fid. sibi N.* quod Burm. efficacius putat: et dein Berolin. *vincet*.—64 Heidelb. *Non tam. Ut* septem libri non habent.

NOTÆ

53 *Velatur*] Pennarum contextu corpori tegumenta fecisse Philocteten, ex Attio poëta, quem et citat Cicero, confirmatur.

54 *Debita*] Quia sine illis capi Troja non poterat.

57 *Sine crimine*] Cum proditionis insimulatus, tanquam manifestus lapidibus obrutus fuerit.

58 *Furoris*] Diximus supra, insaniam simulasse Ulyssem, ne ad bellum cogeretur; a Palamede postea deprensum.

61 *Exilio*] Quod Philoctetæ exemplo comprobatum.

62 *Nece*] Quod per extinctum Palamedem liquet.

64 *Desertum*] Frustra insuper Ulyssem ad auxilium Nestori ferendum Diomede inclamante; cum, ceteris quoque Græcis Jovis fulminibus exterritis et fugatis, Nestor, vul-

Esse rear nullum. Qui, cum imploraret Ulixen 65
Vulnere tardus equi, fessusque senilibus annis,
Proditus a socio est. Non hæc mihi crimina fingi
Scit bene Tydides: qui nomine sæpe vocatum
Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.
Aspiciunt oculis Superi mortalia justis. 70
En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
Sic linquendus erat. Legem sibi dixerat ipse.
Conclamat socios. Adsum; videoque trementem,
Pallentemque metu, ac trepidantem morte futura.
Opposui molem clypei; texique jacentem; 75
Servavique animam (minimum est hoc laudis) inertem.
Si perstas certare, locum redeamus in illum:
Redde hostem, vulnusque tuum, solitumque timorem:
Post clypeumque late: et mecum contende sub illo.
At postquam eripui; cui standi vulnera vires 80

præstiterit, ut credam nullum esse flagitium destituisse Nestorem. Qui lentus vulnere equi, et confectus ætate provecta, cum opem peteret ab Ulysse, destitutus est a comite. Tydides novit certo hæc probra a me non excogitari; qui prehendit sæpe citatum nomine suo, *atque coarguit fugam timidi amici. Dii vident terrestria oculis justis. Ecce qui non opem tulit opus habet auxilio: atque ut destituit ita erat destituendus. Ipse sibi posuerat legem. Vocat comites. Accedo, et invenio pavidum, et exsanguem timore, atque trementem instanti morte. Objeci vastum clypeum, et defendi prostratum: atque servavi animam (hic minimum est gloriæ) socordem. Si pergis contendere, revertamur in illum locum: pone denuo hostem, atque plagam tuam, et metum consuetum: atque latita pone scutum* meum, *et certa mecum sub illo. At postquam retraxi; cui vulnera non concesserant facul-*

—68 Strozzæ, et Med. *sæp. vocatus;* unus Bas. et Mor. *notatum.*—72 Fr. *Eget, auxilium qui non tulit:* duo alii *Et neget auxilium.* Menard. *sib. fecerat ips.* Arund. et septem alii *duxerat.* Dein Bernegg. pr. Erfurt. et decem alii *istam;* duo *ipsam;* Heins. conj. *ipsi,* scil. sibi ipsi.—75 Tres, *texique latentem,* quod non improbat Burm. quia mox repetit, 'post clypeumque late.'—76 *Hic* pro *hoc* plerique vett. Heins. olim legebat *minimæ est hoc laudis.*—77 *In* ex melioribus; vulg. *ad.*—78 Heins. dedit *hostem* pro vulg. *hostes.* Schep-

NOTÆ

nerato altero jugali, fuga sibi consulere non posset. Quod Il. VIII. narrat Homerus, ex quo desumta hæc prope omnia.

68 *Tydides*] Diomedes est, Tydei filius.

77 *Certare*] Ut Achillis armis, meo damno, potiaris, supple.

78 *Vulnus*] Quod a Soco Ulysses acceperat, prinsquam illum interfecisset, ut refert Homerus.

79 *Clypeum*] Quo Ajax vulneratum Ulyssem protexit.

Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
Hector adest, secumque Deos in prælia ducit:
Quaque ruit, non tu tantum terreris, Ulixe,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timoris.
Hunc ego sanguineæ successu cædis ovantem 85
Cominus ingenti resupinum pondere fudi.
Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus
Sustinui; sortemque meam vovistis, Achivi:
Et vestræ valuere preces. Si quæritis hujus
Fortunam pugnæ; non sum superatus ab illo. 90
Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque
In Danaas classes: ubi nunc facundus Ulixes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditus. Date tot pro navibus arma.
Quod si vera licet mihi dicere; quæritur istis, 95

tatem consistendi, prorupit nullo impeditus vulnere. Hector adest, atque rapit secum Deos in certamina: et qua fertur non tu modo trepidas, Ulysse, sed etiam strenui; tantum ille vehit pavoris. Ego prostrari cum resupinum cominus saxo, cum triumpharet successu stragis cruentæ. Ego solus steti adversus eum petentem cum quo certaret; et optastis mihi sortem, o Græci: et vota vestra steterunt. Si petitis eventum hujus certaminis, non sum victus ab illo. Ecce Trojani ferunt ferrum, et ignem, et Jovem in naves Græcas. Ubi nunc disertus Ulysses? Nempe ego defendi meo pectore mille naves, spem vestri recursus. Concedite arma pro tot navibus. Quod si mihi licet profiteri vera, magis

perus etiam conj. *vultumq. tuum.*—79 Berolin. non habet τὸ *que.*—82 O. *præl. portat.*—84 Novem libri, et Politianus ex vet. Cod. *ill. furoris.*—86 *Cominus* ex O. reposuit Heins. pro vulg. *Eminus.* Deinde pro *pondere* Codd. permulti *vulnere;* Jun. *pulvere;* Bas. *pectore:* et Bonon. *strari.*—87 Cant. et Leid. *concurr. unum.*—88 Permulti *me. novistis;* Med. tert. *movistis;* tert. Bonon. *volvistis:* Heins. olim conj. *fovistis;* ut Trist. I. 4. 41.—91 Alii *ignesque.*—92 *Nunc* pro vulg. *tunc* recepit Heins. ex melioribus.—93 Berolin. *prot. corpore pupp.*—94 O. et quinque alii *Sp. nostri red.* Alii *dat. pro tot.*—

NOTÆ

82 *Deos*] Non semel a Jove sustentatos fuisse Trojanos scripsit Homerus, qui idem, Iliados xv. ab illo missum dicit Apollinem, qui fractos adversus Danaos restitueret.

86 *Pondere*] Saxo nimirum, quo Hectoris pectus ita percussit, ut cum ingenti armorum strepitu illum terræ afflixerit.

88 *Sortemque*] Græcos omnes ad certamen singulare Hector provocaverat: quamobrem Nestoris consilio novem eorum fortissimi sortiti sunt, inter cum illo congrederetur, voventibus interea Achivis omnibus, ut Ajacis Telamonii, aut Ajacis Oilei, aut Agamemnoni sors exiret. Quæ omnia ex Homero transumta.

91 *Jovem*] Jovis auxilium Hectori faventis.

95 *Quod si vera*] Ajax est fortissimus in furore, qui hæc dicit: nam

Quam mihi, major honos: conjunctaque gloria nostra est:
Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rhesum, imbellemque Dolona,
Priamidenque Helenum rapta cum Pallade captum.
Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto: 100
Si semel ista datis meritis tam vilibus arma;
Dividite: et major pars sit Diomedis in illis.
Quo tamen hæc Ithaco? qui clam, qui semper inermis
Rem gerit: et furtis incautum decipit hostem?
Ipse nitor galeæ, claro radiantis ab auro, 105
Insidias prodet, manifestabitque latentem.
Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
Pondera tanta feret: nec non onerosa gravisque
Pelias esse potest imbellibus hasta lacertis:

decus istis quam mihi quæritur, et honor noster conjunctus est: atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur. Ithacus componat cum istis Rhesum, et Dolonem inermem, atque Helenum Priamiden raptum cum Minerva. Nihil est factum de die, nihil absente Diomede. Si aliquando conceditis ista arma factis tam levibus, dividite; et pars major eorum sit Diomedis. Qua gratia tamen hæc Ithaco? qui furtim, qui semper inermis rem gerit, atque clanculum fallit hostem improvidum? Ipse splendor cassidis lucentis ex micante auro manifestos faciet dolos, et reteget occultum. Sed neque caput Dulichium sub galea Achillis feret tantum onus: neque hasta Pelias potest non esse gravis atque molesta brachiis imbellibus: neque scu-

97 Arund. *non arm. Ajace pet.*—99 Alii *Priamidemq.* et nonnulli *Helenon.* Pro *irapta* multi vett. *casta*, vel *capta.* V. etiam *rapta cum P. raptum.*—100 Berolin. *nihil actum est, nih.* et Heidelb. *gestum est.*—101 Plurimi scripti *Si tamen;* in Heidelb. *semel*, sed *tamen* superscr.—102 Unus Heins. *et pars sit melior.*—104 Berolin. *inc. decidit host.*—105 Pro *claro* pr. Mor. *fulvo.* Dein unus Leid. *in auro;* Genevens. *et.* Burm. conj. *ferro rad. et auro;* Tan. Faber *cono radiantis ab aureo.*—106 Berolin. *Insid. perdet.* O. et duo alii *manifestabitq. paventem.*—108 Heidelb. *Pond. tuta:* et Med. *ferat*, quod placet Burm. Dein O. Bas.

NOTÆ

minus verecunda videntur.

98 *Ithacus*] Ulysses, quem non sine contemtu, a parva insulâ in qua ille imperabat, eo nomine appellat.

Rhesum] Regem Thraciæ; qui ea nocte qua Trojanis in auxilium venerat a Diomede et Ulysse fuit interemtus, ut diximus etiam ad epistolam Penelopes.

Dolona] Qui ab Hectore speculatum missus, a Diomede et Ulysse interceptus atque interfectus est.

99 *Helenum*] Qui Priami filius a Diomede et Ulysse captus, arcana Trojanorum fata Græcis revelavit.

Pallade] Palladium dicit, seu Minervæ simulacrum, cœlo delapsum quo maxime Trojæ fata continebantur: ut Sapientia, quam Palladis nomine intellexerunt, et a Deo solo est, conservari imperia cognoscas.

107 *Dulichius*] Ulysses est, qui Dulichii, Ionii maris insulæ Ithacæ vicinæ, regnum tenuit.

Nec clypeus, vasti cœlatus imagine mundi, 110
Conveniet timidæ, natæque ad furta sinistræ.
Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
Quod tibi si populi donaverit error Achivi,
Cur spolieris, erit; non, cur metuaris ab hoste.
Et fuga (qua sola cunctos, timidissime, vincis) 115
Tarda futura tibi est, gestamina tanta trahenti.
Adde, quod iste tuus, tam raro prælia passus,
Integer est clypeus: nostro, qui tela ferendo
Mille patet plagis, novus est successor habendus.
Denique, quid verbis opus est? spectemur agendo: 120
Arma viri fortis medios mittantur in hostes;
Inde jubete peti: et referentem ornate relatis.
Finierat Telamone satus; vulgique secutum

tum gerens sculptam imaginem immensi orbis aptum erit læva sinistræ et institutæ ad furta. Quamobrem poscis, proterve, donum tibi obfuturum? quod si populi Græci nescii tibi indulserint, erit cur exuaris, non cur timearis ab hoste: atque fuga, qua sola antecellis omnibus, ignavissime, lenta tibi futura est trahenti tanta gestamina. Adde quod iste tuus clypeus, tam raro certaminibus objectus, est integer intactus. Novus successor est quærendus nostro, qui ferendo tela apertus est mille vulneribus. Denique quid opus est verbis? Aspiciamur agendo: arma viri strenui jaciantur in medios hostes; jubete inde peti; atque decorate reportantem reportatis. Filius Telamonis absolverat; et fremitus populi secutus erat postrema; donec

---

et alius *non generosa gr.*—109 In Berolin. *esse* et *hasta* alterna vice.—110 Fl. et Med. *vast. concretus imag.* cum glossa 'id est, pictus,' atque ita unus quoque Med. Burm. malit *Conveniat.*—113 Berolin. *Quid tib.*—117 Quidam, *vulnera passus.* Sæpe *vulnera pati.* Sed Burm. præfert *prælia;* quia si raro *vulnera* esset passus clypeus, aliqua tamen haberet, nec esset integer.—118 In Berolin. *est* omiss.—122 *Et* deest Cant. et Jun. Deinde Gron. et Mor. *armate.*—

NOTÆ

109 *Pelias*] Achillis hasta, quam ex Pelio monte recisam Chiron Peleo illius patri dederat.

110 *Vasti*] Vastum mundum vidit, et id unum, miles Ajax in clypeo: singula excutiet prudens Ulysses.

Cœlatus] Hujus clypei fabricam et cœlaturam habes Iliad. XVIII. de quo etiam Silius lib. VII.

111 *Sinistræ*] Acute Naso, ex militis persona; quanquam inepti hujusce-modi homines, qui id omne vituperant, quod consilio, non vi aperta geritur.

113 *Error*] Sibi ominosum istud protulit Ajax, judicibusque invidiosum. Cavesis autem ea causa Poëtam damnaveris: summa arte violentum Ajacem ita finxit animatum.

116 *Trahenti*] Multo ingenio hæc et proxime sequentia Ajaci attribuit Poëta; quæ tamen ad obtinendam causam nequaquam, nisi forte a militibus, spectant.

121 *Viri*] Achillis, scilicet.

123 *Vulgi*] Quod stolidum prima rerum specie ducitur.

Ultima murmur erat: donec Laërtius heros
Astitit: atque oculos paulum tellure moratos 125
Sustulit ad proceres; expectatoque resolvit
Ora sono: neque abest facundis gratia dictis.
Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille. 130
Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt
Fata, (manuque simul veluti lacrymantia tersit
Lumina,) quis magno melius succedat Achilli,
Quam per quem magnus Danais successit Achilles?
Huic modo ne prosit, quod, ut est, hebes esse videtur: 135
Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,
Profuit ingenium: meaque hæc facundia, si qua est,

heros Laërtius constitit: atque sustulit ad primarios oculos paulum terræ affixos; atque aperuit os voce expectata; neque desideratur lepos disertæ orationi. Si mea desideria valuissent cum vestris, o Græci, successor tantæ contentionis non esset dubius; tuque gauderes tuis armis, nos te frueremur, Achille. Quem quoniam sors iniqua mihi atque vobis non indulserunt, (atque simul abstersit oculos quasi lacrymantes,) quis æquius succedat forti Achilli, quam per quem magnus Achilles successit Græcis? Modo ne huic prosit, quod, ut est, videtur esse stupidus: neu mihi obsit solertia, quæ vobis semper utilis fuit, Græci; atque hæc mea eloquentia, si qua est,

123 Fr. *vulgusque.*—130 Vulg. *potiremur:* at multi vett. *poteremur*, quod Heins. reposuit.—132 Tres vett. *lacrym. tergit.*—133 Berolin. *quis mel. magn. succedit*, et Heidelb. *succedet.* Complures etiam alii *succedit*, et *succedet.*—134 Berolin. sic verba constituit: *quem Dan. magn. succ.* Pro *successit* Tanaq. Faber vult corrigere *accessit.*—135 In Berolin. *uti* pro *ut.* Pro

NOTÆ

124 *Laërtius*] Ulysses, scilicet, Laërtæ filius.

125 *Moratos*] Ut, scilicet, artificiosissimæ orationi qualem prudentissimi Ulyssis esse decuit, actio sua responderet. Mora enim illa dicturi cura indicatur, quæ maxime auditoris quem ille revereri videtur, benevolentiam conciliat.

126 *Expectato*] Atque adeo expetito, quemque avide curiosus auditor excipiat.

132 *Veluti*] Ut neque Oratorem irasci, ita nec flere decet, simulare non dedecet.

134 *Per quem*] Ulyssem, scilicet, qui inter Lycomedis Scyri insulæ regis filias latitantem Achillem deprehendit, ut infra videbimus.

135 *Ne prosit*] Atqui non alia magis causa a stultis plurimis diserti et sapientes viri damnantur, quam quod sese tales per illos non tales cognoscunt. Vir prudens fatuo est lumen, per quod videri metuit, quod ipse nunquam damnare non possit.

137 *Si qua est*] Optime vero versutus homo eloquentiam suam extenuat, ne in se invidiam odiumque auditorum transferat: ita namque perverse

Quæ nunc pro domino, pro vobis sæpe locuta est,
Invidia careat: bona nec sua quisque recuset.
Nam genus, et proavos, et quæ non fecimus ipsi, 140
Vix ea nostra voco. Sed enim, quia retulit Ajax
Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
Jupiter est: totidemque gradus distamus ab illo.
Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi,
Jupiter huic: neque in his quisquam damnatus et exul. 145
Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas: Deus est in utroque parente.
Sed neque materno quod sum generosior ortu,
Nec mihi quod pater est fraterni sanguinis insons,
Proposita arma peto: meritis expendite causam. 150
Dummodo quod fratres Telamon Peleusque fuerunt,
Ajacis meritum non sit: nec sanguinis ordo,
Sed virtutis honos spoliis quæratur in istis.
Aut si proximitas primusque requiritur hæres;
Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi. 155

quæ nunc dicit pro domino, sæpe dixit pro vobis, invidia careat: neque ullus abjiciat sua bona. Nam vix dico nostra stirpem et majores, et quæ ipsi non gessimus. Verum enimvero, quia Ajax memoravit se esse pronepotem Jovis, Jupiter est etiam auctor nostræ stirpis: et distamus ab illo totidem gradus. Nam patrem habeo Laërten, ille Arcesium, hic Jovem: neque inter illos quisquam damnatus et profugus. Cyllenius est etiam alia nobilitas nobis adjecta per matrem. Deus est in utroque parente. Verum neque posco arma de quibus agitur, quia sum nobilior origine materna, neque quia habeo patrem insontem fraterni sanguinis: dirimite litem meritis. Modo ne sit meritum Ajacis, quod Telamon et Peleus fuerunt fratres: neque series consanguinitatis, sed decus virtutis quæratur in istis exuviis. Vel si propinquitas et proximus hæres requiritur, ille habet patrem Peleum, habet filium

---

videtur etiam unus Bas. *fatetur*, quod et placet Bothio.—137 Pr. Gron. *hæc solertia*.—144 Legitur etiam in multis Edd. et scriptis *Acrisius*.—153 In melioribus *honos*, teste Heins. vulg. *honor*.—156 Berolin. *Plithiam*

NOTÆ

animati sunt plerique homines, ut superbia sua et sui pravo amore quodcumque in se non vident bonum in aliis odio perdere festinent.]

145 *Damnatus*] Tacite Ajaci, Pelei patrui, ut et Telamonis ejusdem patris, crimen objectat: Phocum namque fratrem ab utroque interfectum nonnulli scripserunt.

146 *Cyllenius*] Mercurius, a Cyllene Arcadiæ monte, ubi natus dicitur. Anticlea autem Ulyssis mater Autolyci fuit filia, Autolycus Mercurii ex Chione Dædalionis.

152 *Ajacis*] Qui sanguinis jure patruelis armis potius quam Ulysses potiri debuerat.

155 *Illi*] Achilli, scilicet.

Quis locus Ajaci? Phthiam Scyronve ferantur.
Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.
Num petit ille tamen? num sperat, ut auferat arma?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur;
Plura quidem feci, quam quæ comprendere dictis 160
In promtu mihi sit: rerum tamen ordine ducar.
Præscia venturi genitrix Nereia leti
Dissimulat cultu natum. Deceperat omnes,
In quibus Ajacem, sumtæ fallacia vestis.
Arma ego fœmineis, animum motura virilem, 165
Mercibus inserui. Neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus, cum parmam hastamque tenenti,
Nate Dea, dixi, tibi se peritura reservant
Pergama. Quid dubitas ingentem evertere Trojam?

Pyrrhum. Quis locus Ajaci? ferantur Phthian, vel Scyron. Neque Teucer est minus patruelis Achilli quam iste. An tamen ille poscit, an sperat consequi arma? Adeoque, siquidem agitur tantum de factis, equidem plura peregi, quam quæ mihi sit facile oratione assequi. Attamen dirigar serie rerum. Mater Nereia prudens futuri obitus, occulit filium ornatu. Fraus amictus capti fefellerat omnes, in quibus Ajacem. Ego immiscui mercibus muliebribus arma tactura cor virile. Neque adhuc heros deposuerat ornatus puellæ; cum dixi tractanti scutum et lanceum, Fili Deæ, Ilium ruiturum se tibi reservat. Quamobrem differs delere magnam Tro-

---

hæc Scyronve.—157 *Est isti* pr. Erfurt. et quinque alii. Bernegg. pr. Mor. et plurimi alii, *est illi: est illic* Fl. S. Marci. *istic est* pr. R. pr. Cant. pr. V. et alter Hamburg. *isti est* Noricus: *est istic* N. et Thuan. in uno Med. *in isto est.* Heins. conj. *en ipsi*, vel, *extincto Achilli.*—158 Vulg. *Non p. i. t. n. si, petat.* In uno Ma. *Nec tamen ille petit, num si petat.* In uno V. Cælest. et duobus Ciofani *Nec p. i. t. nec s. p.* In altero Ciofani *auferet.* Fl. S. Marci etiam *Num petit.* Exc. Calandr. quart. Med. et Jun. *num sperat ut:* ex hisce vestigiis Heins. locum refinxit.—163 Vulg. *et deceperat.*—166 Duo *dejecerat*, quod non displicet Burm. Heins. malebat *rejecerat*, im-

NOTÆ

156 *Phthiam*] Quæ urbs fuit Thessaliæ, ubi Peleus Achillis pater commorabatur.

Scyron] Pyrrho Achillis filio servanda arma dicit, qui in Scyro insula, ubi Deidamia mater Lycomedis filia tunc temporis imperium habebat.

157 *Teucer*] Qui Ajacis frater.

159 *Operum*] Quibus Græcorum exercitum quisque demeruerit.

162 *Nereia*] Thetis, Nerei filia, Achillis mater, quæ cum filium bello Trojano periturum cognovisset, muliebri habitu illum inter Lycomedis regis filias occultandum tradidit.

167 *Tenenti*] Arma enim, neglectis muliebribus omnibus, quæ puellæ ceteræ sibi delegerant, Achilles corripuit: qua ex re illum esse compertum est.

Injecique manum, fortemque ad fortia misi. 170
Ergo opera illius mea sunt. Ego Telephon hasta
Pugnantem domui: victum orantemque refeci.
Quod Thebæ cecidere, meum est: me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysenque, et Cyllan, Apollinis urbes,
Et Syron cepisse: mea concussa putate 175
Procubuisse solo Lyrnesia mœnia dextra.
Utque alias taceam; qui sævum perdere posset
Hectora, nempe dedi: per me jacet inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus est inventus Achilles,
Arma peto: vivo dederam, post fata reposco. 180
Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
Aulidaque Euboicam complerunt mille carinæ;

jam? Atque immisi manum, et duxi strenuum ad ardua. Adeoque illius facta mea sunt. Ego vici Telephum certantem, hasta: sanavi domitum atque supplicem. Meum est, quod Thebæ sunt dirutæ. In animum inducite me expugnasse Lesbon, et Tenedon, et Chrysen, et Cyllan, urbes Apollinis, et Syron. Existimate muros Lyrnesios funditus deletos fuisse mea manu. Atque ut prætermittam alias; scilicet obtuli qui posset vincere ferocem Hectorem: fama celebratus Hector per me occubuit. Posco hæc arma illis armis quibus Achilles est inventus. Dederam vivo, repeto post mortem. Postquam dolor unius pervenit ad omnes Græcos; atque mille

probante Burm.—169 Quidam *vertere Troj.*—175 Alii scribunt *Scyron*, vel *Syrum.*—177 *Alias* e Fl. et uno Med. dedit Heins. ut ad civitates expugnatas referatur: ceteri *alios.* Deinde pro *posset* Thuan. opt. *posses;* quod placet Heinsio.—182 Tert. Med. *Aul. Eubœam.*—183 Pr. Bas. *Expectanda.*—

NOTÆ

171 *Telephon*] Herculis filium, de quo supra; quem a Trojanorum partibus stantem Achilles vulneravit, deinde tamen sanavit. Apposite autem sibi ea tribuit Ulysses, quæ ab Achille facta; nec immerito, siquidem illum ad bellum perduxerit.

173 *Thebæ*] Ciliciæ, scilicet, de quibus libro superiori, quas Achilles diripuit.

Lesbon] Quæ insula, Troadi propemodum opposita, ab Achille direpta.

174 *Tenedon*] Trojæ proximam insulam.

Chrysen et Cyllan] Quæ Troadis urbes.

175 *Syron*] Insula est Ægæi equidem eo nomine; verum inter Cycladas recensetur, quas expugnasse Græcos nullibi legitur. Quare nisi in voce mendum irrepsit, haud absurdum videtur credere Syron unam esse ex urbibus undecim, quas ante expugnationem Trojæ Achilles cepisse dicitur.

176 *Lyrnesia*] Lyrnessi, Troadis urbis, ex qua Hippodamia seu Briseis abducta.

179 *Quibus*] Redi ad versum 165.

181 *Unius*] Menelai, scilicet; cui a Paride ademta conjux Helena.

182 *Aulida*] Fuit Aulis urbs Bœotiæ juxta Chalcidem, portum ha-

Expectata diu, nulla, aut contraria classi,
Flamina sunt: duræque jubent Agamemnona sortes
Immeritam sævæ natam mactare Dianæ. 185
Denegat hoc genitor, Divisque irascitur ipsis:
Atque in rege tamen pater est. Ego mite parentis
Ingenium verbis ad publica commoda verti.
Nunc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides;
Difficilem tenui sub iniquo judice causam. 190
Hunc tamen utilitas populi, fratrisque, datique
Summa movet sceptri, laudem ut cum sanguine penset.
Mittor et ad matrem: quæ non hortanda, sed astu
Decipienda fuit. Quo si Telamonius isset,
Orba suis essent etiamnum lintea ventis. 195
Mittor et Iliacas audax orator ad arces:
Visaque et intrata est altæ mihi curia Trojæ.
Plenaque adhuc erat illa viris. Interritus egi,

naves impleverunt Aulidem Euboicam, venti diu expectati, aut nulli sunt, aut adversi navibus: et crudelia oracula volunt Agamemnonem immolare infensæ Dianæ filiam immeritam. Pater istud recusat; atque adversus Deos ipsos insurgit: et tamen parens est in rege. Ego oratione compuli lenem animum patris ad communia commoda. Nunc equidem agnosco, atque Atrides parcat confitenti; obtinui causam difficilem sub judice adverso. Attamen commoda populi, et frater, et auctoritas collati sceptri illum tangit, ut expendat gloriam sanguine. Mittor etiam ad genitricem; quæ non fuit inducenda, sed fallenda. Quo si Telamonius ivisset, carbasa etiamnum forent destituta ventis secundis. Mittor etiam orator intrepidus ad arces Trojanas: et aula superbæ Trojæ a me est spectata et penetrata. Atque erat adhuc

184 *Sunt* ex nonnullis vett. reposuit Heins. pro vulg. *erant*. Mox quatuor libri *diræque*.—189 Pro *Nunc* pr. Pal. Cant. pr. V. et Bas. et plures alii *Hanc:* tres *Hoc*. Heins. putat, *Nunc (equidem fateor*, etc.) *Difficilem t.*—191 Vulg. *fraterque:* quod et revocavit Mitscherl.—192 Multi, *Cura movet sceptri*, quæ varietas etiam Fast. v. 72. Burm. addit, ita *curam* pro imperio millies poni.—193 Quatuor *oranda* pro *hortanda*.—195 Multi habent *etiamnunc*, ut alibi. Fragm. Cæsen. Gron. unus et Med. *carbasa vent*.—196 Undecim libri *aud. hortator:* et tres *in arces*.—198 Pr. Gron. *Non territus egi*.—

NOTÆ

bens amplissimum, quo ex tota Græcia naves ad bellum Trojanum convenerunt.

187 *Pater*] Qui filiæ, plus quam dignitati, consulat.

190 *Iniquo*] Agamemnone patre, quem filiæ amor tenebat.

191 *Dati*] Rex enim regum dictus Agamemnon, qui omnibus de voluntate eorum imperabat.

195 *Orba*] Quia nunquam a Clytæmnestræ amplexibus Iphigeniam hebes Ajax avellisset: neque adeo ea Dianæ aris admota; neque Dea placata fuisset.

Quam mihi mandarat communis Græcia, causam:
Accusoque Parin, prædamque, Helenamque reposco: 200
Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
At Paris, et fratres, et qui rapuere sub illo,
Vix tenuere manus (scis hoc, Menelaë) nefandas:
Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora est, quæ consilioque manuque 205
Utiliter feci spatiosi tempore belli.
Post acies primas, urbis se mœnibus hostes
Continuere diu; nec aperti copia Martis
Ulla fuit: decimo demum pugnavimus anno.
Quid facis interea, qui nil nisi prælia nosti? 210
Quis tuus usus erat? Nam si mea facta requiris,
Hostibus insidior: fossas munimine cingo:
Consolor socios, ut longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo simus alendi
Armandive modo: mittor quo postulat usus. 215

referta illis viris. Impavidus dixi causam, quam tota Græcia mihi commiserat: et accuso Paridem, et repeto Helenam raptam; et capio Priamum, et Antenorem una cum Priamo. At Paris et fratres, et qui prædati sunt sub illo, ægre compescuerunt manus scelestas; (tibi istud compertum est, Menelaë;) atque ille fuit primus dies nostri discriminis tecum. Longum est tempus memorare quæ in rem exegi consilio et facto per spatium longi belli. Post primam pugnam hostes se continuerunt diu intra urbis muros: neque locus ullus datus est aperto certamini. Certavimus denique anno decimo. Quid agis interea, qui nihil scis præter certamina? Quæ tua utilitas? Nam si interrogas de meis factis, insidias struo hostibus, munio fossas, sum solatio sociis, ut patiantur æquo animo tædia longi belli: ostendo quomodo simus sustentandi atque armis instruendi: mittor quo usus requirit. Ecce Rex falsus

201 Cant. O. et multi alii *Et monco P.*—203 Berolin. *Vix rapuere m. sis hoc.* Nonnulli etiam *hæc:* Cant. tert. Med. et duo alii *o*, quod et Heins. probat. —206 Heidelb. *fec. spatioso temp.*—211 Jun. et Leid. *fact. requiris.*—215 *Ar-*

NOTÆ

200 *Prædam*] Anne prædam Helenam ipsam, quam prædo Paris avexit; anne prædam, quæ cum Helena abducta?

201 *Antenora*] Qui quidem, cum ex Trojanorum principibus esset, referente quoque Horatio, 'censet belli præcidere causam.'

203 *Nefandas*] Siquidem, jure gentium, legatos inviolatos esse decet.

212 *Fossas*] Ad illam respicere videtur, quæ a Græcis ante navium stationem ducta et muro cincta fuit, quam postea Neptunus immissis Phrygiæ fluminibus delevit.

215 *Mittor*] Verbi gratia ad Chrysen Apollinis Sacerdotem, cui filiam restituit.

Ecce Jovis monitu, deceptus imagine somni,
Rex jubet incepti curam dimittere belli.
Ille potest auctore suam defendere causam.
Non sinat hoc Ajax, delendaque Pergama poscat:
Quodque potest, pugnet. Cur non remoratur ituros? 220
Cur non arma capit? dat, quod vaga turba sequatur?
Non erat hoc nimium nunquam nisi magna loquenti.
Quid, quod et ipse fugis? vidi, puduitque videre,
Cum tu terga dares, inhonestaque vela parares.
Nec mora, Quid facitis? quæ vos dementia, dixi, 225
Concitat, o socii, captam dimittere Trojam?
Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?
Talibus atque aliis, in quæ dolor ipse disertum
Fecerat, aversos profuga de classe reduxi.
Convocat Atrides socios terrore paventes: 230

specie somni, Jovis instinctu, hortatur omittere curam belli incepti. Ille potest tueri suam causam auctore. Ajax ne istud patiatur, atque instet Trojam esse evertendam; et quod potest, certet: Quamobrem non retinet discessuros? Cur non sumit arma? incipit quod incertum vulgus imitetur? Hoc non erat difficile nunquam nisi magna dicenti. Quid, quod et ipse fugis? Spectari, atque puduit spectare, cum tu pedem retro ferres, atque adornares indecora lintea. Nec mora, Quid agitis? dixi, quæ vesania vos cogit, o comites, relinquere Trojam captam? aut quid reportatis in patriam anno decimo, nisi opprobrium? Talibus atque aliis, in quæ ipse dolor fecerat facundum, reduxi nolentes de classe fugiente. Atrides arcessit

mandive est ex Med.; vulg. *Armandique.*—216 Pro *monitu* Med. sec. et unus Heins. *monitus*; Arund. *monito*; alius Med. *Monitor*; unus Gron. *monitis*; fragm. Boxhorn. *nitu*, truncato vocabulo. Unde Heins. vult rescribere *Ecce J. monitos d. i. somnos R. jubet.*—218 *Causam* ex Bernegg. pr. Mor. aliisque compluribus, dedit Heins. pro vulg. *vocem*: nonnulli *culpam.*—220 Tert. Med. *remoretur*; duo scripti *solatur.*—221 Heins. pro vulg. *det* reposuit *dat* ex tribus scriptis; quia præcedentia requirunt.—222 Heidelb. *Non hoc est nim. cuiquam nisi.*—223 Heins. præfert *fugis* cum uno Pal. Zulich. et tribus aliis; vulg. *fugit.*—224 In quibusdam *bella pararcs*—228 Arund. *dol. ire disert.*—229 *Aversos* cum melioribus pro vulg. *adversos* reponendum monet Heins. Mox Laugerm. et Arg. *retraxi.* Sed Burm. *reduxi* retinet, quia profugi facundia Ulyssis moti et in pudorem dati facile et quasi sponte redie-

NOTÆ

217 *Rex*] Agamemnon, qui ut suorum animos tentaret, de reditu a Jove per somnos admonitum sese simulavit.

218 *Auctore*] Jove, scilicet.

228 *Dolor*] Non sine artificio maximo dolori attribuit quod arrogantiæ videri potuisset: cumque ita ex eo quod invidiosissimum fuit sibi gratiam conciliavit.

230 *Atrides*] Agamemnon.

Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam
Ausit: at ausus erat reges incessere dictis
Thersites, etiam per me haud impune, protervis.
Erigor, et trepidos cives exhortor in hostem:
Amissamque mea virtutem voce reposco. 235
Tempore ab hoc, quodcumque potest fecisse videri
Fortiter iste, meum est: qui dantem terga retraxi.
Denique de Danais quis te laudatve petitve?
At sua Tydides mecum communicat acta:
Me probat: et socio semper confidit Ulixe. 240
Est aliquid, de tot Graiorum millibus, unum
A Diomede legi. Nec me sors ire jubebat:
Sic tamen et spreto noctisque hostisque periclo,

comites pavore territos: neque Telamonis filius etiam nunc audeat quicquam dicere. At Thersites non veritus erat conviciis lacessere reges; etiam haud impune petulantibus per me. Exsurgo; atque erigo in hostem socios timidos, et accendo virtutem extinctam mea voce. Quicquid iste, quem fugientem reduxi, potest videri fecisse ab eo tempore, meum est. Denique quis ex Græcis te probat aut quærit? At Tydides me participem facit suorum factorum: me laudat, et semper bene sperat Ulysse comite. Est aliquid deligi solum a Diomede inter tot millia Græcorum. Neque sors cogebat me proficisci: sic tamen et neglecto discrimine noctis et hostis,

rint.—230 Langerm. *Concitat A.*—232 Vulg. *Audet et ausus erat. Audeat* pr. Pal. pr. V. Cantabr. Fl. S. Marci, Urbin. pr. Erfurt. et sex alii: *Audet ut* Bernegg. Thuan. sec. Pal. I. et quindecim alii: *Audet, at ausus* Arund. alter Hamburg. et alii decem: *Ausus at ausus* unus A. *Audit et ausus* unus Heins. alius *Ausus et ausus:* O. *Ausit et ausus.* Unde Heins. suadet. *Ausit: at ausus erat.* Berolin. reg. *lacessere dict.*—233 *Protervis* pro vulg. *protervus* reponit Heins. —234 Multi scripti *trep. hostes.*—235 Multi *voce refundo:* Bernegg. pr. Bas. et Arund. pro diversa lect. *repono;* unus *rependo:* Heins. putat *reprendo,* ut ad fugientes socios respiciat.—237 Alii *quem* pro *qui.* Deinde Jun. *terg. reduxi;* Cant. *repressi.*—238 Menard. et alius *laud. probatve.*—240 Berolin. *Ore prob.* Mox Fl. S. Marci habet *Ulixi.*—243 S. Marci, R. pr. alter Ham-

NOTÆ

231 *Telamoniades*] Ajax, Telamonis filius.

233 *Thersites*] Invidiosissime et in Ajacem acerbissime turpissimi istius et protervissimi hominis hoc in loco meminit Ulysses.

Haud impune] Graviter namque ab Ulysse percussus fuit homo impudens et improbus.

236 *Potest*] Non dixit *fecit,* aut *fecisse videtur,* sed *potest videri fecisse:* ut maxima sit factorum Ajacis extenuatio.

242 *Nec me sors*] Veteratorie profecto quod laudi erat adversario in sese Ulysses cum illius diminutione derivat. Tacite enim Ajacem quasi sorte coactum cum Hectore congressum innuit; cum ipse sponte sua pericula subiret.

Ausum eadem, quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo: non ante tamen, quam cuncta coëgi 245
Prodere: et edidici quid perfida Troja pararet.
Omnia cognoram: nec, quod specularer, habebam:
Et jam præmissa poteram cum laude reverti.
Haud contentus ea, petii tentoria Rhesi,
Inque suis ipsum castris comitesque peremi. 250
Atque ita captivo victor votisque potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos;
Cujus equos pretium pro nocte poposcerat hostis.
Arma nègate mihi: fueritque benignior Ajax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro 255
Devastata meo? cum multo sanguine fudi
Cœranon, Hippasiden, et Alastoraque, Chromiumque,

conficio Dolonem de natione Trojana, conantem eadem quæ nos: neque tamen prius quam coëgi omnia aperire, et pernovi quid infida Troja conaretur. Cuncta rescieram; neque supererat quod explorarem: et jam poteram redire cum gloria antecedente. Non expletus ea, adii tentoria Rhesi, atque mactavi ipsum cum comitibus in suis castris: atque ita victor et voti compos ingredior curru imitante festivos triumphos. Negate mihi arma, cujus equos hostis petierat mercedem pro nocte: atque Ajax fuerit beneficentior. Cur memorem agmina Sarpedonis Lycii prostrata meis armis? Profligavi cum multa strage Cœranon Iphitiden, et Alastorem, et Chro-

burg. Urbin. Cant. sec. Pal. et alii quinque *Sic;* vulgo *Sed.* Berolin. *et sumto.*—244 *Aus. etiam* S. Marci, Urbin. N. pr. Erfurt. et multi alii: Burm. præfert vulg. *eadem.* Heins. conj. *Aus. eadem nobis.* Unus Cod. *qui nos.*—246 O. *quid maxima T.*—247 *Quod* cum opt. Fl. pr. Erfurt. et Mor. et Twisden. cum uno Heins. vulg. *quid.*—248 *Præmissa* ex compluribus recepit Heins., qui et *promerita* legi posse putabat: vulg. *promissa.*—254 Sic in plurimis vett. At in uno Ciofani et Farnes. *fuerit benign.* omisso *que: fuerit quod dignior* unus Bas. *fuerit quia dignior* Exc. Calandr. *fuerit quoque dignior* sec. A. *fueratque* Arund. Heins. conj. *tuleritque ea dignior Ajax;* vel *fueritque his dignior:* Muretus emend. *ferat hæc ut dignior.* In quibusdam Edd. præcedentes versus sic distinguuntur: *imitante triumphos. Cujus e. p. p. n. p. hostis Arma neg. &c.*—255 Fr. *agmin. Marte,* quod valde placet Burm.—257

NOTÆ

244 *Eadem*] Hostium, scilicet, castra speculandi causa subire.

249 *Rhesi*] Thraciæ regis, de quo supra.

253 *Cujus*] Achillis, scilicet: namque ejus equos speculationis suæ pretium Dolon poposcerat.

254 *Negate*] Ironia est, quam mox comitatur irrisio.

255 *Sarpedonis*] Qui Jovis fuit ex Europa filius, rex Lyciæ, Trojanis favens, a Patroclo, post multos ex ejus sociis ab Ulysse mactatos, tandem interfectus.

257 *Hippasiden*] Alii legunt *Iphitiden,* Iphiti filium, Sarpedonis una cum sequentibus comitem.

Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytaninque,
Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona,
Et Charopen, fatisque immitibus Ennomon actum : 260
Quique minus celebres nostra sub mœnibus urbis
Procubuere manu. Sunt et mihi vulnera, cives,
Ipso pulchra loco : nec vanis credite verbis :
Aspicite en ! (vestemque manu diducit) et, Hæc sunt
Pectora semper, ait, vestris exercita rebus. 265
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in socios : et habet sine vulnere corpus.
Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga
Arma tulisse refert contra Troasque Jovemque ?
Confiteorque, tulit : neque enim bene facta maligne 270
Detrectare meum est : sed nec communia solus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.

nium, et Alcandrum, et Halium, et Noëmonem, et Prytanin ; atque perdidi Thoonem cum Chersidamante, et Charopen, et Ennomon impulsum sorte iniqua : et qui minus inclyti interierunt nostra dextra ad muros urbis. Neque desunt mihi plagæ, o socii, decoræ ipso loco. Neque fidem habete inanibus verbis. Videte, ecce. Atque submovit amictum manu, et, Hæc sunt, inquit, pectora semper solicita in vestrum commodum. At Telamonius nihil fudit sanguinis per tot annos pro comitibus : et habet corpus sine plaga. Quid tamen istud interest, si narrat se gessisse arma pro classe Græca contra Trojanos et Jovem ? Atque agnosco, gessit : neque enim meum est detrahere perverse præclare gestis. Sed neque solus suum faciat quod omnium est ; atque tribuat etiam vobis aliquam laudem. Actorides securus sub specie

Alii *Cær. Iphitiden et.* In Urbin. etiam *Aletora Charoniumque.*—259 Med. *Excidioque.*—260 Legitur etiam *Enomon* et *Eunomon.*—262 Bas. et Gron. *sunt o mihi.*—263 Berolin. *ne* pro *nec.*—264 Multi alii *manu deducit ;* vel *deduxit, diduxit.*—265 Gron. et duo alii *exerc. curis.*—266 Sixii et unus Heins. *nih. expendit.*—268 Cant. *de class.* Arg. *pro classe, Pelasgi.*—271 Multi *detractare :* et Berolin. *sed ne ;* sic etiam plures vett. vulg. *modo ne : sed nec* Heins. profert ex quinque vett.—272 Sec. Pal. et duo alii *Occup. acta, aliquem :* plurimi

NOTÆ

263 *Loco*] Adverso, scilicet, corpore.

267 *Sine vulnere*] Invulnerabilis enim magna corporis parte factus fuerat ab Hercule, qui cum aliquando Salaminem ad Telamonem divertisset, Ajacem adhuc infantem leonis pelle circumdederat, precatus, ut qua parte tegeretur, ea inviolabilis foret. Quod quidem ita factum ; latere tamen quod tectum non fuerat ferro patente.

270 *Neque enim*] Immo veterator est in eo vaterrimus, quod maligne laudat, ut securius postea vituperet.

272 *Vobis*] Faventes procul dubio habuit hac in parte Græcos omnes vir astutus.

Repulit Actorides, sub imagine tutus Achillis,
Troas ab arsuris cum defensore carinis.
Ausum etiam Hectoreo solum concurrere Marti 275
Se putat, oblitus regisque, ducumque, meique;
Nonus in officio, et prælatus munere sortis.
Sed tamen eventus vestræ, fortissime, pugnæ
Quis fuit? Hector abit violatus vulnere nullo.
Me miserum, quanto cogor meminisse dolore 280
Temporis illius; quo, Graium murus, Achilles
Procubuit! nec me lacrymæ, luctusve, timorve
Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem.
His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis,
Et simul arma tuli: quæ nunc quoque ferre laboro. 285

Achillis repulit Trojanos cum suo vindice a navibus deflagraturis. Arbitratur etiam se solum ausum congredi bello cum Hectore, immemor et regis, et ducum, et mei, cum fuerit *nonus præpositus in* hoc *munere beneficio sortis. At tamen, strenuissime, quis fuit successus vestri certaminis? Hector discessit ab omni plaga intactus. Me infelicem, quanto cum mærore cogor recordari illius temporis, quo Achilles propugnaculum Græcorum occubuit! Neque fletus, aut mæror, aut paror me retinuerunt, quin reportarem corpus terra sublatum. His humeris, his, inquam, humeris ego gestavi corpus Achillis, una cum armis, quæ nunc etiam auferre cupio.*

etiam *nobis* pro *vobis*. Unus Heins. *cedat honorem*.—273 S. Marci, et alii duo *Retulit:* Heins. conj. *Retudit*. Multi *sed imag*. Deinde Bas. *tectus Ach*.—275 Ex plurimis vett. Heins. dedit *Hectoreo...Marti;* duo *telo:* vulg. *Hectoreiis...telis;* duo *flammis*. Tres etiam *contendere*.—276 Pro *ducumq*. vulg. legitur *ducisq.:* nonnulli etiam *meiq. ducisq.: Ducumq*. est ex emend. Heins.—278 Thuan. *vestr. sævissime, pugn*.—279 Fragm. Mor. *Quid fuit*.—280 Arg. et Thysii *quantum cog. mem. dolorem:* unus Bas. *quanti...doloris*.—281 Unus Med. *quo Graiis mur*.—282 In aliis *que* pro *ve* in utroque loco: in uno etiam Voss. et duobus aliis *dolorque* pro *timorve*.—283 Sec. Pal. et Heidelb. *subl. levarem*.

NOTÆ

273 *Actorides*] Patroclus, Actoris nepos, armis indutus Achillis, quem denique Hector interfecit.

274 *Defensore*] Hectore, scilicet.

276 *Regis*] Agamemnonis, scilicet; quem, si sors tulisset, juxta cum octo aliis adversus Hectorem singulari certamine pugnaturum, supra diximus.

278 *Fortissime*] Ironia est, quanquam iniqua: non minus enim fortis fuit Ajax, quod fortissimum invenerit: quin immo fortissimus judicandus, qui fortissimo par fuerit. Ulysses profecto intactus ex ejusmodi pugna non redisset. Non male tamen Ajaci pugnæ eventus objicitur, siquidem de ea, non sine aliorum contemtu, gloriatus esset.

283 *Referrem*] Non illi soli eam gloriam Calaber tribuit, qui a principibus Græcorum communiter relatum testatur.

285 *Ferre laboro*] A Græcis consequi enitor. Sed amphibologiæ aliquo

Sunt mihi, quæ valeant in talia pondera, vires:
Est animus vestros certe sensurus honores.
Scilicet ideirco pro nato cœrula mater
Ambitiosa suo fuit, ut cœlestia dona,
Artis opus tantæ, rudis et sine pectore miles 290
Indueret? neque enim clypei cœlamina norit,
Oceanum, et terras, cumque alto sidera cœlo,
Pleiadasque, Hyadasque, immunemque æquoris Arcton,
Diversasque urbes, nitidumque Orionis ensem.
Postulat ut capiat quæ non intelligit, arma. 295
Quid? quod me, duri fugientem munera belli,
Arguit incepto serum accessisse labori?

Sunt mihi vires quæ sufficiant in ejusmodi onera: est animus certe sensurus vestros honores. Nimirum mater cærulea ideo fuit curiosa pro suo filio, ut miles hebes et sine ingenio ferret munera cœlestia, opus tantæ artis? Neque vero intellexerit sculpturam clypei, oceanum, et terras, atque astra cum excelso cœlo, et Pleiadas atque Hyadas, et Arcton expertem maris, et urbes varias, et gladium coruscum Orionis. Optat habere arma quæ non capit. Quid? quod reprehendit, me detrectantem officia belli tarde venisse ad inceptum laborem? neque videt se coarguere

—284 Unus Med. *ego solus Achillem.*—287 Berolin. *cert. vestr.* Mox Jun. *censurus hon.*—289 Grævian. pro var. lect. *ut Vulcania don.*—291 Arg. *Induerit.* Dein Berolin. *nec quæ clyp. cœl. novit:* vulg. Edd. etiam *novit* habent cum aliquot scriptis.—294 Pr. Bonon. *Diversosq. orbes.*—295 Quatuor libri *non intelligat.* Hunc vs. uncinis conclusit Mitscherlich.—296 Bernegg. I. et quin-

NOTÆ

modo locum præbuit, qua uti potuisset Ajax, minusque placet.

287 *Honores*] Siquidem Achillis arma sibi concederent, scilicet.

288 *Cærula*] Thetis est, mater Achillis, quæ Vulcanum rogavit, ut filio arma fabricaret.

291 *Calamina*] Quæ ex Iliad. XVIII. ab Ovidio desumta principum oculis nusquam non debent obversari; ut sapientia et prudentia sua præsertim gerenda esse bella, eaque pacis et servandi ordinis causa, quem in natura Deus constituit, semper meminerint.

293 *Pleiadas*] Vergilias dicunt Latini, Atlantis ex Pleione Nympha filias cœlo relatas, quæ, ut ait Ovidius in Fastis, 'Ore micant Tauri septem radiantia flammis Sidera, quas Hyadas Graius ab imbre vocat.'

Arcton] Ursam majorem, et Helicen, seu minorem, et Cynosuram, de quibus jam sæpe; ideo autem æquoris signa immunia, quod nobis versus polum Septemtrionalem constitutis nunquam occidant, adeoque in Oceanum mergi oculis non videantur.

294 *Urbes*] Duas memorat Homerus, in quarum altera convivia, nuptiæ, aliaque pacis exercentur; cum altera obsidione prematur.

Orionis] Qui Dianæ comes post mortem ab ipsa in cœlum translatus et gladio cinctus, pulcherrimum septemdecim stellarum sidus juxta Taurum efficit.

Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli ?
Si simulasse vocat crimen, simulavimus ambo.
Si mora pro culpa est; ego sum maturior illo. 300
Me pia detinuit conjux: pia mater Achillen:
Primaque sunt illis data tempora, cetera vobis.
Haud timeo, si jam nequeo defendere crimen
Cum tanto commune viro. Deprensus Ulixis
Ingenio tamen ille; at non Ajacis, Ulixes. 305
Neve in me stolidæ convicia fundere linguæ
Admiremur eum: vobis quoque digna pudore
Objicit. An falso Palameden crimine turpe
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum est?
Sed neque Naupliades facinus defendere tantum, 310
Tamque patens, valuit: nec vos audistis in illo
Crimina; vidistis: pretioque objecta patebant.
Nec Pœantiaden quod habet Vulcania Lemnos,

generosum Achillem? Si vocat flagitium finxisse, uterque finximus. Si cunctatio vitio vertitur, ego sum celerior illo. Uxor pia me prohibuit; mater pia Achillem: atque prima tempora sunt concessa illis, reliqua vobis. Nequaquam metuo, quanquam jam non possem diluere crimen commune cum tanto viro. Ille tamen correptus solertia Ulyssis; at non Ulysses Ajacis. Neve admiremur eum jacere in me probra linguæ hebetis; exprobrat vobis etiam digna dedecore. An mihi flagitiosum est arguisse Palameden ficti facinoris, vobis honestum damnasse? At neque Naupliades potuit refellere tantum crimen tamque manifestum: neque vos fando accepistis illius facinora; spectastis, atque ea quæ exprobrata sunt comprobata erant auro. Neque dignus fui reprehensione, quod Lemnos Vulcania habet Pœantiaden. Asse-

que alii *fug. munia belli.*—297 Leid. *Arg. et cœpto ser.*—299 Quatuor *Si simulare:* vulg. *sim. vocas...crim.: vocat* Heins. profert ex Cæsen. uno R. et alio suo, ut ad duces orationem convertat: V. *relis;* O. *putas.*—302 Plurimi *sunt illi;* Leid. *aliis.* Mox Arg. *postera vob.*—303 Vulg. *Haud timeam...nequeam:* sed plerique vett. *timeo;* nonnulli etiam *nequeo.* Heins. conj. *Haud timeo, ne grande queam.*—305 Bas. *non illius,* quod placet Heinsio.—306 Tert. Med. et quatuor alii *conv. reddere ling.*—308 *Palameden* Heins. dedit ex Bernegg. sec. Pal. utroque Erfurt. et decem aliis: vulg. *Palamedem.* Berolin. *turpe est.*—309 Heidelb. *Accusare mihi;* et mox *est* omiss.—310. 311 Duo libri *defend. notum.* Bothius sic conj. *Sed neq. N. f. d. tantus Tamque potens val. &c.*—313

NOTÆ

297 *Labori*] Bello, scilicet, Trojano.

298 *Maledicere*] Namque et Achilles bellum detrectaverat; ut supra vidimus.

300 *Maturior*] Qui insuper Achillem ad idem bellum protraxit.

302 *Illis*] Vide quam callide per Achillem sese Ulysses excuset; immo et ejus laudem in se transmoveat.

310 *Naupliades*] Palamedes, Nauplii filius.

313 *Pœantiaden*] Philoctetes est,

Esse reus merui : factum defendite vestrum :
Consensistis enim : nec me suasisse negabo, 315
Ut se subtraheret bellique viæque labori,
Tentaretque feros requie lenire dolores.
Paruit ; et vivit. Non hæc sententia tantum
Fida, sed et felix ; cum sit satis, esse fidelem.
Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt, 320
Ne mandate mihi : melius Telamonius ibit,
Eloquioque virum morbis iraque furentem
Molliet, aut aliqua producet callidus arte.
Ante retro Simois fluet, et sine frondibus Ide
Stabit, et auxilium promittet Achaia Trojæ, 325
Quam, cessante meo pro vestris pectore rebus,
Ajacis stolidi Danais solertia prosit.
Sis licet infestus sociis, regique, mihique,

rite vestrum factum ; namque annuistis. Neque inficiabor me consuluisse, ut se redimeret a labore belli atque itineris, et conaretur minuere per quietem acres dolores. Obsecutus est, atque vita fruitur. Hoc consilium non modo fidele, sed et faustum ; quanquam satis sit esse fidelem. Quem quoniam vates petunt ad diruendam Trojam, ne mihi imperate : Telamonius aptius proficiscetur ; atque deliniet facundia virum ferocem morbis atque ira ; vel solers protrahet aliqua astutia. Prius Simois retro curret, et Ida erit sine foliis, et Græcia promittet opes Trojæ, quam animo meo omittente vestra commoda, prudentia hebetis Ajacis juvet Græcos. Quanquam, sæve Philoctete, sis iniquus sociis, atque regi, mihique ; quanquam de-

Duo Med. *Vide. tellus.*—314 Heins. Codd. et plures alii *factum ;* vulg. *crimen.* —317 O. et tres alii *Tent. ferox req.* Tum multi vett. *finire :* et multi etiam *labores.*—319 In quibusdam impressis *cum sit, facit esse f.* sed cum plurimis membranis Heins. monet *satis* rescribendum : malit etiam *fideli.*—322 Vulg. *morbisque.* Unus Heins. *iraq. frementem.*—323 Heins. scribendum censet *alia* pro *aliqua,* quia et eloquium ars est. Idem dedit *producet* ex plurimis Codd. vulg. *perducet.*—324 Unus Heinsii *sine fontibus I.*—329 Pro *Dure*

NOTÆ

Pœantis filius.

Vulcania] In quam Vulcanus, cœlo, ob deformitatem despectus, præcipitatus est ; ubique ferrariam exercuit.

319 *Sit satis*] Nam, ut dici solet, Consilii non fraudulenti nulla cautio.'

320 *Quem*] In fatis erat, sine Herculis sagittis, quas Philoctetes habebat, Trojam capi non posse.

321 *Melius*] Ajacem, tanquam insulsum, et nullius consilii hominem, irridet.

324 *Simois*] Troadis rivus.

Ide] Mons ejusdem Phrygiæ.

325 *Achaia*] Græcia, quæ Trojam obsidione premebat.

328 *Regi*] Agamemnoni. Ad Sophoclis autem fabulam alludit Poëta,

Dure Philoctete; licet execrere, meumque
Devoveas sine fine caput; cupiasque dolenti 330
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem;
[Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:]
Te tamen aggrediar: [mecumque reducere nitar.]
Tamque tuis potiar (faveat Fortuna) sagittis,
Quam sum Dardanio, quem cepi, vate potitus: 335
Quam responsa Deum, Trojanaque fata, retexi:
Quam rapui Phrygiæ signum penetrale Minervæ
Hostibus e mediis. Et se mihi comparet Ajax?
Nempe capi Trojam prohibebant fata sine illis.
Fortis ubi est Ajax? ubi sunt ingentia magni 340
Verba viri? cur hic metuis? cur audet Ulixes

testeris, et usque diris addicas meum caput, atque optes me casu tibi irascenti occurrere, et fundere nostrum sanguinem; utque fiat copia tui mihi, sic fiat *copia nostri tibi; te tamen adoriar; et conabor reducere mecum: tamque obtinebo tua spicula, (modo fortuna sit propitia,) quam sum potitus vate Dardanio, quem cepi; quam aperui oracula Deorum et fata Trojana; quam sustuli Phrygiæ ex mediis hostibus simulacrum penetrale Minervæ. Atque se Ajax mecum confert? Nempe fata negabant Trojam capi sine illo. Ubi est strenuus Ajax? Ubi sunt magnifica verba fortis viri? Quamobrem hic times? Quamobrem Ulysses non reformidat pervadere*

multi *Jure;* tres *Dire:* et *Philoctetes* in quibusdam Edd.—332 *Sit fiat* multi vett.; vel *mihi sit, sic sit:* unus Bas. *mihi sit, fiat.* Heins. putat versum esse adulterinum.—333 In quibusdam *Te tamen aggrediar longe formidine pulsa:* alii *T. t. a. nec inultus spero relinquar;* sex *T. t. a. solerti pectore fidus.* In pr. Pal. inter lineas erat scriptum *T. t. a.* reliquis omissis. Lectio Jun. et Fr. *castrisq. rvd. nit.* non displicet Boxhorn.—334 Berolin. *Tamq. tui.* Dein Bonon. et Pal. *faveas Fort.*—336 Berolin. *Qui responsa.* Bas. *fata recepi:* Gron. pr. *retraxi.*—337 Berolin. *Qui rapui.*—338 Duo libri *comparet:* in plurimis *conferat:* vulgo *comparat.*—339 *Illis* protulit Burm. ex Fr. Sixii, et Mor. vulg. *illo:* Berolin. *ipso.*—340 Unus Heins. *ubi es A.*—341 Ex plurimis vett. *metuis* Heins.

NOTÆ

in qua Philoctetes tum illum tum Ulyssem præsertim plurimis insectari verbis fingitur.

335 *Dardanio*] Heleno, scilicet, Priami filio, vate insigni, quem cepit Ulysses, omniaque Trojanorum fata revelare coëgit.

337 *Signum*] Palladium dicit, seu Minervæ simulacrum, cœlo delapsum, quo potissimum, seu potius sapientia, quæ per illud significabatur, Trojæ fata continebantur.

338 *Et se*] Vel per furta ipsa, quæ maxime Ulyssi Ajax exprobraverat, sese Ulysses Ajace multo majorem contendit: idque jure optimo.

340 *Ingentia verba*] Vide quam acute Ulysses Ajacis molem vimque consilii expertem exagitet: quamque callide, derivata in se, si qua fuit, Ajacis virtute, vaniloquentiam, quam hic objecerat, in eundem cum ipsius rusticitate rejicit.

Ire per excubias, et se committere nocti?
Perque feros enses, non tantum mœnia Troum,
Verum etiam summas arces intrare, suaque
Eripere æde Deam, raptamque efferre per hostes? 345
Quæ nisi fecissem, frustra Telamone creatus
Gestasset læva taurorum tergora septem.
Illa nocte mihi Trojæ victoria parta est:
Pergama tum vici, cum vinci posse coëgi.
Desine Tydiden vultuque et murmure nobis 350
Ostentare meum: pars est sua laudis in illis.
Nec tu, cum socia clypeum pro classe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
Qui, nisi pugnacem sciret sapiente minorem
Esse, nec indomitæ deberi præmia dextræ, 355
Ipse quoque hæc peteret: peteret moderatior Ajax,
Eurypylusque ferox, claroque Andremone natus:

vigilias, et se credere nocti? atque subire per sævos gladios, non modo muros Iliacos, verum etiam supremas arces; atque revellere Deam suo templo, et efferre sublatam per hostes? Quæ nisi fecissem, filius Telamonis nequiequam tulisset sinistra terga septem boum. Victoria Trojæ mihi parta est illa nocte; tum domui Pergama, cum coëgi posse subigi. Omitte nobis ostentare oculis et susurris meum Tydidem. Sua est pars gloriæ in illis. Neque tu solus eras, cum tractabas scutum pro navibus sociis; tibi agmen erat opiferum, mihi unus obtigit. Qui, nisi intelligeret pugnacem esse inferiorem sapienti, neque præmia deberi manui invictæ, ipse etiam hæc posceret: Ajax lenior posceret, atque sævus Eurypilus, et filius illustris Andre-

dedit; vulg. *metuit*.—342 Unus Heins. *per insidias*.—343 *Troum* ex vet. lib. profert Heins. vulg. *Trojæ*.—345 Idem ex multis *efferre*; vulg. *afferre*; nonnulli *auferre*; Mor. *inferre*.—347 Tres libri *Gestaret læva*. duo *Gessisset*. —348 Unus Med. *pacta est*, quod placet Burm.—350 Leid. *nuctuque*, pro *nutuq*.—351 *Illis* est ex uno Mor. vulg. *illo*. Heins. vult *pars est sua laudis*

NOTÆ

346 *Frustra*] Quia Troja, antequam ablatum esset Palladium capi non poterat.

347 *Taurorum*] Ex quibus Ajacis scutum constabat. Nota autem de industria multitudinis numero usum Ulyssem, ut bajulum magis quam militem adversarium irrideret.

351 *Ostentare*] Diomedem comitem habuit Ulysses prope in omnibus: quamobrem id sibi vultu aut gestu objicere Ajacem finxit.

355 *Indomitæ*] Honesto verbo usus est propter Diomedem: qui nisi obstaret per indomitam dextram vires sine ratione intelligeremus.

356 *Ajax*] Oilei filius, qui inter fortissimos numerabatur. Vide autem, quam artificiose judicum favorem sibi conciliet Ulysses.

357 *Eurypylus*] Hic Evæmonis fuit filius, ex Ormenio Thessaliæ urbe, qui,

Nec minus Idomeneus, patriaque creatus eadem
Meriones: peteret majoris frater Atridæ.
Quippe manu fortes (nec sunt tibi Marte secundi) 360
Consiliis cessere meis. Tibi dextera bello
Utilis; ingenium est, quod eget moderamine nostri.
Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. Tu tantum corpore prodes; 365
Nos animo: quantoque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium; quanto dux milite major;
Tanto ego te supero. Nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu: vigor omnis in illis.
At vos, o Proceres, vigili date præmia vestro; 370
Proque tot annorum curis, quas anxius egi,
Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.
Jam labor in fine est. Obstantia fata removi:

monis: neque minus Idomeneus, et Meriones eodem loco oriundus; frater majoris Atridæ posceret. Quippe manu strenui (neque sunt tibi inferiores bello) cesserunt consiliis meis. Habes manum bello utilem; ingenium est quod opus habet regimine nostri. Tu geris vires sine prudentia; ego curam habeo futuri. Tu potes certare: Atrides eligit mecum tempora certandi. Tu utilis es tantum corpore, nos ingenio: et quanto qui moderatur navi præponitur muneri remigis; quanto dux præstantior milite; tanto ego tibi præcello. Neque non est animus excellentior mam in nostro corpore. Vis omnis in illo. At vos, o Optimates, conferte mercedem in vestrum vigilem; et pro solicitudine tot annorum, quos transmisi irrequietus, concedite hunc honorem expendendum nostris beneficiis. Jam labor in fine est. Sustuli fata

in illis; vel, *pars est sua laudis et illi.*—359 Fl. S. Marci *peterent;* et vs. seq. *Quippe manus...Mart. secundæ.* Heins. conj. *Quippe animæ fortes, tibi nec Mavorte secundi.* Duo etiam Leid. *mihi* pro *tibi.*—362 *Nostri* est ex pr. Pal.: vulg. *nostro:* Gron. et unus Heins. *certo.*—363 *Est* abest fere omnibus scriptis.—365 Bersm. in margine et editi quidam, *corpore polles.*—368 *Tanto* recepit Burm. pro vulg. *tantum.*—371 Heins. suadet e tribus, *quos anxius egi,* improbante Burm. Recepit Mitsch. qui et *cura* habet e Fl.—372 Berolin. *redd.*

NOTÆ

ut scripsit Homerus, cum quadraginta navibus Agamemnonem in expeditionem Trojanam est secutus.

Natus] Thoas est, princeps Ætolorum, qui cum quadraginta navibus itidem ad bellum Trojanum est profectus.

358 *Idomeneus*] Rex fuit Cretensium, qui se quoque fortissime in bello Trojano gessit.

359 *Meriones*] Fortissimus fuit Idomenei auriga, Marti ipsi comparandus.

Frater] Menelaus, Agamemnonis frater, Atrei quoque filius.

365 *Atrides*] Agamemnon, rex regum.

373 *Labor*] Quo in eruenda Troja

Altaque, posse capi faciendo, Pergama cepi.
Per spes nunc socias, casuraque mœnia Troum, 375
Perque Deos oro, quos hosti nuper ademi;
Per, si quid superest, quod sit sapienter agendum;
Si quid adhuc audax, ex præcipitique petendum;
Si Trojæ fatis aliquid restare putatis;
Este mei memores: aut si mihi non datis arma; 380
Huic date. Et ostendit signum fatale Minervæ.
Mota manus procerum est: et, quid facundia posset,
Re patuit; fortisque viri tulit arma disertus.
Hectora qui solus, qui ferrum, ignemque, Jovemque
Sustinuit toties; unam non sustinet iram: 385
Invictumque virum vincit dolor. Arripit ensem:

obnitentia, et cepi excelsa Pergama faciendo posse capi. Precor nunc per spes communes, et muros ruituros Trojanorum, et per Deos, quos nuper sustuli hosti, per si quid est reliquum quod sit prudenter et caute exequendum; si quid adhuc audax, et petendum ex difficili, si quid existimatis superesse fatis Trojæ, estote mei memores: vel si non conceditis mihi arma, concedite huic: atque monstrat simulacrum fatale Minervæ. Primarii tacti sunt; et re ipsa apparuit quid eloquentia posset, et facundus reportavit arma viri strenui. Qui solus toties sustinuit ferrum, et ignem, et Jovem, est impar ferendæ iræ: et dolor superat virum indomitum. Corripit

restris.—374 In duobus V. et uno Heins. *Aptaque:* ille quidem legit et distinguit *Altaq. posse capi faciendo Pergama, cepi.* Pro *faciendo,* Med. *sapiendo:* Jun. *patiendo P. feci:* tres *capiendo...feci:* plures etiam *feci.*—375 Unus Mor. *Per spes vos socias,* quod adblanditur Heins. Dein in duobus *mœn. Trojæ.*—378 Leid. *ex difficilique:* mox Berolin. *petend. est.* Heins. suspectus est hic vs. Etiam vs. seq. agnoscit manum alienam. Posse tamen *putatur* legi. Uncis hos duos vss. inclusit Mitsch.—380 Unus Heinsii *at si mihi,* quod elegantius judicat Burm.—383 *Re* multi ex melioribus Heinsio suggesserunt pro vulg. *Tum* aut *Tunc.*—384 Heins. ex melioribus dedit *ignemq.;*

NOTÆ

opus fuit.

376 *Quos*] De Palladio loquitur.

377 *Si quid superest*] Quam opportune sub finem orationis de usu futuro admonuit! Nulla potior ratio apud homines; qui ut plurimum ob præterita beneficia sunt infensi.

383 *Tulit*] Ut hinc æquissimo Ethnicorum judicio sapientiam fortitudini antecellere intelligas. Ille equidem maximus videtur, qui et bonus consilio et manu promtus est; verum inter duos si unius virtutes diviseris, fortis sapientis servus fuerit: virtute vera in centro irradiante.

385 *Unam*] Atque adeo in nobis ipsis sunt nostri hostes maximi; quos qui superaverit, utcumque quiescendo id fiat, fortissimus fuerit. Sed enim abstrusissima opus est speculatione priusquam animæ centrum a corporis ambitu tueri quisquam didicerit.

386 *Invictumque*] A ceteris, intellige.

Dolor] Proximus et potentissimus cujusque hostis suus dolor, quo tamen perniciosior est voluptas.

Et, Meus hic certe est. An et hunc sibi poscet Ulixes?
Hoc, ait, utendum est in me mihi: quique cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit:
Ne quisquam Ajacem possit superare, nisi Ajax. 390
Dixit: et in pectus, tum denique vulnera passum,
Qua patuit ferro, letalem condidit ensem:
Nec valuere manus infixum educere telum:
Expulit ipse cruor: tabefactaque sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem, 395
Qui prius Œbalio fuerat de vulnere natus.
Litera communis mediis pueroque viroque
Inscripta est foliis: hæc nominis, illa querelæ.

gladium; atque, Hic certe meus est. An Ulysses etiam sibi hunc petet? Hoc, inquit, est mihi utendum in me; et qui sæpe tinctus est sanguine Phrygum, nunc tingetur nece domini; ne quisquam valeat vincere Ajacem, nisi Ajax. Dixit; et abdidit gladium letiferum in pectus tum denique passum plagas, qua apertum fuit ferro: neque manus potuerunt extrahere gladium impactum; ipse sanguis ejecit; et terra rubefacta cruore produxit florem rubrum de cespite viridi, qui antea fuerat ortus ex plaga Œbalia. Litera communis puero et viro insculpta est foliis; hæc nominis, illa querimoniæ.

vulg. *ignesq.*—386 Sic idem pro vulg. *vicit* profert *vincit.*—387 *Poscet* ex multis vett.: vulg. *poscit:* N. et tres alii *poscat.* Tert. Med. *possedit U.* unde cogitabat Heins. an non *poss. Achilles* legendum.—391 *Denique* Heins. protulit ex pr. Mor. et quatuor aliis: vulg. *demum.*—392 Arg. *ferro, fatalem cond.*—393 In uno V. et Cælest. aliisque *ducere ferrum:* Berolin. etiam *educere ferr.*—394 Berolin. *rubefactaque*, et sic plures alii.—396 Gron. *de*

NOTÆ

387 *Meus*] Dono ab Hectore acceperat, cui vicissim balteum funestum dederat, quo circum muros Iliacos ab Achille raptatus fuit.

390 *Ne quisquam*] Ea est fere semper ferocium stultorum oratio, qui sese dum nulli superandos cogitant, omnibus sese mactatos tradunt.

394 *Expulit*] Audacior hyperbole.

396 *Œbalio*] Hyacinthi Œbalii seu Laconis, intellige, quem lib. x. a versu 195. in hyacinthum florem mutatum vidimus: ut hinc et formæ et virium gloriam fluxam fragilemque intelligas; cum animi virtus clara æternaque habeatur.

397 *Puero*] Hyacintho, scilicet; aut certe de eo Apollinis querelis.

Fab. II. Hecuba in Canem.

Ulixes, postquam Philoctetæ sagittas, ipso comitante, in castra Graiorum pertulit, quibus Ilium captum est, præda dives Hecuba, Priami conjux, Ulixi sorte cessit; quæ novissime acerbitatibus interitum Astyanactis et Polyxenæ, quæ in bustis Achillis fuerat interemta, mœrens, classe in Thraciam cum esset appulsa, ex reliquis liberis, qui restabant orbæ, Polydorum, apud Polymestora qui quondam fuerat educatus, putabat incolumem manere: quæ dum spatiatur in littore, animadvertit eum exsanguem e fluctibus in aridam ejectum. Polymestor autem propter aurum, quod cum infante Polydoro ei traditum fuerat, avaritia ductus eum interfecit. Et ut indicia quoque facinoris celari possent, eum in profundum præcipitavit. Quod cum Hecuba supradicta, Cissei filia, comperit, per pollicitationem curavit, ut perveniret ad Polymestorem, dicens se velle adjicere super, quod ante dederat, aurum, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus, verum esse existimans, petenti secretum colloquium dedit. Hecuba nacta locum, lumina ei abstulit: quam Thraces dum prosequuntur saxis, versa est in canis figuram.

Victor ad Hypsipyles patriam, clarique Thoantis,
Et veterum terras infames cæde virorum, 400
Vela dat; ut referat, Tirynthia tela, sagittas.
Quæ postquam ad Graios, domino comitante, revexit;
Imposita est sero tandem manus ultima bello.

11. *Victor navem vertit ad patriam Hypsipyles, et inclyti Thoantis, et tellurem infamem nece antiquorum virorum, ut revehat spicula missilia Tyrinthia. Quæ postquam reduxit ad Græcos, domino comitante, finis denique impositus est sævo*

pectore; unus *corpore;* duo *cespite;* septem *sanguine.*—400 Voss. et duo alii *Ad veterum:* Med. tert. *Et veterum ad.* Post hunc vs. nonnulli interserunt alium: *Transierat tandem portis rotoque potitus.*—403 Vulg. *Impositaque fero est;* sic etiam in Codd. Ciofani: in uno V. *Impositaq. est sero:* alii *Imposita estque fero.* Heins. monet scribendum esse cum Cæsen. pr. V. quart. Med. aliisque

NOTÆ

399 *Hypsipyles*] Lemnon dicit insulam, ubi Hypsipyle Thoantis filia regnavit.

400 *Cæde*] Viros enim suos omnemque prolem masculam Lemniades, zelotypia actæ, vel, ut alii scribunt, maritis propter fœtorem a Venere irata immissum fastiditæ, mactaverunt.

401 *Tirynthia*] Herculis, Tirynthe Pelopomesi urbe nutriti.

402 *Domino*] Philoctete, scilicet, cui sagittas suas Hercules dederat.

Troja simul Priamusque cadunt: Priameia conjux
Perdidit infelix hominis post omnia formam; 405
Externasque novo latratu terruit auras.
Longus in augustum qua clauditur Hellespontus,
Ilion ardebat; neque adhuc consederat ignis:
Exiguumque senis Priami Jovis ara cruorem
Combiberat. Tractata comis antistita Phœbi 410
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum signa Deorum,
Dum licet, amplexas, succensaque templa tenentes
Invidiosa trahunt victores præmia Graii.
Mittitur Astyanax illis de turribus, unde 415
Pugnantem pro se, proavitaque regna tuentem,
Sæpe videre patrem, monstratum a matre, solebat.
Jamque viam suadet Boreas; flatuque secundo

bello. Troja et Priamus una pereunt: misera uxor Priami post omnia amisit figuram humanam; atque tremefecit aërem peregrinum novo latratu. Troja flagrabat qua Hellespontus longus terminatur in angustum: neque flamma adhuc oppressa erat; et altare Jovis sorbuerat pauculum sanguinem Priami senis. Sacerdos Phœbi raptata capillis porrigebat ad cœlum manus non profecturas. Græci victores potiti templis incensis rapiunt matronas Trojanas, amplexas simulacra Deorum patriorum dum conceditur, præmia invidiosa. Astyanax dejicitur ex illis turribus, unde consueverat sæpe cernere parentem monstratum a matre certantem pro se, atque tuentem regna antiqua. Jamque Aquilo invitat ad discessum, et vela agitata flamine

multis, *Imposita est sero.* Unus etiam Heins. *sævo.*—405 Berolin. *Edidit infel.* —406 Multi *terr. aures*; at Heins. nihil mutandum censet: V. et unus Med. *urbes*; duo *oras*: unus Mor. *Externos...agros.*—407 Pal. cum quibusdam aliis, *qua pontus claud. Helles.*—408 Voss. *Ilios ard.*—410 *Tractata* habent quinque, in quibus Thuan. pr. Mor. Cant. O. unde accepit Heins., qui tamen olim legebat *raptata*: vulg. *tractisque* aut *tractuque.*—416 Voss. Leid. et Fl. S. Marci,

NOTÆ

404 *Conjux*] Hecuba, scilicet, de cujus metamorphosi in sequentibus.

406 *Externas*] Thracias nimirum, ut videbimus postea; quanquam diversa alii scripserunt.

407 *Qua*] Angustatur maxime Hellespontus, ubi olim Sestos et Abydos fuerunt: protenditur autem ad Troadem usque, in qua fuit Ilium, seu Trojana civitas.

409 *Exiguum*] Quem in Jovis ara, ad quam stabat Priamus, Pyrrhus effudit.

410 *Antistita*] Cassandram dicit, Apollinis sacerdotem, Priami filiam: de qua hæc eadem Virgil. Æn. II.

412 *Dardanidas*] Trojanas. Atque hæc omnia a Virgilio mutuatus videtur Poëta.

415 *Astyanax*] Hectoris ex Andromache filius.

418 *Boreas*] Qui ventus a Septem-

Carbasa mota sonant: jubet uti navita ventis.
Troja, vale: rapimur, clamant: dantque oscula terræ 420
Troades: et patriæ fumantia tecta relinquunt.
Ultima conscendit classem (miserabile visu)
In mediis Hecube natorum inventa sepulcris.
Prensantem tumulos, atque ossibus oscula dantem
Dulichiæ traxere manus. Tamen unius hausit, 425
Inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.
Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,
Inferias inopes, crinem lacrymasque relinquit.
Est, ubi Troja fuit, Phrygiæ contraria tellus,
Bistoniis habitata viris. Polymestoris illic 430
Regia dives erat, cui te commisit alendum
Clam, Polydore, pater, Phrygiisque removit ab armis.

propitio strident; nauta hortatur uti ventis. Troja, vale; auferimur, clamant Trojanæ, atque deosculantur solum; et descrunt domos fumantes patriæ. Hecuba reperta in mediis tumulis filiorum, novissima ascendit navem (visu lamentabile). Manus Ulyssis abripuerunt complectentem sepulcra, atque deosculantem ossa. Attamen sumsit cineres unius Hectoris, et portavit secum sumtos in gremio. Relinquit in sepulcro Hectoris comam albam recisam ex capite, comam atque fletus inferias pauperiorum. Est terra adversa Phrygiæ, ubi Troja fuit, culta a viris Thracibus. Illic erat opulenta aula Polymestoris; cui pater te dedit clam educendum, Polydore, et removit ab armis Phrygiis. Institutum prudens: nisi addidisset

et alii *regn. tenentem.*—419 Unus Heins. *Carb. tensa son.*—420 *Dantque* ex scriptis: vulgatis copula abest.—421 Duo libri *patr. flammantia tect.*—423 Berolin. *Hecuba.*—424 Fr. et plurimi ex melioribus *Pressantem tum.* V. et Mor. et Berolin. *Pulsantem.* In voc. *tumulos* pro var. lect. N. exhibet *titulos.*—425 Med. et quinque alii *Dul. rapuere man.*—427 Heins. ex quinque Mss. probabat *canum de vert. raptum;* Burm. malebat *cano de vert. raptum.*—428 Heidelb. *reliquit* pro *relinquit.*—429 Thuan. Leid. et quatuor alii *P. contermina tellus.*—430 Vulgo scribitur *Polymnestor.* Sed Heins. prætulit *Polymestor,* ut legitur ap. Eurip. Tzetz. et alios. Similiter veteres scribebant *Clytemestra.*—431 Sprotii Lib. *te dimisit al.*—432 Barb. *ab aris;* quatuor *ab*

NOTÆ

trione spirans Græcis in patriam reversuris secundus erat.

425 *Dulichiæ*] Ulyssis, Dulichii insulæ regis.

430 *Bistoniis*] Thraciæ est periphrasis Synecdochica: Bistonia enim Thraciæ urbs fuit, a Bistone Martis et Callirhoës filio cognominata.

Polymestoris] Thraciæ tyranni, Priami generi, avaritia et Polydori cæde famosissimi.

432 *Polydore*] Priami fuit filius natu minimus, quem cum magnis divitiis belli incertus pater nefario amico et hospiti infeliciter crediderat.

Consilium sapiens: sceleris nisi præmia magnas
Adjecisset opes, animi irritamen avari.
Ut cecidit Fortuna Phrygum, capit impius ensem 435
Rex Thracum, juguloque sui defigit alumni:
Et, tanquam tolli cum corpore crimina possent,
Exanimem e scopulo subjectas misit in undas.
Littore Threicio classem religarat Atrides,
Dum mare pacatum, dum ventus amicior esset. 440
Hic subito, quantus, cum viveret, esse solebat,
Exit humo late rupta, similisque minaci,
Temporis illius vultum referebat Achilles,
Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro.
Immemoresque mei disceditis, inquit, Achivi? 445
Obrutaque est mecum virtutis gratia nostræ?
Ne facite: utque meum non sit sine honore sepulcrum,

magnas divitias mercedem flagitii, et *irritamentum mentis avaræ. Postquam fortuna Phrygum eversa est, rex sceleratus Thracum sumit gladium, atque demittit faucibus sui alumni; et quasi flagitia possent removeri cum corpore, impulit exsanguem ex caute in aquas suppositas. Atrides appulerat littori Thracio, donec mare tranquillum, donec ventus esset mitior. Hic repente Achilles, quantus esse solebat, cum in vivis esset, prodit, terra late aperta, atque similis minanti, exhibebat faciem temporis illius, quo sævus insurrexit iniquo ense adversus Agamemnonem: atque, inquit, Proficiscimini, o Græci, mei obliti? Atque gratia nostræ virtutis est sepulta mecum? Ne facite: atque ut tumulus meus ne sit absque honore, Polyxena jugu-*

arvis.—433 Sprot. Lib. *Utile consilium: scel.* Mor. unus etiam *scelerum.* Deinde duo V. *magna;* quinque *magni.*—436 Heins. cum plerisque vett. dedit *defigit;* alii *demisit,* vel *dimisit:* A. *configit;* plures alii *defixit.*—438 Vulgatis *e* abest.—440 Leid. *mar. placatum;* ut sæpe alibi hæc varietas est notata. Deinde *amicior* est ex Pal. et multis vett. et optimis Codd.; vulg. *mitior.*—442. 443 *Minaci* est ex uno Leid. et Zulich. pro vulg. *minanti.* Heins. olim malnerat *similemq. minaci...vultum.* Fragm. Mor. *multum referebat.*—446 Pro

NOTÆ

437 *Tanquam tolli*] Quod secus evenit: nam, utcumque atrocissimus sit conscientiæ sibi ipsi stimulos inurentis cruciatus, nemini tamen sibi licet non esse conscio.

438 *Misit*] Euripidem secutus est noster: nam terra obrutum Polydorum narrat Virgilius.

439 *Atrides*] Agamemnon, in Græciam post Trojæ excidium revertens.

444 *Quo ferus*] Talis fuit umbra Achillis parum memorem animum Græcis objectantis, qualem ipsum Agamemnon viderat, cum olim ob sibi raptam Briseidem in illum gladium strinxit, ut in primo Iliados ab Homero narratur.

Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit: et, immiti sociis parentibus umbræ,
Rapta sinu matris, quam jam prope sola fovebat, 450
Fortis, et infelix, et plusquam fœmina, virgo
Ducitur ad tumulum, diroque fit hostia busto.
Quæ memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
Admota est; sensitque sibi fera sacra parari;
Utque Neoptolemum stantem, ferrumque tenentem, 455
Inque suo vidit figentem lumina vultu;
Utere jamdudum generoso sanguine, dixit:
Nulla mora est. At tu jugulo, vel pectore, telum
Conde meo: jugulumque simul pectusque retexit.
Scilicet aut ulli servire Polyxena ferrem, 460

lata leniat umbram Achillis. Dixit: et sociis obsequentibus Manibus Achillis, puella generosa atque misera, et plusquam fœmina, sublata ex gremio matris, quam jam prope sola amplectebatur, rapitur ad sepulcrum, et fit victima crudeli tumulo. Quæ non oblita sui, postquam admota est feris altaribus, atque cognovit sibi dira sacra adornari; et postquam advertit Neoptolemum stantem et tractantem cultrum, et torquentem oculos in suam faciem; Utere, inquit, jam diu sanguine nobili. Nulla est cunctatio per me. *At tu abde cultrum jugulo vel pectore: atque simul nudavit collum et pectus. Quasi vero aut Polyxena possem cuiquam servire; aut ullus Deus*

gratia plurimi *gloria*, ut sæpe.—447 Broukhusius malebat *ne sit*.—448 Bothius hic profert lect. Cod. Berolin. *intacta* pro *mactata*, citatque Eurip. Hecub. *κόρης ἀκραιφνὲς αἷμα*.—450 Unus *sol. ferebat*; alius *tenebat*.—451 Tanaq. Faber sic conj. *Fortiter infelix et plusq. &c.* Burm. ita *Fortis (at infelix) et plusq. &c.*—454 Gron. *sibi sua sacra*: nonnulli *sibi fera fata par.* Med. unus *fera busta*; unde Heins. conj. *fera justa*.—455 Gron. et tres alii *ferr. parantem*; O. *moventem*.—456 Ex melioribus *Inq. suo* Heins. dedit pro vulg. *Utq. suo*: Voss. *Inque suos... vultus*.—458 Tres scripti cum uno Mor. *at*; vulg. *aut*. Nonnulli etiam *pect. ferrum*.—460 *Ferrem* plurimi: vulg. *vellem* ex interpretatione.—461 Heidelb. *pla-*

NOTÆ

448 *Polyxena*] Priami et Hecubæ fuit filia, quam vivus amaverat Achilles, mortuus sibi immolari jubet. Mitiores vero non sunt plurimi amantes: non sunt, pro certo credito; et tibi cave. Seipsos amant unice prope omnes, non alios; neque temere formidolosiorem quenquam invenias, quam qui te maxime amare profitetur. Rarissimus est qui vere amet.

450 *Sola*] Utpote ceteris liberis orba.

452 *Tumulum*] Achillis dicit sepulcrum, quod in Sigæo Trojæ promontorio fuit.

455 *Neoptolemum*] Pyrrhus est, Achillis filius, cui et illud nomen a Græcis impositum, quod juvenis admodum ad bellum profectus fuerit.

457 *Generoso*] De suo loquitur.

460 *Polyxena*] Quasi diceret, Regia puella, Hectoris soror, &c. Emphasis est.

Aut per tale sacrum numen placabitur ullum.
Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.
Mater obest; minuitque necis mihi gaudia: quamvis
Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
Vos modo, ne Stygios adeam non libera manes, 465
Este procul; si justa peto: tactuque viriles
Virgineo removete manus: acceptior illi,
Quisquis is est, quem cæde mea placare paratis,
Liber erit sanguis. Si quos tamen ultima nostri
Vota movent oris; Priami vos filia regis, 470
Non captiva, rogat; genitrici corpus inemtum
Reddite: neve auro redimat jus triste sepulcri,
Sed lacrymis. Tunc, cum poterat, redimebat et auro.
Dixerat. At populus lacrymas, quas illa tenebat,
Non tenet. Ipse etiam flens invitusque sacerdos 475
Præbita conjecto rupit præcordia ferro.
Illa, super terram defecto poplite labens,

leniatur per ejusmodi sacrum. Optarem tantum mors mea posset latere matrem. Mater nocet, atque minuit mihi solatia mortis: quanquam non meus obitus, sed sua vita est illi lugenda. Vos tantum, ne non visam libera umbras inferas, longe estote, si postulo æqua, atque arcete manus a contactu virgineo. Liber sanguis erit gratior illi, quisquis est, quem instituitis delinire mea morte. Attamen, si preces novissimæ nostri oris tangunt aliquos, filia regis Priami, non captiva, vos orat. Restituite corpus inemtum matri; neve redimat auro, sed fletibus, jus luctuosum tumuli. Tunc cum poterat redimebat etiam pretio. Absolverat. At populus non compescit fletus, quos illa compescebat. Ipse etiam Sacerdos lacrymans atque coactus, aperuit viscera oblata cultro immisso. Illa cadens in terram poplite flexo, vultus gessit

cabitis.—462 Languidi et simul durissimi hi numeri, tribus vocibus in mugientem illam literam *m* exeuntibus, et tribus ibidem spondeis se subsequentibus. Ego mallem, *Mors tamen hæc vellem mea matrem fallere posset.* Burm.—464 Med. unus *mea sors ill.*—466 Multi libri *Ite proc.* Tres *justa precor.*—468 Heidelb. *quem morte mea.*—469 O. *Liber erat;* unde Heins. *eat.*—470 Tres Heins. *vota movent;* et id in suo Cod. ex antiquis libris notaverat Politianus.—471 *Non* Heins. protulit ex N. Cant. Pal. Gron. aliisque optimis Codd. pro vulg. *Nunc:* Fragm. Boxhorn. *Nec.*—474 Heidelb. *et popul.* Quatuor scripti *quas ipsa teneb.*—476 Thuan. *conj. rapuit præc.*—477 In uno V.

NOTÆ

461 *Aut per tale*] Optime profecto ejusmodi sacrum, quod lubentis non fit animi, nullius momenti apud Deos profitetur.

471 *Non captiva*] Non tanquam a captiva, sed a regis filia, vos meæ preces moveant.

Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet, castique decus servare pudoris. 480
Troades excipiunt, deploratosque recensent
Priamidas, et quid dederit domus una cruoris.
Teque gemunt, virgo; teque, o modo regia conjux,
Regia dicta parens, Asiæ florentis imago;
Nunc etiam prædæ mala sors: quam victor Ulixes 485
Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu
Edideras. Dominum matri vix reperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat, natisque, viroque,
Huic quoque dat lacrymas; lacrymas in vulnera fundit: 490
Osculaque ore legit, consuetaque pectora plangit:
Canitiemque suam concreto in sanguine verrens,
Plura quidem, sed et hæc, laniato pectore dixit:
Nata tuæ (quid enim superest?) dolor ultime matri,

interritos ad fata ultima. Tunc etiam, cum laberetur, curavit tegere partes tegendas; et custodire honorem pudicæ verecundiæ. Trojanæ excipiunt; atque dinumerant infelices Priamidas, et quantum una domus dederit sanguinis. Teque flent, puella; teque o modo appellata uxor regia, regia mater, imago Asiæ florentis: nunc etiam sors prædæ contemnenda, quam Ulysses victor vellet non esse suam, nisi quod tamen enixa eras Hectorem partu. Vix Hector invenit dominum genitrici. Quæ complexa corpus exsangue animæ tam generosæ, dat etiam huic fletus quos toties dederat patriæ, et filiis, et marito. Irrigat vulnus lacrymis, et deosculatur os, et percutit pectus solitum, atque inficiens suos canos sanguine coagulato, dixit quidem plura, sed hæc etiam pectore discerpto: filia, dolor novissime matri, (quid enim

deflexo popl. alii *defesso.*—478 Med. unus *in fata.*—479 Mor. sec. *Nunc quoq.* Duo *purt. celare pudendas;* unus *verendas:* sex *velare pudendas.*—482 *Quem...cruorum* Heidelb.: *Quem d. d. u. cruorem* duodecim: *quod...cruoris* O. *quam...cruoris* Gron. et Mor. *quot...cruores* Bonon. *Et quantum* Med. *quantum* Bas. Heinsius volebat, *dederitque domus quantum una cruoris.*—486 Fragm. Boxhorn. *Hect. partum.*—487 *Ediderus* de suo dedit Heins. vulg. *Ediderat:* alii *Ediderit.* Mox Sprotii Cod. *vix invenit H.*—490 Plurimi Codd. *in vulnere.*—491 Vulg. *ore tegit: legit* est ex sec. Pal. O. quart. Med. et quinque aliis cum Naugerii Codd. Thuan. *petit,* non male, judice Heins. qui etiam *terit* conj. duo Codd. *dedit;* unus R. *regit.*—492 *In* deest nonnullis. Gron. et Beism. Ms. *in vulnere.* Dein plurimi *versans;* unus *volvens;* duo *vergens;* sex *vertens.*—494 Pr. Gron. *quis enim.* Novem, inter quos Gron. *ultima matr.* A. et unus

NOTÆ

479 *Partes velare*] Quam curam Julio quoque Cæsari fuisse narrat Tranquillus.

483 *Regia conjux*] Hecubam dicit.

485 *Mala sors*] Quippe quam, ob canitiem, vix quisquam Græcorum sibi contingere optaret.

Nata, jaces: videoque tuum, mea vulnera, vulnus. 495
En, ne perdiderim quenquam sine cæde meorum,
Tu quoque vulnus habes. At te, quia fœmina, rebar
A ferro tutam: cecidisti et fœmina ferro.
Totque tuos idem fratres, te perdidit idem,
Exitium Trojæ, nostrique orbator, Achilles. 500
At postquam Paridis cecidit Phœbique sagittis;
Nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles.
Nunc quoque mi metuendus erat. Cinis ipse sepulti
In genus hoc sævit: tumulo quoque sensimus hostem:
Æacidæ fœcunda fui. Jacet Ilion ingens: 505
Eventuque gravi finita est publica clades:
Si finita tamen. Soli mihi Pergama restant:
In cursuque meus dolor est. Modo maxima rerum,
Tot generis natisque potens, nuribusque viroque,

restat?) filia, extincta es; atque cerno tuum plagam, meas plagas. Ecce, ne amiserim quenquam meorum sine cæde, tu etiam geris vulnus. At te putabam securam ferri, quia fœmina: occubuisti etiam fœmina ferro: idemque Achilles, clades Trojæ, et nostri orbator, exitio dedit tot fratres tuos, idem te afflixit. *At postquam occubuit spiculis Paridis et Apollinis, nunc certe, dixi, Achilles non est reformidandus. Nunc etiam mihi erat reformidandus. Ipse cinis conditi furit in hanc progeniem: expertæ sumus etiam hostem ex sepulcro: fui fœcunda Æacidæ. Superba Troja prostrata est, et communne exitium absolutum est tristi exitu, siquidem absolutum tamen. Troja mihi soli superest; atque ærumna mea est in cursu. Modo maxima rerum, pollens tot generis, tot filiis, et filiabus, atque marito, nunc rapior*

Pat. exhibent *matri*: vulg. *matris*: unde Heins. conj. *Nata tuæ (quis enim superest dolor?) ultima matri.*—495 Vulg. *meum, tua vulnera pectus.* Quidam, *meum tua vulnera vulnus.* Alii aliter. Heins. conj. *tuum mea funera funus.*—496 *En* ex Bernegg. vulg. *et.* Heins. conj. *An,* et vs. seq. *Tu q. v. habes?*—500 Duo libri *Excidium Troj.*—503 Libri vett. *Nunc* pro vulg. *Tunc.* Multi libri *ipse sepultus.*—504 Urbin. *tumulum quoq.*—505 Boxhorn. *fuit I.*—507 *Si* Heins. protulit ex pr. R. et uno Med. vulg. *Sed*: multi Codd. etiam *Nec*: D. Heins. cum Pal. legit *Sit.* Schepper. conj. *Sed f. aliis, sol. &c.* Tres libri etiam

NOTÆ

501 *Phœbi*] Qui Paridis sagittam direxisse dicitur.

504 *Genus hoc*] Priamidas, scilicet.

Tumulo quoque] 'Habet hoc Montanus vitium,' inquit Seneca, 'sententias suas repetendo corrumpit,' &c. 'Solebat itaque Scaurus eum inter oratores Ovidium vocare. Nam et Ovidius nescit, quod bene cessit, relinquere.' Ovidium autem asserunt H. Stephanus lib. de Criticis, et Joh. Passeratius præfat. in armorum judicium.

505 *Æacidæ*] Id est, Ut essent, quos Achilles Æaci nepos mactaret.

507 *Soli mihi*] Quia sicuti belli tempore suus sanguis profundebatur.

509 *Tot*] Priami quinquaginta et

Nunc trahor exul, inops, tumulis avulsa meorum, 510
Penelopæ munus : quæ me, data pensa trahentem,
Matribus ostendens Ithacis, Hæc Hectoris illa est
Clara parens : hæc est, dicet, Priameia conjux.
Postque tot amissos tu nunc, quæ sola levabas
Maternos luctus, hostilia busta piasti. 515
Inferias hosti peperi. Quo ferrea resto ?
Quidve moror ? quo me servas, damnosa senectus ?
Quid, Di crudeles, nisi quo nova funera cernam,
Vivacem differtis anum ? quis posse putaret
Felicem Priamum, post diruta Pergama, dici ? 520
Felix morte sua, nec te, mea nata, peremtam
Aspicit, et vitam pariter regnumque reliquit.
At (puto) funeribus dotabere, regia virgo ;
Condeturque tuum monumentis corpus avitis.
Non hæc est Fortuna domus. Tibi munera matris 525
Contingent fletus, peregrinæque haustus arenæ.

extorris, egena, tracta a sepulcris meorum, donum Penelopæ. Quæ monstrans me, trahentem pensa exhibita, fœminis Ithacensibus, Hæc, inquiet, illa est mater inclyta Hectoris ; hæc est uxor Priami. Atque tu, quæ nunc sola leniebas mœrores maternos post tot perditos, placasti sepulcra hostilia. Enixa sum inferias hosti. Quorsum superstes sum dura ? Vel quid expecto ? quo me servas, senectus damnosa ? Quamobrem, Dii sævi, producitis vivacem anum, nisi ut videam nova funera ? Quis crederet Priamum posse vocari beatum post Trojam eversam ? Beatus morte sua, neque te cernit mactatam, mea filia ; atque deseruit simul vitam et regnum. At (credo) ornaberis exequiis, puella regia : atque tuum corpus sepelietur tumulis avitis. Non ea est sors domus. Tibi obvenient dona matris lacrymæ, atque

habent *uni mihi*.—511 Quindecim libri *Penelopes*.—514 Unus Med. *tu tot quæ sol*.—516 Quatuor *quid* pro *quo ;* et sec. V. *quid ahenea rest*.—517 Vett. libri *annosa senect.* sed cum antiquis Edd. Heins. putat *damnosa* reponendum. —518 Sic Heins. refingit. Vulg. *Quo D.* at *quid* monet scribendum cum pr. V. pr. Twisden. et duobus Med. Deinde ex N. S. Marci, Bernegg. aliisque reposuit *quo* pro vulg. *uti*.—519 Pal. *Viv. servatis an*.—523 Med. Fl. et N. *fun. donabere, reg*.—524 Ms. Bersm. *Credeturq*.—526 Gron. et Mor. *Contin-*

NOTÆ

quatuor liberorum nomina habes apud Hyginum et Apollodorum ; quorum decem masculos, septem fœminas, ex Hecuba susceptos cognoscas.

511 *Penelopæ*] Quia Ulyssi Penelopes marito sorte Hecuba obtigerat.

516 *Ferrea*] Quæ per tot calamitates extingui non potuit.

523 *Funeribus*] Exequiarum magnifico apparatu. Ironice autem loquitur.

526 *Arenæ*] Quæ eruitur, deinde super cadaver injicitur.

Omnia perdidimus. Superest, cur vivere tempus
In breve sustineam, proles gratissima matri,
Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
Has datus Ismario regi Polydorus in oras. 530
Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
Abluere, et sparsos immiti sanguine vultus?
Dixit: et ad littus passu processit anili,
Albentes laniata comas. Date, Troades, urnam,
Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas: 535
Aspicit ejectum Polydori in littore corpus,
Factaque Threiciis ingentia vulnera telis.
Troades exclamant: obmutuit illa dolore;
Et pariter vocem, lacrymasque introrsus obortas
Devorat ipse dolor: duroque simillima saxo 540
Torpet: et adversa figit modo lumina terra;
Interdum torvos sustollit ad æthera vultus:
Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera, nati,

injectio pulveris peregrini. Omnia amisimus. Restat Polydorus filius acceptissimus matri, nunc solus, olim minimus de prole mascula, concreditus regi Thracio in istis regionibus, quamobrem possim vivere in exiguum temporis spatium. Quamobrem cesso interea lavare aqua pura sæva vulnera, et faciem infectam fædo cruore? Absolvit; atque accessit gressu anili ad littus discerptos habens crines albos. Trojanæ, dixerat ærumnosa, admovete situlam, ut sumeret aquas puras: Videt corpus Polydori repulsum ad littus, et plagas vastas impactas ferro Thracio. Trojanæ vociferantur: illa obmutuit dolore, et ipse dolor simul absorbet vocem et fletus introrsum excitos: atque simillima rigido silici riget; et nunc demittit oculos in terram oppositam; nunc tollit ad cœlum infensam faciem: nunc aspicit vultum, nunc

gunt; unus *Contingant;* Bas. *Contigerint.*—532 Unus Heins. *spars. insonti sang.* alius *stillanti.*—533 *Processit* ex vett. libris pro vulg. *procedit* Heins. dedit: tres *properarit;* unus Mor. *protendit.*—534 *Laniata* est ex pr. Bas. atque aliis quatuor; vulgo *lacerata.*—537 Mss. Gebhard. *Factaq. Treicidis;* unde ille Crepund. III. 23. *Threcicidis.* Dein unus Bas. *hærentia vuln.*—541 S. Marci, Thuan. et unus Heins. *adversa...terræ:* in altero Heins. *apposita.*—542 O. *intendit* pro *sustollit;* Cant. Jun. et alii permulti *extollit;* tres *attollit;* Sprotii *extendit;* Voss. *intendit:* quatuor *tollit torvos ad sidera vult.*—

NOTÆ

530 *Ismario*] Polymestori Thraciæ regi: Ismarus enim Thraciæ mons est.

536 *Aspicit*] Diversa est Euripidis œconomia, qui ancillam inducit Polydori corpus pallio involutum pro aqua ad dominam referentem.

537 *Threiciis*] Polydorum enim Polymestor Thraciæ tyrannus jugulaverat.

Vulnera præcipue : seque armat et instruit ira.
Qua simul exarsit, tanquam regina maneret, 545
Ulcisci statuit ; pœnæque in imagine tota est.
Utque furit catulo lactente orbata leæna,
Signaque nacta pedum, sequitur, quem non videt, hostem ;
Sic Hecube, postquam cum luctu miscuit iram,
Non oblita animorum, annorum oblita suorum, 550
Vadit ad artificem diræ Polymestora cædis :
Colloquiumque petit : nam se monstrare relictum
Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.
Credidit Odrysius : prædæque assuetus amore
In secreta venit : cum blando callidus ore, 555
Tolle moras, Hecube, dixit : da munera nato.
Omne fore illius quod das, quod et ante dedisti,
Per Superos juro. Spectat truculenta loquentem,
Falsaque jurantem : tumidaque exæstuat ira ;
Atque ita correptum captivarum agmine matrum 560
Involat, et digitos in perfida lumina condit,

plagas filii jacentis, plagas præsertim : seque armat et instruit ira. Qua statim atque excaluit, quasi esset adhuc regina, decrevit ulcisci, atque tota est in cogitatione pœnæ. Et sicut leæna privata catulo lactente furit, et nacta vestigia sequitur hostem quem non videt ; sic Hecuba postquam miscuit iram cum luctu, non immemor animorum, immemor senectutis, it ad Polymestorem auctorem crudelis necis, et poscit affari : quia cuperet illi ostendere aurum relictum, occultum, quod traderet filio. Thracius fidem habuit : atque concessit in secretum assuetus cupidine prædæ. Noli cunctari, Hecuba, inquit, versutus mollibus verbis : porrige dona filio. Juro per Deos, omne quod offers, et quod antea obtulisti futurum illius. Atrox aspicit loquentem, et ficta jurantem, atque furit ira turgida. Et injicit se cum turba fœminarum captivarum in illum *prehensum, et abdit digitos in perfidos oculos, et illos revellit*

544 V. et N. *instr. iram ;* quod Heins. elegantius putat.—549 Unus Med. *postq. luctu permiscuit ir.*—554 Heius. monet *amori* scribendum ; vel, quod nihilo sit deterius, *allectus amore.*—556 Leid. et duo alii *Toll. metus ;* Mor. *minas.*—560 Vulg. *Atque ita correpto captivarum agmina matrum Invocat. Correptum* Bernegg. a manu prima, et pro diversa lectione pr. Gron. *correpta* N. Arund. tert. Med. Pro *agmina* pr. sec. V. Fr. et septem alii, *agmine. Involat* Fr. p V. Calandr. Thuan. et alii sex. Unde, cum primo Moreti, Heins. nostra lectionem suadet.—561 Heidelb. *lumin. vertit.*—562 Vulg. *Expellitq.*

NOTÆ

546 *Pœnæ*] Qua Polymestorem afficeret.

554 *Odrysius*] Polymestor Thracius : sunt enim Odrysæ Thraciæ populi.

Exspoliatque genas oculis, (facit ira valentem,)
Immergitque manus: fœdataque sanguine sonti
Non lumen, neque enim superest, loca luminis haurit.
Clade sui Thracum gens irritata tyranni 565
Troada telorum lapidumque incessere jactu
Cœpit. At hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur: rictuque in verba parato
Latravit, conata loqui. Locus extat, et ex re
Nomen habet: veterumque diu memor illa malorum, 570
Tum quoque Sithonios ululavit mœsta per agros.
Illius Troasque suos, hostesque Pelasgos,
Illius Fortuna Deos quoque moverat omnes:
Sic omnes, ut et ipsa Jovis conjuxque sororque
Eventus Hecubam meruisse negaverit illos. 575

ex genis, (ira ministrat vires,) et inficit manus, et eruit non oculos, neque enim restant, sed *sedes oculorum. Natio Thracia offensa damno sui regis, cœpit invadere Trojanam jactu saxorum et missilium. At hæc persequitur lapides jactos morsibus cum murmure rauco: et conata fari ore in verba parato, latravit. Locus superest et habet nomen ex re: atque illa diu recordans antiquarum ærumnarum, tum etiam tristis ululavit per campos Sithonios. Sors illius tetigerat et Trojanos, et Græcos hostes, atque omnes Deos insuper: ita omnes, ut et ipsa Jovis uxor et soror dixerit Hecubam non esse dignam hujusmodi exitus.*

genis oculos: in nonnullis *expilatq.* in altero V. et Cælest. *Expoliatq.* pr. Gron. et Thuan. et decem alii *Extraxitq.* Heins. profert *Expilatq.* ex pr. et sec. Pal. V. Cant. O. tert. quart. Med. et multis aliis. Suadet etiam *genas oculis* ex uno R. qui habet *Expilatq. genas oculis.* Deinde unus Ciofan. tert. Med. et multi alii, *ira potentem.* Plurimi, *nocentem.*—563 Berolin. *sang. sontis.*—566 Berolin. *Troiada.* Unus Ambros. et Heins. *lapidumque lacessere.*—568 Plurimi, *ad verba.*—569 Med. et Mor. *canis* pro *locus.*—571 Vulg. *Tunc quoq.*

NOTÆ

566 *Troada*] Hecubam Trojanam.

568 *Morsibus*] In canem propter animi rabiem et acerbitatem mutatam volunt Hecubam; nisi forte per contemtum ita appellatam credideris: utut sit, ejus sepulcrum, quod in Chersoneso Thraciæ juxta Seston Strabo collocat, *canis sepulcrum*, κυνὸς σῆμα, dicitur, principibus præsertim monumentum.

571 *Sithonios*] Thracios; quorum pars fuerunt Sithonii.

574 *Ipsa*] Utcumque Trojanis infensissima.

Fab. III. Memnonis Cineres in Aves.

Memnon, Tithoni et Auroræ filius, Priamo ferens auxilium ab Achille occiditur. Mater ergo precibus pro assiduo officio inducendæ lucis ab Jove impetrat, ut in cineres ejus adusto rogo sorores* in volucres convertantur, Memnonides nomine. Quæ memores belli quotannis ad sepulcrum ejus conveniunt, et inter se dimicantes sanguine suo Manibus ejus frequentes parentant. Et ipsa mater ejus matutinis temporibus lacrymas desiderio filii sui Memnonis transmutat in rorem: quod tamen monumentum in Phrygia constituit patruus ejus: ut Hesiodus vult.

Non vacat Auroræ, quanquam îsdem faverat armis,
Cladibus, et casu Trojæque Hecubæque moveri.
Cura Deam propior, luctusque domesticus angit
Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater. 580
Vidit; et ille color, quo matutina rubescunt
Tempora, palluerat: latuitque in nubibus æther.
At non impositos supremis ignibus artus
Sustinuit spectare parens: sed crine soluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non est 585
Dedignata Jovis, lacrymisque has addere voces:
Omnibus inferior, quas sustinet aureus æther,

III. *Non est otium Auroræ, tametsi fautrix fuerat eorundem armorum, tangi damnis atque interitu Trojæ, atque Hecubæ. Solicitudo propior, et mœror domesticus Memnonis perditi movet Deam, quem mater crocea vidit occumbentem in agris Trojanis mucrone Achilleo. Aspexit, et ille color, quo tempora matutina rubent, palluerat: atque cœlum obscuratum est nebulis. At mater non potuit intueri membra imposita ultimis flammis; sed coma lacera, sicut erat, non abnuit sese demittere ad genua magni Jovis, atque adjicere hæc verba fletibus: Minor omnibus,*

Gron. *Nunc.*—576 Barb. et unus A. *isd. faverit arm.*—577 Unus Heins. *Hecubesque.*—578 Berolin. *domest. arctat.*—579 Unus R. *quem cœrula camp.*—581 Pr. Gron. pro var. lect. *ille*] *Deus;* unde Heins. conj. *decor.* O. etiam *mat. rubescit*, ut sit Græcismus.—582 Exc. Langerm. *latuit sub nub.*—586 Liber Sprotii *lacrymosasq. add.* Quinque *has edere voc.*—587 Heins.

NOTÆ

576 *Isdem*] Trojanis, scilicet, propter Tithonum maritum, Laomedontis filium Priamique fratrem.

579 *Lutea*] Aurora enim Memnonis mater rutila ac rubicunda apparet.

(Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem,)
Diva tamen venio: non ut delubra diesque
Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras. 590
Si tamen aspicias, quantum tibi fœmina præstem,
Tum cum luce nova noctis confinia servo,
Præmia danda putes. Sed non ea cura; neque hic est
Nunc status Auroræ, meritos ut poscat honores.
Memnonis orba mei venio: qui fortia frustra 595
Pro patruo tulit arma suo; primisque sub annis
Occidit a forti (sic vos voluistis) Achille.
Da, precor, huic aliquem, solatia mortis, honorem,
Summe Deum rector, maternaque vulnera leni.
Jupiter annuerat; cum Memnonis arduus alto 600
Corruit igne rogus, nigrique volumina fumi
Infecere diem: veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.

quas cœlum splendidum habet, (nam mihi sunt rarissima templa in orbe,) attamen Dea accedo, non ut mihi tribuas delubra et dies sacros, aut altaria calitura. Si tamen consideres, quantum tibi tribuam fœmina, tum cum custodio fines noctis luce nova, arbitreris mercedem rependendam. Verum non ea solicitudo, neque hic est nunc status Auroræ, ut petat dignos honores. Adsum privata meo Memnone, qui nequiequam gessit generosa arma pro patruo suo, atque (ita vobis volentibus) ineunte juventute mactatus est a strenuo Achille. Concede, quæso, aliquem honorem huic, in consolationem obitus, supreme arbiter Deorum, atque mitiga plagas maternas. Jupiter annuerat; cum excelsa pyra Memnonis subsedit sublimi igne, et vortices fumi atri obscuraverunt diem: veluti cum fluvii emittunt nebulas ortas,

volebat *quot* pro *quas*. Plurimi *arduus æth.* sed quia *æther* mox præcessit Heins. malebat *aur. axis*, quod unus Arg. habet.—589 Meliores, teste Heins. *venio;* alii *veni.* Pro *diesq.* pr. Mor. *decusq.* pr. Erfurt. pr. Gron. tert. Med. et alii *bovesq.* Heins. conj. *popasq.* scil. popas sacrificos: Fl. S. Marci habet *Deisque;* et vs. seq. *sacrificis.* Burm. conj. *dapesq...sacrificas;* sed addit 'Forte præstiterit *focos sacrificos;* vel nihil mutare.'—593 Med. *hæc* pro *ea.* Alter Med. *non ea causa; neq.*—594 Arg. *merit. sibi posc.*—596 V. Bas. duo Mor. *sub armis.*—597 Tres *concidit.* Mor. *a magno.* Plurimi *sic Di voluistis:* vid. Metam. I. 2.—598 Mor. *sol. mentis hon.* O. *moris.*—599 Quidam *maternaq. pectora len.* unus *muncra.*—602. 603 Berolin. exhibet *vel. dum flum.* Thuan. *flamina* pro *flumina;* et pr. Bas. *nigras;* Burm. suadet *latas.* Fl. S. Marci priorem omittit, et legit *nigriq. vol. fumi Exhalat nebulas.* Bothius legendum putat *vel. cum flumine natæ Exha-*

NOTÆ

592 *Luce nova*] Quæ noctem ulterius progressuram prohibet. Poëtice autem hæc dicuntur.

596 *Patruo*] Priamo, scilicet.

597 *Sic vos*] Ut non inferior Memnon manu Achillis cecidisse videatur.

Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum
Densatur; faciemque capit; sumitque calorem 605
Atque animam ex igni. Levitas sua præbuit alas.
Et primo similis volucri, mox vera volucris
Insonuit pennis. Pariter sonuere sorores
Innumeræ, quibus est eadem natalis origo.
Terque rogum lustrant: et consonus exit in auras 610
Ter clangor: quarto seducunt castra volatu.
Tum duo diversa populi de parte feroces
Bella gerunt: rostrisque et aduncis unguibus iras
Exercent, alasque adversaque pectora lassant:
Inferiæque cadunt cineri cognata sepulto 615
Corpora: seque viro forti meminere creatas.

neque Sol infra recipitur. Nigra favilla volat, atque conglobata in unum corpus firmatur, et formam induit, atque capit calorem et animam ex igne. Leritas sua dedit alas. Atque primo similis avi, mox vera avis strepitum fecit pennis: simul sorores innumeræ strepitum fecere, quibus est eadem origo natalis. Terque circumvolant pyram; et ter clamor consonus prorupit in aërem. Quarto volatu dividunt agmen. Tum duo sævi populi bella gerunt ex diversa parte: atque exercent iras rostris et curvis unguibus; et fatigant alas et pectora adversa: atque corpora cognata decidunt inferiæ condito cineri; et recordantur se ortas ex strenuo viro.

lant nebulæ: hoc est, exhalantur.—605 Quidam, ut S. Marci, N. pr. Pal. *Densetur*, quod Heins. probat. Pal. quint. *rapit* pro *capit*. Deinde *Calorem* pro vulg. *colorem* dedit Heins. ex sec. Pal. O. et aliis.—606 Multi vett. *animam:* vulg. *animum*.—607 Berolin. *volucr. simil.* Fl. et N. *mox prima volucr.*—608 Arg. *son. per auras*.—610 Heidelb. *Terq. locum*. Dein in uno Ciofan. *et ter son.* Berolin. *et cum*.—611 Vulg. *plangor:* Heins. præfert *clangor* ex pr. Mor. sec. Pal. quart. Med. O. et aliis. Dein in Cælest. et Capran. *quart. secedunt castr.* Pr. Pal. et V. et Bas. cum Cant. et Arund. et septem aliis *succed. astra.* Tres cum pr. R. *secernunt castra:* unus Heins. *seducunt claustra;* octo *succedunt castra*.—613 Heidelb. *rostris*, omisso *que*.—614 Berolin. *alas*, omisso *que*. Deinde A. *exertaque:* et duo *laxant;* totidem *pulsant;* et plures alii *laxant*.—615

NOTÆ

606 *Levitas*] Acute dixit, namque in altum tanquam alas haberent tolluntur quæ levia sunt.

612 *Duo*] Quia in duas partes divisi: ut gladiatorum modo, qui in funeribus patriciis exhiberi solebant, Memnonis funera cohonestarent. Fabulam autem quod attinet, inde natam volunt, quod ex Æthiopia, quæ magis ad ortum et Auroram spectat, aves quædam quotannis, aut certe, ut aliis placet, quinto quoque anno, in Phrygiam advolarent; quas quidem aves ibi Memnoni ideo parentare voluerunt, quod illic sepultus esset rex Æthiopicus. Quod si ad mores fabulam accommodaveris, per aves præclara Memnonis facta ut intelligas, quibus certatim celebratus fuerit, nihil prohibet.

Præpetibus subitis nomen facit auctor; ab illo
Memnonides dictæ, cum Sol duodena peregit
Signa, parentali perituræ Marte rebellant.
Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum: 620
Luctibus est Aurora suis intenta, piasque
Nunc quoque dat lacrymas, et toto rorat in orbe.

Fab. IV. Anii Filiæ in Columbas.

Æneas cum patre Anchise et filio Ascanio profugus Delphos [Delon] venit. Hic ab Anio sacerdote Apollinis recipitur hospitio, quibus indicat quinque se filiorum parentem orbum relictum. Andrum enim filium, a quo Andros insula, reliquisse patriam narrat. Huic ut Apollo dederit augurium, sic Liberum dedisse virginibus, ut contacta manibus earum in segetem, vinum, oleumque verterentur. Eas Agamemnon, ut cœlesti munere exercitum aleret, cum vellet abducere, in insulam eandem Andron profugisse. Hinc rursus, ne vinculis illigatæ raperentur, potentia regis Agamemnonis, Liberi numen effecit, ob misericordiam et muneris sui causam, ut in columbarum speciem transferrentur.

Nec tamen eversam Trojæ cum mœnibus esse
Spem quoque fata sinunt. Sacra, et sacra altera patrem,

Auctor dedit nomen avibus repentino natis: quæ ab illo Memnonides dicuntur, morituræ bellum gerunt Marte parentali, cum Sol permeavit duodecim signa. Adeoque aliis visum lugubre Hecubam latrasse: Aurora est intenta suis doloribus; et nunc etiam emittit pios fletus, et rorem spargit toto orbe.

IV. *Neque tamen fata patiuntur spem Trojæ periisse cum muris. Heros Cythe-*

Langerm. *cin. congesta:* mox duo libri *sepulcro.*—617 Arg. *nom. dedit auct.*—619 *Perituræ* ex tribus scriptis: vulg. *morituræ. Marte* est ex emend. Heins. vulg. *morte:* alii *voce,* vel *more,* vel *jure.* Dan. Heins. præfert quod est in Pal. *parental. morituræ more rebell.*—620 Deest hic vs. in Fr. et aliis.—622 Gron. *cum* pro *et.* Schepper. malit *ror. ab ore.*—623 *Nec* ex melioribus dedit Heins. vulg. *Non.* Fr. *urbis* pro *esse.*—624 Nonnulli legunt *sacer et sacra.*—

NOTÆ

619 *Parentali*] Parentalia sacrificia erant proprie quæ Manibus fiebant.

620 *Dymantida*] Hecubam, Dymantis filiam, Homero; Cissei autem, Thraciæ regis, Euripidi.

622 *Rorat*] Poëtica phantasia rorem Auroræ lacrymas dixit.

623 *Nec tamen*] Vide quam apte fabulas suas connectat Poëta.

624 *Sacra*] 'Sacra suosque tibi commendat Troja Penates,' per somnum Æneæ dixerat Hector apud Virgilium.

Sacra altera] Patrem dicit sacrum, neque temere; namque nulla est imago Dei magis expressa patre.

Fert humeris, venerabile onus, Cythereius heros. 625
De tantis opibus prædam pius eligit illam,
Ascaniumque suum: profugaque per æquora classe
Fertur ab Antandro: sceleratagque limina Thracum,
Et Polydoreo manantem sanguine terram
Linquit: et utilibus ventis æstuque secundo 630
Intrat Apollineam, sociis comitantibus, urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antistite Phœbus
Rite colebantur, temploque domoque recepit:
Urbemque ostendit, delubraque vota, duasque
Latona quondam stirpes pariente retentas. 635
Thure dato flammis, vinoque in thura profuso,
Cæsorumque boum fibris de more crematis,

reius portat sacra, et patrem altera sacra, humeris, pondus venerabile. Ille pius eligit illam prædam de tantis diritiis, atque suum Iulum: et vehitur ab Antandro classe exule per maria: atque deserit oras facinorosas Thracum, et tellurem perfusam cruore Polydoreo: et ventis secundis æstuque favente subit urbem Apollineam una cum comitibus. Anius, quo rege homines, sacerdote Apollo bene colebantur, eum excepit delubro et domo: atque monstravit urbem, et templa dedicata, et duas arbores olim correptas a Latona pariente. Thure admoto ignibus, et mero sparso in thura, atque extis taurorum mactatorum igne consumtis de more, conce-

626 Gryph. Ed. *De tantisque.* Deinde sec. Pal. *pius excipit:* et complures exhibent *unam.*—628 Ex vett. Heins. recepit *limina* pro vulg. *littora;* unus etiam Heins. *mœnia.*—629 Unus Bas. *Polydore tuo man.* eleganter, Burm. judice.—630 Gron. *flatuque.*—631 O. et duo alii *soc. comitatibus.*—632 Duo *hom. quo antist.*—633 *Colebantur* recepit Heins. cum sec. V. et quatuor aliis; vulg. *colebatur.*—634 *Vota* ex pr. Bonon. et quatuor aliis; ceteri *nota.*—636 Novem Codd. *thur. refuso.*—637 Meliores *Cæsorumque;* alii *Cæsarumq.* In uno Ciofan. *mor. resectis:* Bas. et duo alii *litatis.*—638 *Positique* recepit

NOTÆ

625 *Cythereius*] Æneas Veneris, quæ Cytherea, a Cytheris insula contra Cretam: de quibus sæpius.

627 *Ascanium*] Filium Æneæ nullus nescit; qui et Iulus dictus est.

628 *Antandro*] Quæ urbs est Phrygiæ minoris, ad radices Idæ montis, ubi Æneæ classis fabricata. Hodie *S. Dimitri.*

Sceleratæ] Quia ibi per scelus mactatus Polydorus Priami filius.

630 *Linquit*] Quanquam ibi urbem Ænum ædificasset.

631 *Apollineam*] Delum, scilicet, Apollinis oraculo insignem.

632 *Anius*] 'Rex hominum Phœbique sacerdos' a Marone dicitur; cujusmodi omnes Christiani esse deberent, siquidem pro Phœbo verum Deum colerent.

635 *Stirpes*] Arbores dicit, quæ amplexa Latona Apollinem et Dianam peperit: ut habet fabula.

Regia tecta petunt: positique tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tum pius Anchises: O Phœbi lecte sacerdos, 640
Fallor? an et natum, cum primum hæc mœnia vidi,
Bisque duas natas, quantum reminiscor, habebas?
Huic Anius, niveis circumdata tempora vittis
Concutiens, et tristis, ait: Non falleris, Heros
Maxime: natorum vidisti quinque parentem: 645
Quem nunc (tanta homines rerum inconstantia versat)
Pæne vides orbum. Quid enim mihi filius absens
Auxilii? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque et regna tenentem.
Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber 650
Fœmineæ sorti voto majora fideque
Munera: nam tactu natarum cuncta mearum

dunt in sedes regias: et postquam consedissent in excelsis tapetibus, sumunt dona Cerealia cum vino liquido. Tum pius Anchises, O delecte antistes Apollinis, decipior? an, cum primum invisi hanc urbem, habebas, quantum recordor, et filium et quatuor filias? Anius concutiens tempora cincta vittis candidis, atque mæstus, hæc *reddit: Non deceptus es, heros maxime: vidisti* me *patrem quinque liberorum: quem nunc cernis prope orbum: tanta mutabilitas rerum agitat homines. Quid enim filius absens mihi* affert *opis? quem, habentem locum et imperium pro patre, Andros terra appellata ejus nomine retinet. Delius huic præbuit vaticinium: Bacchus præbuit alia dona, supra desideria et fidem, sorti fœmineæ: namque omnia muta-*

Heins. ex Barb. pro vulg. *positisque.*—640 Leid. *Tunc pater Anch.* quatuor *Tunc prius.*—643 *Vitreis c. t. vittis* Bas. *Velatus tempora* Med. *tempora canis* Pal. sec. in uno erat *metis;* Burm. putat pro *mitris;* nam ita apud Lucan. v. 170. 'Colla ferens, vittasque Dei, Phœbeaque serta,' &c. in uno Hamburgensi codice ait esse *mitrasque Dei.*—646 Pro *homines* quatuor *hominem:* quidam *hominis rerum inc. versa est:* pro *versat* etiam tres *servat:* Bas. *vexat.*—647 *Vid. viduum* liber Sixii. Deinde vulg. legitur *quod enim est mihi fil. abs. Auxilium?* nonnulli *quid enim.* Heins. cum O. suadet *quid enim...Auxilii.*—649 Numeros satis evincere nihil hic Nasonianum esse censet Heins. Suadet ergo, *locos et regna,* vel *loci jam regna* aut *sceptra:* sed vid. Heins. in Not. Var.—651 *Sorti* est in Bas. pr. et Arund. et duobus aliis pro var. lect. vulg. *stirpi.*—

NOTÆ

639 *Cerealia*] Panem, scilicet: de quo toties.

649 *Andros*] Maris Ægæi insula prima inter Cycladas: quæ hodie *Andro.*

650 *Delius*] Apollo, in Delo insula natus, ubi et celeberrimum habuit oraculum.

Liber] Bacchus.

In segetem, laticemque meri, baccamque Minervæ
Transformabantur: divesque erat usus in illis.
Hoc ubi cognovit Trojæ populator Atrides, 655
(Ne non ex aliqua vestram sensisse procellam
Nos quoque parte putes,) armorum viribus usus,
Abstrahit invitas gremio genitoris: alantque
Imperat Argolicam cœlesti munere classem.
Effugiunt quo quæque potest. Eubœa duabus, 660
Et totidem natis Andros fraterna petita est.
Miles adest: et, ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas consortia pectora pœnæ
Dedit: et ut timido possis ignoscere fratri,
Non hic Æneas, non, qui defenderet Andron, 665
Hector erat: per quos decimum durastis in annum.

bantur tactu filiarum mearum in frumentum, et liquorem vini, et olivas Minervæ: atque usus erat dives in illis. Postquam Atrides vastator Trojæ hoc compertum habuit, (ne credas nos etiam non expertos esse aliquo modo vestram cladem,) usus viribus armorum abstrahit nolentes ex sinu patris; atque jubet pascant classem Græcam dono cœlesti. Dilabuntur quo cuique licet. Duæ meæ filiæ iverunt in Eubœam, atque totidem concesserunt in Andron a fratre suo possessum. Classis inimica appellit; et nisi reddantur, intentat bellum. Pietas superata pavore objecit sorores pœnæ: atque, ut possis veniam dare fratri pavido, non ibi erat Æneas, non Hector, per quos mansistis in annum decimum, qui posset tueri Andron. Jam-

653 Gron. et septem alii *segetes laticesq.* plurimi *segetem laticesq.* Pat. et Mor. *laticemq. merum.* Deinde nonnulli alii *canæque Minerv.*—658 Mor. *Abstulit invit.*—659 Duo *divino mun.* Unus *numine. Classem* ex melioribus; vulg. *gentem.*—660 Mor. et quinque alii *Eubœa duobus.*—661 Heins. malebat *Natubusque Andros totidem frat.* Quidam *potita est.*—662 Fere omnes *ni reddantur.* Jun. etiam *bell. minantur.*—663 Ante Heins. edebatur *consort. corpora.*—664 *Dedit; et ut* est ex Heins. emend. vulg. *Dedidit et:* N. *Dedit et:* multi etiam *Tradidit;* alii *Reddidit,* vel *Edidit. Possis* multi vett. vulg. *posses.*—666 Bas. Pal. et duo alii *dec. per quos.* Septem libri *per quem.*—

NOTÆ

653 *Baccam*] Olivam dicit; Minervæ ideo sacram quod olivam arborem, hasta in terram impacta, pacis insigne produxerit, cum de nomine Athenis imponendo inter eam et Neptunum ageretur.

654 *Transformabantur*] Inde nata fabula, quod ejus generis fructuum vim magnam ex donis Apollini oblatis colligeret sacerdos Anius; ejus filiæ asservarent.

655 *Atrides*] Agamemnon, Atrei filius.

660 *Eubœa*] Quæ insula est maxima maris Ægæi, a Bœotia Euripo admodum angusto diremta. Hodie *Négrepont.*

661 *Natis*] Pro Natabus.

663 *Pœnæ*] Agamemnoni tradidit, ut de captiva faceret quod vellet; siquidem ei resistere non posset.

Jamque parabantur captivis vincla lacertis.
Illæ tollentes etiamnum libera cœlo
Brachia, Bacche pater, fer opem, dixere: tulitque
Muneris auctor opem. Si miro perdere more 670
Ferre vocatur opem. Nec qua ratione figuram
Perdiderint, potui scire, aut nunc dicere possim.
Summa mali nota est: pennas sumsere; tuæque
Conjugis in volucrem, niveas abiere columbas.

Fab. V. Orionis filiæ in Coronas.

Discedentes ab Anio Anchises et Æneas invicem munera dant et accipiunt. In quibus fuit crater Æneæ datus, ab Alcone Lydio cœlatus; Anius autem a Therse Bœotio acceperat: in quo sculptæ erant Thebæ et Orionis filiæ, quæ pro populo Thebano passæ erant immolari. Et harum proci cum cineribus adusti essent, duo adolescentes inde increverunt: qui et virginum nomine Coronæ sunt nominati.

Talibus atque aliis postquam convivia dictis 675
Implerunt, mensa somnum petiere remota.
Cumque die surgunt, adeuntque oracula Phœbi:
Qui petere antiquam matrem, cognataque jussit
Littora. Prosequitur Rex, et dat munus ituris;

que funes adornabantur brachiis captivis. Illæ obtendentes lacertos etiamnum liberos cœlo, Bacche pater, dixerunt, ades in auxilium: atque auctor doni affuit in auxilium: siquidem perdere inaudito modo dicitur adesse in auxilium. Neque licuit cognoscere, quomodo amiserint formam, aut nunc possim aperire. Caput damni perspectum est. Induerunt pennas, atque mutatæ sunt in columbas albas, aves tuæ uxoris.

v. *Postquam absolverunt convivia tulibus atque aliis sermonibus, concesserunt ad somnum mensa sublata. Et surgunt cum die; et accedunt ad oracula Apollinis: qui hortatus est quærere veterem matrem, et littora socia. Rex comitatur, et offert*

668 Berolin. *etiamnunc.*—671 O. *Ferr. vocetur op.* Heidelb. *vocatis.*—672 Thysii *tibi* pro *nunc.* Duo Bas. etiam, et tres alii *discere. Possim* est ex uno Voss. et Sixii; vulg. *possum.*—674 *Volucrem* Heins. dedit cum sec. Pal. O. quart. Med. et tribus aliis; vulg. *volucres.*—676 *Petiere* displicet Bothio, quia mox sequitur *petere:* emendat igitur *somni meminere.*—677 Berolin. *adeunt orac.* omisso *que.*—678 Heidelb. cum Sprotii libro et Med. *suasit* pro *jussit.*—679 Arg. et Thysii *Litt. progreditur R.*—681 *Cratera* est ex uno Heins. et V.

NOTÆ

673 *Tuæ*] Quia cum Venere Anchises concubuisse dicitur, ex qua Æneas ortus est.

678 *Antiquam*] Italiam, scilicet, unde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus.

Anchisæ sceptrum, chlamydem pharetramque nepoti, 680
Cratera Æneæ; quem quondam miserat illi
Hospes ab Aoniis Therses Ismenius oris.
Miserat hunc illi Therses, fabricaverat Alcon
Myleus; et longo cœlaverat argumento.
Urbs erat: et septem posses ostendere portas: 685
Hæ pro nomine erant, et, quæ foret illa, docebant.
Ante urbem exequiæ, tumulique, ignesque, rogique,
Effusæque comas et apertæ pectora matres
Significant luctum. Nymphæ quoque flere videntur,
Siccatosque queri fontes. Sine frondibus arbos 690
Nuda riget: rodunt arentia saxa capellæ.
Ecce facit mediis natas Orione Thebis,

dona discessuris; Anchisæ sceptrum, chlamydem et pharetram nepoti, craterem Æneæ, quem Therses Ismenius hospes illi olim miserat a regionibus Bœotiis. Therses illi hunc miserat, Alcon Myleus fabricaverat, atque sculpserat prolixa historia. Urbs erat; atque facile erat monstrare septem portas. Hæ erant loco nominis, et indicabant quænam illa esset. Funera ante urbem, et sepulcra, et flammæ, et pyræ, et matronæ habentes capillos sparsos et pectora nuda designant mœrorem. Nymphæ videntur etiam lacrymari, et fontes ejulare. Arbor spoliata foliis nuda stat: capræ vellicant cautes siccas. Ecce sculpsit mediis Thebis filias Orionis,

vulg. *Craterem.*—682 Magna hic varietas. Pro *Aoniis* alii *Hæmoniis, Hispanis, Ioniis, &c.* Pro *Ismenius* unus Heins. *Vmenciis*, Grævian. *Imenciis*, unde Heins. conj. *Minycius;* sed vid. Nott. Varr.—685 O. *poss. offendere;* Thysii *ascendere:* et duo libri *valras.*—687 Med. *tumuliq. urbesq. rog.* unde Heins. conj. *urnæq.*—689 Med. *Signarunt luct.* et O. et tredecim alii *luctus.*—690 Quidam *frond. arbor.*—691 Ex S. Marci, N. Thuan. Bernegg. O. pr. Gron. sec. Pal. tert. Med. aliisque compluribus Heins. reposuit *rodunt* pro vulg. *lambunt.*—692 Vulg. *nat. ab Echione T.* quidam vett. etiam *ab origine;* Berolin. *ab Erigone:* at Heidelb. *aborione;* 'hoc est' Bothius inquit '*ab Orione;* verum

NOTÆ

680 *Nepoti*] Iulo, scil. seu Ascanio, Æneæ filio.

682 *Aoniis*] Pars Bœotiæ montana Aonia dicta est.

Ismenius] Thebanus, ab Ismeno Bœotiæ fluvio.

683 *Alcon*] Qui aurifex atque sculptor insignis: fuit et alius, sagittandi peritia celebris; de quo Virgilius.

684 *Myleus*] Qui Mylas patriam habuit. Duæ autem fuerunt; hæc in Thessalia, altera in Sicilia.

686 *Hæ*] Quia Thebæ Bœotiæ septem habuerunt portas.

689 *Luctum*] Tum propter pestem grassantem; tum propter ferale sacrum duarum Orionis filiarum, quæ se sponte pro patriæ salute devoverant. Cum enim pestilentia laborarent Thebani, oraculo admoniti fuerunt eam cessaturam si se duæ virgines pro populo traderent.

690 *Queri*] Nam et in illis Nymphæ.

Hanc non fœmineum jugulo dare pectus aperto,
Illam demisso per fortia vulnera telo
Pro populo cecidisse suo; pulchrisque per urbem 695
Funeribus ferri, celebrique in parte cremari:
Tum de virginea geminos exire favilla,
Ne genus intereat, juvenes, quos fama Coronas
Nominat, et cineri materno ducere pompam.

Fab. VI. et VII. Ambracius in Saxum. Molossi Filii in Aves.

Petentes insulam Cretam, et hinc Italiam supradicti, ut aliquando errorem positis ædibus finire possent, multis regionibus transitis, Ambraciam adeunt, a Diis per certamen petitam: in quam Ambracii imaginem in saxum conspiciunt figuratam. Hinc in Chaoniam, in qua oraculum Jovis, delati aspiciunt Molossi regis filios: qui, ne flamma consumerentur, immortalium numine factum est, ut in avium figuras transmutarentur.

Hactenus antiquo signis fulgentibus ære 700
Summus inaurato crater erat asper acantho.
Nec leviora datis Trojani dona remittunt:
Dantque sacerdoti, custodem thuris, acerram;

hunc exhibentem pectus non muliebre nudato collo, illam occumbentem pro gente sua cultro adducto per generosas plagas; et elatum magnificis exequiis per urbem, atque crematum in platea celebri: tum duos adolescentes prodeuntes ex cinere virgineo, ne stirps pereat, quos fama appellat Coronas, atque ducentes pompam favillæ maternæ.

VI. VII. *Hactenus signis splendentibus veteri ære; extrema ora crateris erat aspera acantho inaurato. Neque Trojani remittunt munera minora oblatis; atque offerunt sacerdoti acerram thuri servando, offerunt pateram, atque coronam fulgen-*

videtur.'—693 Fl. S. Marci *Agmen fœm.*—694 Fl. S. Marci *Illas;* Arg. *Illis.* Nonnulli etiam *dimisso.*—694 Vulg. *per fortia pectora:* Fl. *inertia vulnera;* unde Heins. conj. *Martia.* Malebat etiam *Martia viscera.*—696 N. pro var. lect. *in monte.*—697 Pal. sec. *de funerea gem.*—699 Heins. malit *Nominet.* Deinde O. et unus Arg. *cin. maternum duc.*—700 Duo Bas. et unus Mor. *sign.*

NOTÆ

698 *Coronas*] Græcis Stephani dicuntur. Atque ex hac fabula gloriam fortia facta manere quivis ex se intelligat.

700 *Hactenus*] Signa, inquit, hactenus recensita in antiquo ære sculpta erant; ast crateris ora aurato acantho cingebatur.

701 *Acantho*] Frutex est exoticus, semper frondens, floribus albis, quem

Dant pateram, claramque auro gemmisque coronam.
Inde recordati Teucros a sanguine Teucri 705
Ducere principium, Creten tenuere; locique
Ferre diu nequiere Jovem: centumque relictis
Urbibus, Ausonios optant contingere portus.
Sævit hyems, jactatque viros: Strophadumque receptos
Portubus infidis exterruit ales Aëllo. 710
Et jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque,

tem auro atque gemmis. Tum memores Teucros repetere originem a sanguine Teucri, Cretam petiverunt; neque valuerunt diu pati aërem regionis: et centum omissis oppidis, cupiunt appellere ad portus Italos. Tempestas furit, et agitat viros: atque volucris Aëllo exterruit appulsos portubus male fidis Strophadum. Jamque præterierant portus Dulichios, et Ithacam, et Samum, et domos Neritias,

extantibus ær. Quatuor scripti *fulgentibus auro.*—704 Leid. *claroque.*—706 *Creten* ex uno Bonon.; vulg. *Cretam;* unus Voss. *Cretem.*—707 Ex vett. scriptis Heins. emend. *Jovem;* vulg. *luem.*—708 Sex *Auson. aptant conting.* Heins. putat *properant.*—710 Bonon. *Port. invisis;* Leid. *assiduis.*—711 Unus Med.

NOTÆ

Acaciam esse volunt.

705 *Teucri*] Hic Scamandri Cretensis fuit filius, qui, inopia compulsus ad novas sedes quærendas, in Phrygiam appulit. Ejus filiam Dardanus, a Tuscis pulsus quod fratrem Jasium occidisset, uxorem duxit. Adeoque proles fuit ambigua et parentes gemini, ut habet Virgilius: quod quidem Anchisem atque Æneam in errorem induxit: quanquam ex Cassandræ vaticiniis et Creusæ verbis rem totam facile potuissent dijudicare, nisi fuissent immemores.

706 *Creten*] Quæ insula est celeberrima maris Mediterranei, inter Ægæum et Libycum mare; unde Teucrum ortum esse modo vidimus.

707 *Jovem*] Aërem. Namque gravissima pestilentia laborarunt.

Centum] Numerus certus pro incerto: nam neque ipse Homerus, cui ἑκατόμπολις dicitur Creta, tot illi ubique tribuit.

708 *Ausonios*] Italos. namque ab Ausoniis antiquissimis populis, qui extrema Italiæ littora coluerunt, Italia tota, a poëtis præsertim, Ausonia dicta est.

709 *Strophadum*] Sunt insulæ duæ in mari Ionio, juxta Zacynthum; quæ Græcis a conversione, ἀπὸ τῆς στροφῆς, nomen habuerunt, quod eo usque Calais atque Zetes Harpyias ex Phinei regno depulsas persecuti sint, deinde Jovis monitu retrocesserint.

710 *Aëllo*] Unius est Harpyiæ nomen, quæ, ex Hesiodo, duas, ex aliis, tres habuit sorores, quibus diversa insuper data sunt nomina. Celæno memoratur a Virgilio. Aliæ dictæ sunt Ocypete, Iris, Alope, Thyella, &c. Sive unica fuerit diversis nominibus, sive plures, per eas videntur intelligere poëtæ in terris quæ sunt Furiæ in Inferis, et Diræ apud Superos. Ponti ac Terræ fuerunt filiæ, volatiles, auribus ursinis, corpore vulturino, vultu virgineo, manibus uncis. Quæ omnia non sine judicio fuerunt conficta: ut cuivis ex mythologis patebit.

711 *Dulichios*] Dulichium una est ex Echinadibus insulis; quæ olim

Neritiasque domos, regnum fallacis Ulixei,
Præter erant vecti : certatam lite Deorum
Ambraciam, versique vident sub imagine saxum
Judicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est, 715
Vocalemque sua terram Dodonida querceu,
Chaoniosque sinus, ubi nati rege Molosso
Irrita subjectis fugere incendia pennis.

regnum perfidi Ulyssis; cernunt Ambraciam agitatam lite Deorum, quæ nunc est celebris ab Apolline Actiaco, et cantem sub specie arbitri transformati; itemque terram Dodonæam vocalem sua quercu; et sinus Chaonios; ubi filii regis Molossi vitarunt ignes vanos pennis additis.

Ithacenque. Deinde vulg. *Samumq.* sed vett. plerique *Samenque* vel *Samonque.*—712 Libri vett. teste Ciofano, *Ulixis.*—713 Meliores, teste Heins. magna ex parte scribunt *Præter erant vect.*: vulg. *Prætereant:* at nonnulli *Prætereunt:* unus Med. chartaceus *Propter erant.* Berol. habet *vect. et cert.*—714 Pr. V. *Ambracian.*—715 Nonnulli *Indicis Act.* Passeratius ad Propert. III. 10. legit *Vindicis.* Berolin. *Jud. amaci quæ.*—718 *Irrita* pro vulg. *impia* de suo dedit

NOTÆ

sub ditione fuit Ulyssis, in mari Ionio.

Ithacam] Insula fuit inter Dulichium et Cephaleniam, Ulyssis patria. Hodie *Val di Compare.*

Samen] Hæc insula est etiam maris Ionii, quæ olim Ulyssi paruit, alio nomine dicta Cephalenia, quod hodieque retinet. Alia fuit Thraciæ adjacens, quæ et Samothrace dicta. Alia in mari Icario: plures aliæ. Namque Phœnicibus, qui primi in Græciam colonias deduxerunt, sua lingua Σάμοι loca celsa dicebantur.

712 *Neritias*] De Nerito videtur agere, quæ urbs fuit Leucadis: namque ea insula a dextra Æneæ in Italiam tendenti post Samum occurrit.

713 *Certatam*] Participium, contra leges Grammaticas.

714 *Ambraciam*] Urbs fuit Epiri celeberrima, Pyrrhi regia, ad sinum cui nomen dedit.

715 *Judicis*] Quis ille fuerit, quive Dii de Ambracia certaverint, ignoratur. Ne tamen ideo lugeas. Maximum esset lucrum plurima hujus generis in tanta meliorum ignorantia, ævo insuper tam celeriter labente, prorsus nesciisse.

Actiaco] Qui Actii colebatur. Fuit autem Actium Epiri oppidum et promontorium, victoria quam ibi adversus Antonium Augustus reportavit celeberrimum.

Nunc] Quia Augustus Apollinis templum amplificavit; ei naves plurimas consecravit; ludos insuper magna celebritate, in victoriæ suæ memoriam, ibi instituit.

716 *Dodonida*] A Dodone Epiri urbe, apud quam nemus quernum Jovi sacrum, una cum delubro atque oraculo vetustissimo. Immo vocales etiam arbores fuisse volunt: de quibus Natalem Comitem consuluisse non pœnitebit.

717 *Chaonios*] Chaones populi fuerunt Epiri, a quibus Chaonia dicta, quam etiam Æneas iter persequens offendit.

Molosso] In aves mutatos dicit Molossi regis filios: quæ etiam fabula obscurior.

Fab. VIII. Acis in Flumen.

Acis, Fauni et Simethidis Nymphæ filius, Galateam, Nerei et Doridis filiam, cum diligeret, nec minus ipse ab ea peteretur; Cyclops, quod copia ejusdem Nereidos nulla fieret, quia feritas ejus ei invisa esset, incensus furore, spelunca relicta, palam prosiluit; vagatusque per sylvas conspexit Galateam gremio Acidis residentem; avulsumque scopulum Ætnæ in eos ejecit: cujus vi exterrita Galatea subjecto mari mersa est. Acis autem, qui effugere impetum ejus non potuit, obrutus saxo est: cujus cruor, numine ejusdem Galateæ, in flumen ejusdem nominis sui, quod est in Sicilia, versus est: cujus liquori se junxit voluntate.

Proxima Phæacum felicibus obsita pomis
Rura petunt. Epiros ab his, regnataque vati 720
Buthrotos Phrygio, simulataque Troja tenentur.
Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniam. Tribus hæc excurrit in æquora linguis:
E quibus imbriferos obversa Pachynos ad Austros: 725
Mollibus expositum Zephyris Lilybæon: at Arcton

viii. *Tendunt in campos proximos Phæacum consitos mitibus pomis. Deinde appellunt ad Epirum, et regnum possessum a Buthroto Phrygio, et Trojam repræsentatum. Inde securi futurorum, quæ Helenus Priami filius prædixerat, adeunt Siciliam. Hæc protenditur in mare tribus promontoriis: ex quibus Pachynus porrectum ad Notos pluviales; Lilybæum patet mitibus Zephyris; at Pelorus vergit*

Heins. S. Marci et tert. Bonon. *Inita.* Mitscherl. revocavit *Impia.* Malebat etiam Heins. *subvectis fug.*—720 Heidelb. *Arva pet.* Fragm. Boxhorn. *Epir. ubi regn.*—721 *Tenentur* Heins. recepit ex uno Med.: vulg. *tenetur.*—724 Heins. legit *trinis excurrit*, et putat τὸ *hæc* inepti glossatoris esse figmentum. Multi Codd. *pennis* pro *linguis:* pr. Bonon. *pinnis*, improbante Heinsio.—725 *Obversa* pro vulg. *est versa* ex duobus Thuan. et quinque aliis reposuit Heins. quia illud verb. familiare Ovidio: Fl. S. Marci aliique septem *eversa.* Sæpe etiam scribitur *Pachinos.*—726 Plurimi *Moll. impositum Z. V. oppositum;* Leid. *expositus.* Vulg. etiam *ad Arctos:* Fragm. Mor. *et Arctos;* Heins. malebat *at*

NOTÆ

719 *Phæacum*] Populi fuerunt Corcyræ, a Phæace Neptuni filio sic dicti. Insula hodie dicitur *Corfu*, biferis Alcinoi pomariis olim nobilitata.

720 *Epiros*] Quæ regio in Italiam a Corcyra navigantibus occurrit.

721 *Buthrotos*] Urbs est Epiri, quæ hodie *Butrinto;* ubi olim Helenus, Priami filius, idemque vates, regnavit.

724 *Sicaniam*] Quæ alio nomine Sicilia dicitur, itemque Triquetra, Trinacria, Mediterranei maris insula notissima.

Linguis] Promontoria ita appella-

Æquoris expertem spectat, Boreanque Peloros.
Hac subeunt Teucri, remisque æstuque secundo
Sub noctem potitur Zanclæa classis arena.
Scylla latus dextrum, lævum irrequieta Charybdis 730
Infestant. Vorat hæc raptas removitque carinas:
Illa feris atram canibus succingitur alvum;
Virginis ora gerens: et (si non omnia vates
Ficta reliquerunt) aliquo quoque tempore virgo.
Hanc multi petiere proci: quibus illa repulsis 735
Ad pelagi Nymphas, pelagi gratissima Nymphis,
Ibat: et elusos juvenum narrabat amores.
Quam, dum pectendos præbet Galatea capillos,

ad Aquilonem et Ursam a mari vacantem. Trojani intrant per istud; et remis, atque æquo motu maris, classis admovetur terræ Zanclææ ingruente nocte. Scylla vexat partem dextram, Charybdis agitata sinistram. Hæc absorbet atque rejicit nares tractas. Illa habet nigra inguina circumdata trucibus canibus, exhibens vultus puellæ; et, si poëtæ non dixerunt omnia falsa, fuit *etiam aliquando puella. Multi proci hanc ambiverunt; quibus spretis, illa acceptissima Nymphis maris concelebat ad Nymphas maris; atque referebat amores deceptos adolescentium. Quam*

Arctos. O. et quinque alii *Arcton.*—727 Meliores, teste Heins., *Boreanque;* alii *Boreamque.*—728 *Hac* dedit Heins. ex S. Marci, N. pr. Erfurt. et quibusdam aliis; vulg. *Hanc.* Bernegg. Thuan. sec. Pal. et plures alii *Huc:* septem *Hunc;* alii *Hic* vel *Hæc.* Duo Mor. *remisque* pro vulg. *et remis.* —729 Fl. S. Marci *patitur arenam;* unde Heins. *potitur arenam;* ut Fast. III. 421. 'potiturque cupitam.'—730 Unus Med. *læv. implacata C.* Heins. putat pro *impacata.*—731 *Infestant* Heins. recepit ex castigatioribus; vulg. *Infestat.* Pro *raptas* unus Bas. *sorptas.*—732 Bas. *imam* pro *atram.*—733 Cælest. *or. ferens; et:* Genevens. *canens.*—734 Gron. *Vana reliq.* unus Bas. *Falsa.* Med. et quatuor *alio quoque.*—737 Menard. *et elusos.*—738 Plerique vetustiores *Quam:* alii *Cui.* Mox Barb. unus Bas. et Fragm. Box-

NOTÆ

vit, quorum Pachynus Græciam, Lilybæum Africam, Pelorus Italiam spectat.

727 *Æquoris expertem*] Quia circum polum Septentrionalem volvitur: de qua in superioribus.

729 *Zanclæa*] Siciliæ urbs fuit, in penitissimo Pelori sinu, quæ postea a Messenis instaurantibus Messana dicta est.

730 *Scylla*] Monstrum in freto Siculo, de quo jam sæpius; quod ipse Poëta in principio sequentis libri plenissime describit.

Charybdis] Furacissima fuit meretrix, quæ cum Herculi boves surripuisset, ab illo in fretum projecta, vel, ut aliis placet, a Jove fulmine icta, in monstrum marinum, vel potius voraginem ex Siciliæ latere fuit conversa. Quæ fabula ex maris æstu in illis angustiis vehementissimo, ventis præsertim a meridie adversus illum ruentibus, detorta est.

734 *Virgo*] Phorci nempe filia.

738 *Galatea*] Quæ nympha fuit aut Dea, Nerei et Doridis filia.

Talibus alloquitur, repetens suspiria, dictis:
Te tamen, o virgo, genus haud immite virorum 740
Expetit; utque facis, potes his impune negare.
At mihi, cui pater est Nereus, quam cœrula Doris
Enixa est; quæ sum turba quoque tuta sororum,
Non nisi per fluctus licuit Cyclopis amorem
Effugere: et lacrymæ vocem impedire loquentis. 745
Quas ubi marmoreo detersit pollice virgo;
Et solata Deam est; Refer, o carissima, dixit:
Neve tui causam tege (sum tibi fida) doloris.
Nereis his contra resecuta Cratæide natam:
Acis erat, Fauno Nymphaque Symæthide cretus, 750
Magna quidem patrisque sui matrisque voluptas,
Nostra tamen major. Nam me sibi junxerat uni
Pulcher: et, octonis iterum natalibus actis,
Signarat dubia teneras lanugine malas.
Hunc ego, me Cyclops, nullo cum fine petebat. 755
Nec, si quæsieris, odium Cyclopis, amorne

Galatea, dum dat comam pectendam, talibus verbis alloquitur, ingeminans suspiria: Attamen, o puella, genus lene hominum te cupit; atque ut facis, potes recusare his secure. At mihi, cui Nereus est genitor, quam Doris glauca genuit, quæ sum etiam potens agmine consortium, non datum fuit vitare amorem Cyclopis nisi per undas: et fletus obstiterunt voci loquentis. Quos postquam puella detersit pollice candido, et solata est Deam, Narra, inquit, o dilectissima, neve mihi cela materiam tuæ molestiæ: sum tibi fidelis. Nereis contra sic respondit filiæ Cratæidis: Acis erat filius Fauni et Nymphæ Symæthidis, deliciæ quidem parentum, sed magis nostræ: namque amabilis sese mihi soli devinxerat; et decimo sexto anno præterito sparserat molles maxillas incerta lanugine. Ego semper illum consectabar, Cyclops me. Neque, si petiveris, odium Cyclopis an amor Acidis fuerit vehementior, aperiam.

horn. *spectandos;* Heins. putat pro *pexandos.* — 739 *Repetens* ex melioribus; vulg. *referens.*—741 Sixii *pot. en impun.* In nonnullis *impun. negari:* unus *morari;* sed tunc *hos* esset legendum.—744 *Fluctus* est ex emend. Heins. et ita pro var. lect. in pr. Bas. vulg. *luctus.*—745 Tert. Med. *voc. implevere loq.* Bas. *loquentem;* Heins. malebat *loquenti.*—747 Multi *o gratissima;* Jun. et tres alii *clarissima.*—748 Fl. S. Marci et tert. Bonon. *Neve tuæ c. tege, si sum fida, sorori.*—749 Vetustiores *resec. Gratheide;* Berolin. *Galatide n. est.*—750 Alii scribunt *Simethide.*—752 Tres libri *nam se mihi junx.*—753 Pr. Bas. *natal. auctus.*—754 Gron. *Sign. prima ten.* Fl. S. Marci

NOTÆ

744 *Cyclopis*] Polyphemum dicit; cujus amplam satis a Galatea ipsa habes descriptionem.

749 *Cratæide*] Fuit Cratæis Scyllæ mater, ut Homero etiam libitum est: quanquam alii alias meminerunt.

750 *Symæthide*] Symæthi, Siciliæ fluvii prope Catanam, filia.

Acidis in nobis fuerit præsentior, edam.
Par utrimque fuit. Pro quanta potentia regni
Est, Venus alma, tui! nempe ille immitis, et ipsis
Horrendus sylvis, et visus ab hospite nullo 760
Impune, et magni cum Dis contemtor Olympi,
Quid sit amor sentit: nostrique cupidine captus
Uritur; oblitus pecorum antrorumque suorum.
Jamque tibi formæ, jamque est tibi cura placendi:
Jam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos: 765
Jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam:
Et spectare feros in aqua, et componere, vultus.
Cædis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris
Cessant, et tutæ veniunt abeuntque carinæ.
Telemus interea Siculam delatus ad Ætnen, 770
Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit; Lumenque, quod unum
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulixes.

Æqualis fuit utrimque. Proh! Venus amabilis, quantæ sunt vires tui imperii! Nimirum ille sævus, atque formidabilis ipsis sylvis, neque impune cognitus ulli peregrino, et spretor magni cœli et Deorum, experitur quid sit amor: et flagrat tactus nostri desiderio, immemor pecorum et suarum speluncarum. Jamque, Polypheme, est tibi studium pulchritudinis; jamque studes *placere; jam fingis crines hirsutos rastris; jam amas tondere barbam hispidam falce, et contemplari sævam faciem in aqua, atque lenire. Amor stragis, et sævitia, et cupido immoderata sanguinis omittuntur; atque naves accedunt atque recedunt intactæ. Interea Telemus vectus ad Ætnam Siculam, Telemus Eurymides, quem nulla avis deceperat, accedit ad horrendum Polyphemum; atque, inquit, Ulysses eruet tibi unum oculum quem*

Sign. ten. molli lan.—757 *Præsentior* est ex N. vulg. *præstantior;* Fl. S. Marci *præsentius.*—758 *Utrimque* Heins. recipit ex pr. Bonon. et uno suo; alii *utrumq.*—759 Bas. et Arg. *En, V.*—760 Fragm. Mor. et quart. Pal. *Horr. Nymphis, et.*—761 Caut. et unus Heins. *et magnis cum.*—762 Flor. et tert. Bonon. *validaque cup.* Quidam etiam *raptus;* alii *tactus.*—766 Duo *Jam placet.* Leid. *cum* pro *tibi.* Dein Gron. *revellere;* et alii multi *rescindere barbam.*—767 Vetustiores plerique *in aquam.*—769 Med. unus *Cesserat et.* Vulg. *abeunt* omisso *que.*—770 Multi *Siculum,* quod non temere rejiciendum judicat Burm. cum montium nomina sæpe masculino genere ponantur. Vulg. etiam legitur *delat. in æquor:* S. Marci vero *ad Ætnen;* unus Mor. *in Ætnam:* Med. *in oram.*

NOTÆ

769 *Tutæ*] Cum prius omnes diriperet, atque vectores trucidaret.

770 *Telemus*] Eurymi fuit filius, inter Cyclopas vates egregius.

771 *Ales*] Quarum volatu et garritu futura expiscari conabantur insanientes Ethnici.

Risit, et, O vatum stolidissime, falleris, inquit:
Altera jam rapuit. Sic frustra vera monentem 775
Spernit: et aut gradiens ingenti littora passu
Degravat, aut fessus sub opaca revertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrumque latus circumfluit æquoris unda.
Huc ferus ascendit Cyclops, mediusque resedit. 780
Lanigeræ pecudes nullo ducente secutæ.
Cui postquam pinus, baculi quæ præbuit usum,
Ante pedes posita est, antennis apta ferendis;
Sumtaque arundinibus compacta est fistula centum;
Senserunt toti pastoria sibila montes: 785
Senserunt undæ. Latitans ego rupe, meique
Acidis in gremio residens, procul auribus hausi
Talia dicta meis, auditaque mente notavi:
Candidior nivei folio, Galatea, ligustri;

habes in fronte media. Risit, atque, O vatum, inquit, stultissime, hallucinaris, alia jam sustulit. Ita contemnit frustra prædicentem vera: atque aut premit littora incedens vasto gressu; aut lassus redit in umbrosas speluncas. Collis extat in mare porrectus longo acumine: maris aqua circumlavit utrumque latus. Sævus Cyclops huc ascendit, atque in medio resedit. Pecudes laniferæ secutæ nullo agente. Et quo, postquam pinus idonea ferendis antennis, quæ fuit pro scipione, ante pedes est posita, et fistula juncta centum calamis capta est, toti montes personuerunt sibilis pastoritiis. Fluctus personuerunt. Ego tecta rupe, atque sedens in sinu mei Acidis, procul excepi auribus meis hujusmodi verba, atque animo signavi accepta: Galatea est candidior folio albi ligustri, floridior pratis, erectior procera alno, luci-

—774 Mor. et duo alii *vat. stultissime, fall.* Med. A. et Politiani *celeberrime.* —777 Quinque libri *opaca vertitur umbra:* Mor. *opaca reconditur antra.*— 778 Med. cum duobus aliis *in longum cun.* Septem libri *curvatus.* Fl. S. Marci *cuneatus flumine longo.*—780 Plurimi *Hunc fer.* Fl. S. Marci *mediosque per æstus,* quod non displicet Heins.: multi *medioque resedit.*—783 Arg. et Thysii *Ant. pedem.*—784 Bas. et Arg. *arund. conjunctaque fist.*—788 *Mente* est ex Thuan. sec. Pal. quart. Med. O. pr. Gron. et aliis compluribus: vulg. *verba.* —789 Berolm. *fol. niv.*—790 Med. *Frondidior prat.* Multi etiam *prato.* Pat.

NOTÆ

775 *Altera*] Ut, fatente etiam stupidissimo Cyclope, occæcatos intelligas quicumque Amori serviendo sese produnt.

782 *Pinus*] Quantus fuerit Polyphemus ex baculo licet colligere. Neque temere de gigantibus multa prodiderunt poëtæ; siquidem et hodie illorum apparent vestigia in Sicilia, uti quidem referunt viatores.

789 *Ligustri*] *Du troëne.* Cujus quidem flores, non folia alba sunt. Sed Polyphemo poëtæ plura fuerint licita, ut mox patebit.

Floridior pratis ; longa procerior alno ; 790
Splendidior vitro ; tenero lascivior hædo ;
Lævior assiduo detritis æquore conchis ;
Solibus hybernis, æstiva gratior umbra ;
Nobilior pomis ; platano conspectior alta ;
Lucidior glacie ; matura dulcior uva ; 795
Mollior et cycni plumis, et lacte coacto ;
Et, si non fugias, riguo formosior horto.
Sævior indomitis eadem Galatea juvencis ;
Durior annosa quercu ; fallacior undis ;
Lentior et salicis virgis ; et vitibus albis ; 800
His immobilior scopulis ; violentior amne ;
Laudato pavone superbior ; acrior igni ;
Asperior tribulis ; fœta truculentior ursa ;
Surdior æquoribus ; calcato immitior hydro :
Et, quod præcipue vellem tibi demere possem, 805
Non tantum cervo, claris latratibus acto,
Verum etiam ventis volucrique fugacior aura.

dior vitro, alacrior tenero hædo, politior conchis expolitis fluctibus continuis, gratior solibus hybernis atque *umbra æstiva, splendidior pomis, pulchrior excelsa platano, nitentior glacie, mitior racemo maturo, tenerior et plumis cycni, et lacte densato, et, nisi fugias, formosior horto riguo. Eadem Galatea ferocior juvencis indomitis, rigidior veteri quercu, fraudulentior fluctibus, flexibilior et virgis salicis, et vitibus albis, immobilior his saxis, impetuosior torrente, elatior laudato pavone, violentior flamma, asperior carduis, terribilior ursa quæ enixa est fœtus, surdior mari, sævior serpente presso, et, quod maxime a te cuperem removere, non modo fugacior cervo agitato sonoris latratibus, verum etiam ventis atque levi aura. At, si bene cognove-*

porrectior aln.—791 Jun. *Splendidiorque auro.*—792 Unus Cod. *Planior assid.* Berolin. *Lenior.* Politiani *Lev. assucto.*—793 Arund. et quinque alii *grat. aura.*—794 Berolin. *Nobil. palmis.* Unus Pat. *plat. speciosior alt.*—797 Unus Bas. *rig. florentior hort.*—800 O. et alii *vit. altis.*—801 Unus Leid. *velocior amn.* Menard. et alii *violentior angue ;* Sprotii *hydris ;* Gron. *igne.*—802 Bonon. et Fl. S. Marci *Laud. phitone superb.*—804 Med. unus et tres alii *calcata ...hydra.*—805 Heins. refinxit h. vers. ex S. Marci, pr. Gron. aliisque denis. vulg. *præcip. si possem demere vellem :* nonnulli *vellem si demere possem.* Leid.

NOTÆ

790 *Alno*] Arbor est ripis fluminum gaudens. *Aulne* Gall.

800 *Lentior*] Ideo flexibiliorem dicit Galateam salicis virgis, quod astuta calliditate sese ex Polyphemi insidiis expediret.

801 *Immobilior*] Quia nullis Polyphemi neque blanditiis neque minis movebatur.

804 *Æquoribus*] Quæ cum tumultuantur et mugiunt, vix alium audiri sonum patiuntur.

At, bene si noris, pigeat fugisse: morasque
Ipsa tuas damnes; et me retinere labores.
Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo 810
Antra; quibus nec Sol medio sentitur in æstu,
Nec sentitur hyems: sunt poma gravantia ramos:
Sunt auro similes longis in vitibus uvæ:
Sunt et purpureæ; tibi et has servamus, et illas.
Ipsa tuis manibus, sylvestri nata sub umbra, 815
Mollia fraga leges: ipsa autumnalia corna,
Prunaque, non solum nigro liventia succo,
Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras.
Nec tibi castaneæ, me conjuge, nec tibi deerunt
Arbutei fœtus: omnis tibi serviet arbos. 820
Hoc pecus omne meum est: multæ quoque vallibus errant:
Multas sylva tegit: multæ stabulantur in antris.
Nec, si forte roges, possim tibi dicere, quot sint.
Pauperis est numerare pecus. De laudibus harum

ris, pœniteat fugisse, et ipsa arguas tuas cunctationes; et studeas me retinere. Sunt mihi speluncæ concameratæ in viva rupe pars montis, in quibus neque Sol sentitur per intensos calores, neque frigus sentitur. Sunt poma curvantia ramos; sunt uvæ similes auro in productis vitibus; sunt et rubræ: tibi asservamus et has et illas. Ipsa colliges tuis manibus tenera fraga nata sub umbra sylvestri; ipsa decerpes *corna autumnalia, et pruna, non tantum nigricantia succo atro, verum etiam nobilia, atque exhibentia recentes ceras. Neque castaneæ, neque fructus arbutei tibi deerunt, me marito. Omnis arbor tua erit. Omnes hæ pecudes meæ sunt: multæ quoque vagantur per valles: sylva occulit multas: multæ jacent in speluncis: neque tibi possim dicere quot sint, si exquiras. Est miseri in numero habere pecus. Nil mihi*

veloci demere vellem.—811 Thuan. *medio nec sol*, quod Burm. mollius judicat.—812 Pal. sec. et Heidelb. *pom. virentia ramis.*—813 Unus Leid. et Pat. *long. mihi vit.*—817 Pr. Mor. et duo alii *nigr. lucentia succ.*—820 *Arbutei* in uno Ciofan. et V. vulg. *Arborei.*—821. 822 Med. *multæque in vall.* Mox pr. Bas. *mult. clauduntur in antr.* Heidelb. hosce duos vss. in unum contraxit, *Hoc pecus o. m. est; multæ stabulantur in antris*, omissis mediis.—823 *Possim* ex melioribus Heins. recepit; alii *possum.*—824 Berolin. *numer. greges.*—826

NOTÆ

808 *Morus*] Quæ faciunt ne statim meis amoribus fruaris.

810 *Pendentia*] Ita videntur, quando pars ima rupis est erosa, superiore in modum tecti protensa atque imminente.

820 *Arbutei*] Fructus qui ex arbuto arbore deripiuntur, sunt valde asperi; quamobrem etiam 'unedones' a Plinio nuncupantur, quod plures edi non possint. At arbor ipsa antiquis in deliciis fuit propter umbram et foliorum amœnitatem.

Nil mihi credideris: præsens potes ipsa videre, 825
Ut vix sustineant distentum cruribus uber.
Sunt, fœtura minor, tepidis in ovilibus agni:
Sunt quoque, par ætas, aliis in ovilibus hædi.
Lac mihi semper adest niveum. Pars inde bibenda
Servatur: partem liquefacta coagula durant. 830
Nec tibi deliciæ faciles, vulgataque tantum
Munera contingent, damæ, leporesque, capræque,
Parve columbarum, demtusve cacumine nidus:
Inveni geminos, qui tecum ludere possint,
Inter se similes, vix ut dignoscere possis, 835
Villosæ catulos in summis montibus ursæ.
Inveni: et, Dominæ, dixi, servabimus istos.
Jam modo cœruleo nitidum caput exere ponto:
Jam, Galatea, veni: nec munera despice nostra.
Certe ego me novi, liquidæque in imagine vidi 840

credideris de laudibus harum: ipsa præsens potes cernere, ut vix ferant pedibus uber turgidum. Sunt agni fœtus minores in ovilibus calidis: sunt etiam hædi ejusdem ætatis in caprilibus. Semper habeo lac candidissimum: cujus pars servatur bibenda, coagula immixta condensant partem. Neque tantum epulæ obviæ, et dona communia tibi obvenient, aut damæ, aut lepores, aut capreæ, aut par columbarum, aut nidus petitus ex vertice: inveni in excelsis montibus, qui possent ludere tecum, duos catulos ursæ hispidæ, inter se ita *similes, ut ægre possis dignoscere. Inveni, atque dixi, Servabimus istos dominæ. Nunc tantum tolle pulchrum caput super mare glaucum; nunc ades, Galatea; neque contemne dona nostra. Certe ego me novi, et nuper sum intuitus in specie aquæ puræ: mea figura arrisit mihi spectanti.*

Vulg. *vix circumeant dist.* Heins. restituit *sustineant* ex quinque scriptis et nonnullis Edd. duo habent *contineant:* Heins. etiam putat posse *circumagant* legi, quo verbo usus est Horatius.—827 Pr. Gron. et tres alii *trepidis in ovil.* —828 Pr. Mor. et duo alii *mihi* pro *quoque.* Mox Fr. *mediis in ovil.*—831 Pat. et unus Heins. *tib. diritiæ facil.* Dein unus Bas. *vulgataq. nondum.*—832 Plerique vett. *leporesq. caperque;* unus Heins. *caprique.*—833 Pro *ve* in utroque loco Berolin. habet *que.*—834 Heidelb. *lud. possunt.*—835 Quinque *ut vix.* Duo Leid. et Gron. *discernere.* Quia *possint* sup. vs. præcessit, Heins. hic conj. *et vix dignoscere quos sit.*—837 Alii *et dixi, Dominæ.*—838 Quinque scripti *Jam mihi cœr.* Tum Med. *niveum cap.* Bas. *rutilum;* et alter Bas. *raucum,* Heins. conj. pro *glaucum.* Denique, Jun. *cap. extrahe pont.*—840

NOTÆ.

830 *Coagula*] *De la Pressure.* Illud vero dilutum in lac infunditur, atque cum eo miscetur, ut condensetur, et in caseum abeat.

834 *Ludere*] Annon elegantulus tibi videtur Polyphemus cum suis ursis? Atqui hodieque obvios ejusmodi nullo negotio reperias.

Nuper aquæ : placuitque mihi mea forma videnti.
Aspice, sim quantus. Non est hoc corpore major
Jupiter in cœlo : nam vos narrare soletis
Nescio quem regnare Jovem. Coma plurima torvos
Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat. 845
Nec mihi quod rigidis horrent densissima setis
Corpora, turpe puta. Turpis sine frondibus arbos :
Turpis equus, nisi colla jubæ flaventia velent.
Pluma tegit volucres : ovibus sua lana decori est :
Barba viros, hirtæque decent in corpore setæ. 850
Unum est in media lumen mihi fronte, sed instar
Ingentis clypei. Quid ? non hæc omnia magnus
Sol videt e cœlo ? Soli tamen unicus orbis.
Adde, quod in vestro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do socerum. Tantum miserere, precesque 855
Supplicis exaudi : tibi enim succumbimus uni.
Quique Jovem, et cœlum sperno, et penetrabile fulmen,

Vide quam sim vastus. Jupiter in cœlo non est major hoc corpore : nam vos consuevistis dicere nescio quem Jovem regnum tenere. Spissi capilli porriguntur in truculentam faciem, atque tegit armos tanquam sylva. Neque indecorum crede quod corpus riget spississimum horridis setis. Arbor indecora sine foliis ; equus indecorus, nisi jubæ tegant colla flava. Pluma velat aves ; sua lana est decori ovibus. Barba est honori viris : setæ horridæ in corpore gratæ sunt. *Unus est mihi oculus in media fronte, sed instar vasti clypei. Quid ? annon Sol aspicit hæc omnia ex vasto cœlo ? Unicus est oculus Soli. Adde, quod pater meus imperium habet in vestro mari. Eum tibi offero socerum : tantum miserere, atque exaudi preces orantis : namque tibi soli servimus. Quique contemno Jovem, et cœlum, et*

Tredecim libri *in margine vid.*—843 Med. Fl. et alius *cœl. quem vos narr.* Burm. malebat *quo vos.*—844 In Heidelb. uno R. et O. *plur. nostros:* in Cod. Politiani et tribus aliis *fortes*, quod placet Burm. qui nescit an tam stolidum Cyclopa fingere liceat, ut *torvos* suos vultus amicæ suæ jactaret.—845 Sprotii, Cant. et Ball. cum aliis plurimis *Imminet in vult.* Sec. V. *ut vitis obumbr.* —846 *Mihi* est ex Med. et A. vulg. *mea.* Plurimi etiam *duris* pro *rigidis.*—847 Probat Heins. ex Genevens. *turpe est sine frondibus arbos*, ut in illo, 'Turpe senex miles.' improbat Burm. quia sequitur, 'Turpis equus.' Multi etiam *arbor.*—848 Unus Leid. et Fl. *flammantia velent.* Quatuor etiam libri *velant.*—849 Leid. *decorum est.* Quidam *τὸ est* non habent.—852 *Magnus* Burm. recepit ex Gron. O. Pal. Med. et multis aliis ; vulg. *magno ;* quod et revocavit Mitscherl.—853 Jun. *in cœl.* Deinde *Soli* Heins. dedit ex N.

NOTÆ

841 *Placuitque*] Illud vero unum aberat ! Ceterum maxime vellem omnibus Polyphemis contingeret hanc sui descriptionem perlegere. Forte omnes sibi cum isto non planderent.

850 *Setæ*] Neque hodie homines quosdam pudet porcos esse, quos appellare pudet.

Nerei, te vereor: tua fulmine sævior ira est.
Atque ego contemtus essem patientior hujus,
Si fugeres omnes. Sed cur, Cyclope repulso, 860
Acin amas, præfersque meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatque sibi, placeatque licebit,
Quod nollem, Galatea, tibi: modo copia detur,
Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.
Viscera viva traham, divulsaque membra per agros, 865
Perque tuas spargam (sic se tibi misceat) undas.
Uror enim; læsusque exæstuat acrius ignis:
Cumque suis videor translatam viribus Ætnam
Pectore ferre meo: nec tu, Galatea, moveris.
Talia nequicquam questus (nam cuncta videbam) 870
Surgit: et ut taurus vacca furibundus ademta
Stare nequit, sylvaque et notis saltibus errat.
Cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes,
Me videt atque Acin: Videoque, exclamat; et ista
Ultima sit, faciam, Veneri concordia vestræ. 875
Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere

fulmen subtile, te veneror, Nerei filia: tua ira est terribilior fulmine. Atque ego facilius ferrem istam negligentiam, si contemneres omnes: verum quamobrem, Cyclope spreto, diligis Acin, atque anteponis Acin meis amplexibus? Ille tamen et sibi probetur, et quod nollem, licebit tibi probetur, Galatea; modo occurrat, experietur vires mihi esse pro tanto corpore. Abripiam viva præcordia, atque abjiciam artus distractos in agros, atque in tuas aquas: ita tecum rem habeat. Namque ardeo; et offensus amor violentius sævit: et videor gerere meo corde transportatam Ætnam cum suis ignibus: neque tu curas, Galatea. Talia frustra questus surgit; (nam omnia conspiciebam;) et tanquam taurus furens vacca surrepta non valet consistere, atque vagatur per nemora et notos saltus. Cum sævus me aspicit atque Acin inscios, neque quicquam simile reformidantes: atque vociferatur, Intueor; et faxo ista sit novissima concordia vestræ Veneri. Atque illa vox tanta fuit quan-

Thuan. et aliis: ceteri *solis.*—857 Cant. *et cœlos spern.*—858 In quibusdam *te veneror.*—859 Med. unus *fierem* pro *essem.*—860 Bas. *C. relicto;* quinque *remoto.*—861 Berolin. *meis complexibus A.*—863 Heins. ex uno suo legit *Quod nolim.*—866 Sic Heins. ex Mss. alii *si* pro *sic*, parenthes. omiss.—867 Berolin. et alii *exæst. acrior ign.*—868 Cant. habet *translatum:* Pal. *conflatum.* Deinde Barb. *ignibus* habet pro *viribus:* at Heins. suadet *rupibus.*—869 Jun. *G. moraris.*—872 Plurimi *not. montibus;* A. *vallibus.*—874 *Acin* pro vulg. *Acim* vetustiores.—875 *Faciam* plurimi Codd. et vulg. Edd. at Fl. S. Marci *facta;* unde Heins. *faxo. Veneri* est ex sec. Pal. alii *Veneris.*—876 Tert.

NOTÆ

858 *Nerei*] Vocativi casus.

Debuit, illa fuit. Clamore perhorruit Ætne.
Ast ego vicino pavefacta sub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conversa Symæthius heros:
Et, Fer opem, Galatea, precor, mihi: ferte, parentes: 880
Dixerat: et vestris periturum admittite regnis.
Insequitur Cyclops, partemque e monte revulsam
Mittit; et extremus quamvis pervenit ad illum
Angulus e saxo, totum tamen obruit Acin.
At nos, quod solum fieri per fata licebat, 885
Fecimus; ut vires assumeret Acis avitas.
Pœniceus de mole cruor manabat; et intra
Temporis exiguum rubor evanescere cœpit:
Fitque color primo turbati fluminis imbre,
Purgaturque mora. Tum moles jacta dehiscit: 890
Vivaque per rimas, proceraque surgit arundo:
Osque cavum saxi sonat exultantibus undis:

tam infensus Cyclops debuit habere. Ætna fremuit vociferatione. At ego tremefacta me condo sub mari proximo. Heros Symæthius in fugam dederat terga conversa; atque dixerat, Succurre mihi, Galatea, quæso, succurrite, parentes: atque admittite interiturum vestris regnis. Cyclops persequitur, atque jacit fragmentum dereptum ex monte, et quamvis extremus angulus saxi illum attigit, tamen obruit totum Acin. At nos præstitimus quod solum per fata concessum fuit, ut Acis colligeret vires avitas. Sanguis purpureus fluebat de saxo; et rubor cœpit evanescere intra breve spatium temporis; atque apparet color primo fluvii pluvia turbidi, et fit limpidus tempore. Tum saxum impulsum aperitur, et canna viva, atque erecta nascitur ex hiatibus; et alta rima lapidis strepit aquis salientibus: resque stupenda,

Med. C. *ignitus hab.*—877 Bas. unus *clam. subhorruit Ætn.* Plurimi etiam scribunt *Ætna.*—878 Quinque libri *Atque ego:* et unus Heins. *cœruleo* pro *ricino.*—880 Tres *Effer op.* duo *Confer;* Fl. *Affer.* Berolin. et Ro. *G. mih. prec.*—881 Pr. A. *per. advertite regn.*—882 Novem libri *a* pro *e.*—883 Duo *at* pro *et.*—884 Med. *obr. ictu.*—885 Berolin. *quod fieri nobis per.*—886 O. Jun. et Mor. A. *in undas;* duo *in undis.*—887 Pal. et Heidelb. *de monte;* decem *de more.* Deinde sex *et infra;* V. *instar.*—889 Berolin. *flum. umbre.*—890 In voc. *jacta* variant libri; in nonnullis, *tracta, facta, tanta, tecta, cuncta, certa, acta, fracta.*—891 Gron. pr. *per ripas.* In quibusdam scriptis *proceraq.* legitur, placetque Regio et Ciofano; vulg. *properataq.*—892 Cant. et quatuor alii *saxis* pro *saxi.*

NOTÆ

879 *Symæthius*] Symæthidis nymphæ filium fecit Acin Poëta: fuitque insuper Symæthus avus Siciliæ fluvius maximus.

886 *Vires*] Id est, in fluvium verteretur. Istud autem ideo fictum, quia Acis fluvius ex Ætna monte tanto impetu decurrit ut inde fuerit appellatus. Ἄκις enim sagitta est Græcis.

887 *Mole*] A Polyphemo in Acin jacta, qua obrutus fuit.

Miraque res; subito media tenus extitit alvo
Incinctus juvenis flexis nova cornua cannis.
Qui, nisi quod major, quod toto cœrulus ore est, 895
Acis erat. Sed sic quoque erat tamen Acis in amnem
Versus: et antiquum tenuerunt flumina nomen.

Fab. IX. Glaucus in Deum Marinum.

Glaucus, Anthedonis filius, piscator, cum speciosos pisces cepisset, et eos vellet recentissimos in urbem ferre, in opaco loco, proximo mari, eos, dum requiesceret, ac retia siccarentur, sub recentissimam herbam exposuit. At illi, vigore ejus succoque contacti, recuperato spiritu, quem amiserant, merserunt se in profundum. At Glaucus experrectus, existimans vim quandam divinitatis esse in herba, ipsa quoque jejunium polluit, alienatusque mente, ex alto se præcipitavit in pelagus; sed inter Deos marinos receptus: qui, ut Scyllam Cratæidis filiam, eodem mari versantem, conspexit, pulchritudine ejus accensus est, quam ne alloqui posset, mari recondita est.

Desierat Galatea loqui: cœtuque soluto
Discedunt, placidisque natant Nereides undis.
Scylla redit; (neque enim medio se credere ponto 900
Audet;) et aut bibula sine vestibus errat arena;

juvenis habens cornua recentia circumdata intentis arundinibus repente emersit usque ad medium ventrem. Qui, nisi quod major, quod est glaucus toto vultu, erat Acis. Verum sic etiam erat nihilominus Acis mutatus in fluvium: et amnis retinuit vetus nomen.

IX. *Galatea finem fecerat dicendi, et cœtu soluto abeunt, et Nereides nant in aquis quietis. Scylla revertitur: neque enim audet se committere mediò mari: atque aut exspatiatur sine amictu in bibula arena, aut postquam defessa est, inci-*

In Jun. et Fragm. Boxhorn. *saxo*, quod placebat Heins. Deinde Med. tert. *saxi fugit;* et Bonon. unus *et fluctantibus und.* — 894 In uno Med. *nexis* pro *flexis;* in alio *fexis;* Cant. *fletis:* Heins. conj. *plexis.* In Arund. *flexa...canna.*—896 Hæc Heins. recepit ex septem libris; vulg. *Acis erat, et sic quoq. erat:* S. Marci et Thuan. *quod sic quoq.* Cant. O. pr. Mor. et plures alii *sic quicquid;* et nonnulli *sed quicquid:* quart. Med. *sic et quoq.*—899 Duo libri *Descendunt.* Bas. *placidisq. natat Nereis in undis.*—900 Bas. *med. neq. en.* Tert. Gron. *med. succedere pont.* Berolin. *se cedere.*—

NOTÆ

894 *Cornua*] Nimirum cornuti esse debuerunt Dii fluviales, propter aquarum circumflexiones præsertim, quas etiam cornua vocant. Cannæ additæ, quia circa amnes plerumque nascuntur.

896 *Tamen*] Qui Galateam non amplius curabat.

Aut ubi lassata est, seductos nacta recessus
Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat unda.
Ecce fretum findens alti novus incola ponti,
Nuper in Euboica versis Anthedone membris, 905
Glaucus adest: visæque cupidine virginis hæret:
Et, quæcumque putat fugientem posse morari,
Verba refert. Fugit illa tamen, veloxque timore
Pervenit in summum positi prope littora montis.
Ante fretum est ingens, apicem collectus in unum, 910
Longa sine arboribus convexus ad æquora vertex.
Constitit hic: et tuta loco, monstrumne, Deusne
Ille sit, ignorans, admiraturque colorem,
Cæsariemque humeros, subjectaque terga, tegentem,
Ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis. 915

dens in aliquos recessus maris, tingit suos artus aqua inclusa. Ecce Glaucus novus incola profundi maris, artubus nuper mutatis Anthedone Euboica, dividens pontum accedit: atque consistit amore conspectæ puellæ: et dicit quæcumque autumat posse retinere fugientem. Illa tamen prorumpit, atque levis metu pervenit ad fastigium montis siti ad littus. Est vertex sine arboribus inclinatus in mare reductus in unum cacumen juxta vastum æquor. Hic substitit; atque secura loco, nesciens an ille Deus esset, an prodigium, admiratur et colorem, et capillos velantes humeros, et dorsum submissum, et quod piscis flexilis subjiciatur extremis inguinibus. Advertit

901 Unus Leid. *vest. exit aren.*—902 Cant. O. et plurimi alii *seductaque.*—903 Arg. *Gurg. inclusi;* Gron. *in summa;* Med. *in clausa;* unus Heins. *in liquida;* Med. alius *in clara;* Gron. tert. *immensa.*—904 Ex duobus Heins. recepit *findens* pro vulg. *scindens:* in Fl. S. Marci et tert. Bonon. *freto,* et in uno Med. et R. *fretum stridens;* ex quo idem conj. *stringens.*—906 *Hæret* est ex S. Marci, N. Urbin. Sec. Pal. O. et sex aliis; vulg. *ardet:* plurimi etiam Codd. *ardens.*—907 Pr. V. pr. Pal. Cant. pr. Erfurt. et decem alii *Hæc quæcumq.* sed tum scribendum Heins. monet *Ut quæcumq. videt:* Urbin. cum decem aliis *Hic;* pr. R. *His.*—910 S. Marci, aliique ex melioribus complures *apic. conjectus in;* Thuan. *conjunctus:* unus Heins. *collatus;* et ipse conj. *cuncatus.*—911 O. et tres alii habent *sine;* vulg. *sub.* Quidam Codd. *conversus* pro *convexus.* Deinde Heidelb. *ad æthera vert.*—914 Tres libri *subjectaq. membra teg.* Mor. *colla.* Tum *tenentem* Burm. dedit ex duobus pro vulg. *tegentem:* Heins. tamen conj. *terentem:* unus *jacentem,* alius *rigentem.*—915 Heins. conj. *ing. pistris:* atque ita Gronovius Obs. I. 18. ut Æn. III. 127.

NOTÆ

905 *Euboica*] Quia Euboea, quæ Ægæi est insula, a Bœotia parvo Euripo tantum diremta est.

Anthedone] Urbs est Bœotiæ maritima.

906 *Glaucus*] Deus maris factus ex homine; quod ipse modo narrabit: lege tantum.

915 *Excipiat*] Atrum desinebat in piscem.

Sentit: et innitens, quæ stabat proxima, moli,
Non ego prodigium, non sum fera bellua, virgo;
Sum Deus, inquit, aquæ: nec majus in æquora Proteus
Jus habet, aut Triton, Athamantiadesve Palæmon.
Ante tamen mortalis eram: sed scilicet altis 920
Deditus æquoribus, jam tum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces:
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia littora, quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis; 925
Quas neque cornigeræ morsu læsere juvencæ,
Nec placidæ carpsistis oves, hirtæve capellæ.
Non apis inde tulit collectos sedula flores:
Non data sunt capiti genialia serta, nec unquam
Falciferæ secuere manus. Ego primus in illo 930
Cespite consedi, dum lina madentia sicco.

Glaucus; *atque insidens scopulo qui prope erat, Ego, ait, non sum monstrum, o puella, non sum aspera bellua, sum Deus maris; neque Proteus, et Triton, et Palæmon Athamantiades majorem habet potestatem in maria. Prius tamen eram homo: verum enimvero studiosus profundarum aquarum, jam tum natabam in illis. Nunc enim trahebam retia trahentia pisces; nunc quiescens super scopulo flectebam filum virga. Sunt littora contermina prato virenti, quorum pars alia cingitur aquis, pars alia graminibus, quæ neque juvencæ cornutæ decerpserunt morsu, neque mites pecudes aut hispidæ capræ totondistis. Apis diligens non inde exportavit flores libatos; coronæ voluptariæ non sunt oblutæ capiti, neque unquam manus falce instructæ exsciderunt. Ego primus requievi in illo cespite, dum exsicco lina humida.*

de Scylla. 'immani corpore pistrix:' et Claudian. de Tritone, 'Qua pistris commissa viro.'—916 Nonnulli *Sensit.*—917 *non sum* ex melioribus; vulg. *nec.*—918 Alii *Sed D.* Deinde *æquora* est ex tert. Med. et Ro. vulg. *æquore.*—919 *Aut* Heins. dedit ex quatuor libris cum Edd. nonnullis; vulg. *et:* ve etiam ex emend. ejusdem; vulg. *que.*—921 *Jam tum* est ex melioribus pro vulg. *tantum.*—922 Pr. V. a man. sec. et duo Mor. *duc. capientia ret.*—923 Bas. *in rupe sed.*—925 Jun. et duo alii *Alt. p. viridis, p.* Deinde unus liber *alt. tingitur herb.* Mor. *cluditur;* tres *fungitur.*—927 Gron. *placid. læsistis ov.*—928 Multi ex præstantioribus *coll. semine flor.*—930 Heins. conj. *Eg. pronus in.*—

NOTÆ

918 *Proteus*] Deus maris, Neptuni et Phœnices filius, in omnes formas mutabilis, phocarum pastor.

919 *Triton*] Neptuni ejusdem ex Amphitrite filius, atque tubicen; de quo Metam. l. I.

Palæmon] Portumnus a Latinis dictus est hic Athamantis et Inus filius: cujus metamorphosim vidimus l. IV.

921 *Jam tum*] Istud cogitent qui aliquando cœlo recipi cupiunt.

Utque recenserem captivos ordine pisces,
Insuper exposui, quos aut in retia casus,
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos.
Res similis fictæ : (sed quid mihi fingere prodest ?) 935
Gramine contacto cœpit mea præda moveri,
Et mutare latus, terraque, ut in æquore, niti.
Dumque moror, mirorque simul, fugit omnis in undas
Turba suas : dominumque novum littusque relinquunt.
Obstupui : dubiusque diu, quæ causa, requiro : 940
Num Deus hoc aliquis, num succus fecerit herbæ.
Quæ tamen has, inquam, vires habet herba ? manuque
Pabula decerpsi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura succos :
Cum subito trepidare intus præcordia sensi ; 945
Alteriusque rapi naturæ pectus amore.
Nec potui restare loco : Repetendaque nunquam
Terra, vale, dixi, corpusque sub æquora mersi.
Di maris exceptum socio dignantur honore :
Utque mihi, quæcumque feram, mortalia demant, 950

Atque ut numerarem singulatim pisces captos, insuper exposui quos aut fors duxerat in retia, aut sua credulitas in curvos hamos. Res similis falsæ : verum quid mea refert fallere ? Herba contacta mea præda cœpit moveri, atque exsilire in latera, et micare in terra sicut in mari. Dumque maneo, et simul stupeo, omnis multitudo prorumpit in aquas suas, atque deserunt norum dominum cum littore. Obstupui, atque diu incertus perpendo quæ causa ; num Deus aliquis, num succus graminis hoc præstiterit. Quod tamen gramen, dixi, pollet his viribus ? atque revelli herbas manu, et dente momordi revulsas. Vix fauces satis degustaverant succos inexpertos, cum statim sensi viscera intus salire, et cor tangi amore alterius naturæ. Neque potui consistere in loco : atque dixi, Tellus, nunquam adeunda, vale ; et immisi corpus sub maria. Dii maris decorant exceptum honore communi : et orant Oceanum atque Tethyn ut mihi auferant omnia quæ habeam morti obnoxia. Ego purgor ab illis ;

—931 Alii *lin. manantia succ.*—933 Mor. et A. *Desuper.* Plurimi etiam *imposui.* —936 Pr. Strozzæ *Gramineo tactu cœp.*—937 Heins. recepit *mutare* ex Fl. S. Marci, N. tert. et quart. Med. O. pr. Mor. Arund. aliisque plurimis pro vulg. *motare.*—939 Pro *norum* quatuor libri *suum.* Leid. *littusq. revolvunt ;* octodecim *relinquit ;* octo *reliquit.*—940 Vulg. *dubitoque diu causamque req.* In V. et quibusdam Ciofan. *dubiusq. fui :* duo *dubitoque prius,* et Mor. *simul.* Heins. conj. *Obst. subitæque rei quæ causa requiro ;* vel *dubiusque, fugæ quæ causa r.*—941 Castigatiores *hoc ;* vulg. *hæc.* Deinde in uno Ciofan. ac duobus V. *an succ.* —942 Pr. Strozzæ et quinque alii *Quas tam. hæc inq.*—944 Duo Med. *comb. ignaros gutt.*—945 Bas. et alius *trep. ratus præc.* Heins. conj. *mctu.* Deinde tert. Bonon. *mea pectora sens.*—947 *Loco* dedit Heins. ex tert. Med. pro vulg. *diu.*—948 *Æquora* ex melioribus ; vulg. *æquore.*—949 Decem libri *mar. ac.*

Oceanum Tethynque rogant. Ego lustror ab illis:
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus jubeor supponere centum.
Nec mora: diversis lapsi de fontibus amnes,
Totaque vertuntur supra caput æquora nostrum. 955
Hactenus acta tibi possum memoranda referre:
Hactenus et memini: nec mens mea cetera sensit.
Quæ postquam rediit; alium me corpore toto,
Ac fueram nuper, nec eundem mente, recepi.
Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam, 960
Cæsariemque meam, quam longa per æquora verro,
Ingentesque humeros, et cœrula brachia vidi,
Cruraque pinnigero curvata novissima pisce.
Quid tamen hæc species, quid Dis placuisse marinis,
Quid juvat esse Deum, si tu non tangeris istis? 965

atque jubeor submittere pectora centum fluviis, carmine a me novies prolato quod delet nefas. Et sine dilatione, fluvii fluentes ex diversis scaturiginibus, et totum mare excurrit supra caput nostrum. Hactenus tibi possum narrare facta digna memoria, hactenus quoque recordor: neque animus meus advertit reliqua. Qui postquam rediit, recollegi me toto corpore alium ac fueram nuper, neque eundem ingenio. Ego tum primum spectavi glaucam hanc barbam atque subnigram, et meos capillos, quos traho per vasta maria, et magnos humeros, et lacertos cœruleos, et pedes ultimo sinuatos in piscem pinniferum. Quid tamen prodest hæc forma, quid gratum fuisse Diis marinis, quid esse Deum, si tu non moveris istis? Scylla

ceptum soc.—952 Bas. *carm. lecto.*—954 Quidam, *de montibus.*—956. 957 Hos duo versus, ut valde frigidos et jejunos, tollendos esse opinatur Heins. et mox legit, *Utque animus rediit*, aut, *Mox, ubi mens rediit.* Improbat Burm. Multi, *poss. miranda referr.*—958 In multis libris *redeunt* pro *rediit.*—959 Unus Ciofan. et duo V. *Quam fuer.*—960 *Viridem* pro *viridi* e multis dedit Heins. qui etiam in principio malit *Hac* pro *Hanc.*—965 Unus Heins. *non frangeris istis.*

NOTÆ

951 *Tethyn*] Quæ uxor Oceani, Cœli et Terræ filia, nequaquam cum Thetide Nerei confundenda.

952 *Nefas*] Quodcumque ex humana labe profectum, impietas præsertim. Qua fabula puros esse debere qui cum Deo vivere volunt, atque insuper minimos et ex humili plebe delectos illi acceptos esse, modo sint pii, quivis facile colligat. Ceterum Palæphatus ad historiam refert cujusdam piscatoris natandi peritissimi, quam hinc prolixius transcribere supervacaneum videtur.

963 *Curvata*] Nimirum curva et plicatilis est piscis cauda.

964 *Species*] Eaque egregia, si Diis placet. Verum ita quisque propemodum sibi placet: illi maxime qui maxime bruti.

Talia dicentem, dicturum plura, reliquit
Scylla Deum. Furit ille, irritatusque repulsa
Prodigiosa petit Titanidos atria Circes.

destituit Deum talia proferentem, et plura prolaturum. Ille insanit, atque impulsus contemtu adit aulam Circes monstris plenam.

NOTÆ

968 *Prodigiosa*] Quia monstris plena ex veneficiis Circes.

Titanidos] Titani Solis filiæ.

Circes] Quæ veneficiis et incantamentis ab omnibus cognita meretrix, mox sese insuper prodet.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XIV.

Fab. I. Scylla in Feram.

Glaucus Aniliedonius supradictus Scyllam circa Siciliam conspicatus dum adamasset, et quia nollet sequi adpetentem, venit ad Circen, obsecrans remedia, ut amanti succurreret: quem illa, ipsius non levi cupiditate capta, nequiens a proposito retardare, amorem incidit, dicens quæ esset, quæ sibi præferretur. Instructa enim Hecates carminibus venit in locum, in quo Scylla ablui consueverat, venenisque imbuit, quibus tenus pube canibus est efferata, ut amantibus odio ac timori esset. Quod ob factum illa postea in Ulixem amatum ab ea exercuit sævitiam. Quod Glaucus factum hoc a Circe dolenter tulit.

Jamque Giganteis injectam faucibus Ætnen,
Arvaque Cyclopum, quid rastra, quid usus aratri

1. *Jamque Euboicus sulcator aquarum æstuosarum præterierat Ætnam impositam cervicibus giganteis, atque agros Cyclopum intactos rastris atque aratro, nec quic-*

1 *Injectam* pro vulg. *ingestam* plerique vett. exhibent; tres etiam libri *invectam.* Alii quoque *Ætnam.*—2 Vulg. *quis usus aratr. quid* Burm. dedit ex

NOTÆ

1 *Giganteis*] Non modo Ætna capiti Tiphoëi Gigantis, sed tota insula Sicilia quam late patet illi monstro imposita; ut alibi cecinit Naso.

2 *Cyclopum*] Qui Neptuni et Amphitrites filii in Sicilia ferrariam sub

Nescia, nec quicquam junctis debentia bubus,
Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum:
Liquerat et Zanclen, adversaque mœnia Rhegi, 5
Navifragumque fretum, gemino quod littore pressum
Ausoniæ Siculæque tenet confinia terræ.
Inde, manu magna Tyrrhena per æquora lapsus,
Herbiferos adiit colles, atque atria Glaucus
Sole satæ Circes, variarum plena ferarum. 10
Quam simul aspexit; dicta acceptaque salute,
Diva, Dei miserere, precor: nam sola levare
Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus,) amorem.
Quanta sit herbarum, Titani, potentia nulli,
Quam mihi, cognitius, qui sum mutatus ab illis. 15

quam debentes bobus jugo pressis. Præterierat etiam Zanclen, et muros oppositos Rhegio, et fretum naufragum, quod coarctatum duplici littore fines facit terræ Italæ et Siculæ. Inde Glaucus natans vasta manu per maria Tusca, accedit ad montes herbidos, atque aulum Circes filiæ Solis refertam feris diversi generis. Quam statim atque vidit, salute oblata atque accepta, Dea, inquit, oro, miserere Dei: nam sola potes opem ferre huic amori, modo videar dignus. O filia Titanis, nulli est magis perspectum quam mihi qui sum versus ab illis quanta sit vis graminum. Neve ne-

duobus V. Farnes. Caprean. et Aldin. In alio V. *quid usus æquorum.*—3 Vulg. scribitur *bobus* pro *bubus.*—4 In uno V. *E. liquidarum cult.*—5 Berolin. *mœn. Rethi.*—6 Pro *Navifragumque* in vetustis *Naufragumque;* ut tamen quadrisyllabum sit; veluti et id Virgilianum, 'Naufragum Scylacæum.'—7 Heins. suadet *terit* pro *tenet.*—8 Duo Codd. et Politiani *man. forti T.* Leid. *nando.* Dein *lapsus* Heins. recepit ex pr. Pal. et V. et Bas. et R. et Erfurt. Arund. Cant. et multis aliis: vulg. *vectus.*—10 Med. tert. Fl. et N. C. *vanarum pl.*—12 In quibusdam Codd. *mei* pro *Dei.*—13 Quinque libri *mod. dignior esse:* multi *dignus amore,* et unus *honore.*—15 In Berolin. *mih. cognocius, qui* scribitur.

NOTÆ

Vulcano exercuerunt, Jovis præsertim fabricandis fulminibus intenti.

3 *Debentia*] Quia nunquam aratro subacta.

4 *Euboicus*] Glaucus Anthedonius, scil. de quo supra, qui Deus factus marinus maria natando sulcabat.

5 *Rhegi*] Rhegium urbs est in extremis finibus Calabriæ, qua parte Sicilia ab Italia impetu maris distracta dicitur: unde et Græce nomen istud habuit.

6 *Fretum*] Siculum dicit, propter æstus violentiam atque angustias maris, scopulos, itemque ventorum impetum, maxime naufragum.

7 *Ausoniæ*] Quam ab Ausonibus populis Italiam esse supra diximus.

8 *Tyrrhena*] Tyrrhenum et Tuscum dicitur mare quod Italiæ maximam partem a latere meridionali alluit.

14 *Titani*] Vocativus est Græcus: Titanis namque fuit Circe, Solis Titanis filia.

Neve mei non nota tibi sit causa furoris;
Littore in Italico, Messania mœnia contra,
Scylla mihi visa est. Pudor est promissa, precesque,
Blanditiasque meas, contemtaque verba referre.
At tu, sive aliquid regni est in carmine; carmen 20
Ore move sacro: sive expugnacior herba est;
Utere tentatis operosæ viribus herbæ.
Nec medeare mihi, sanesque hæc vulnera mando:
Fineque nil opus est: partem ferat illa caloris.
At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla 25
Talibus ingenium; seu causa est hujus in ipsa;
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno;)
Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
Dignus eras: ultro poteras certeque rogari: 30

scias causam mei amoris, Scylla conspecta est a me in littore Italico ex adverso murorum Messeniorum. Me pudet narrare pollicitationes, et preces, et mea lenocinia, et dicta neglecta. At tu, seu est aliqua potentia in incantationibus, profer incantamenta ore sacro: sive gramen est efficacius, utere viribus probatis graminis efficacis. Neque hortor ut mihi remedium admoveas, aut consolides has plagas: nam finem non quæro: illi sit pars æqua amoris. At Circe (neque enim ulla prædita est animo promtiore ad ignes hujus generis, seu causa istius rei est in ipsa, seu Venus læsa indicio paterno hoc præbet) reddit talia verba: Sapientius amaveris cupientem, atque quærentem eadem, et irretitam simili amore. Meritus eras: atque certe

Monet Heins. *qui sim* legendum.—16 Zinzerl. Promuls. Crit. cap. 21. legit *nec* pro *non*. In uno V. *caus. doloris*.—17 Sex libri *in Italio, M.* Multi etiam *Messenia;* et quinque *littora contr.* quam repetitionem elegantem Burm. judicat.—20 *Aliquid* ex Cant. sec. Pal. et quinque aliis pro vulg. *aliquod* recepit Heins. Conj. etiam *At tibi*.—21 Quidam *expugnantior;* vel *expugnatior;* Leid. etiam *oppugnatior:* Cant. et tres alii *hoc pugnacior*.—24 In uno Ciofan. et Cælest. *Hoc mihi nil opus est;* multi *Fine opus est nullo:* S. Marci et unus Bonon. *Et neque nil opus est:* multi etiam, *Hoc mihi nil opus est:* duo, *sic mihi:* alii, *Fine nihil opus est: Fineque opus nullo:* Thuan. *Sive opus est. nullo.* Heins. conj. *Hac ope nil opus est.* V. et unus Bas *Sic mihi nil opus est.* Gron. *hoc quoque nil opus est.* Burm. conj. *sic quoque nil opis est.* Deinde Cælest. et unus V. *ill. doloris*.—25 Multi Codd. *hab. altius ull.*—26 In uno V. *ejus* pro *hujus*.—28 Barb. *sequer. sequentem;* et Fl. S. Marci *videntem*.—30 In uno V. *Ut poteras ultroque potes certeq. rog.* in uno Mor. *D. e. certeque potes ul-*

NOTÆ

24 *Illa*] Scylla, scilicet; quam pari amore correptam cupit Glaucus.

25 *Aptius*] Ut satis superque constet insignem fuisse meretricem.

27 *Indicio*] Solem vidimus antea Circes patrem, qui Veneris cum Marte adulterium deprehendit, atque insuper Vulcano indicavit.

Et, si spem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.
Neu dubites, absitque tuæ fiducia formæ:
En ego, cum Dea sim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum cum gramine possim;
Ut tua sim, voveo. Spernentem sperne: sequenti 35
Redde vices: unoque duos ulciscere facto.
Talia tentanti, Prius, inquit, in æquore frondes,
Glaucus, et in summis nascentur montibus algæ;
Sospite quam Scylla nostri mutentur amores.
Indignata Dea est: et lædere quatenus ipsum 40
Non poterat, nec vellet amans; irascitur illi,
Quæ sibi prælata est: Venerisque offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit, et tritis Hecateia carmina miscet:

poteras rogari: et si spem indulseris, mihi fidem habe, sponte rogaberis. Neve sis incertus, aut diffidas de tua elegantia, ecce ego, cum Dea sim, cum filia splendidi Solis, cum tantum valeam incantamentis, cum tantum herbis, percupio tuam esse. Contemne negligentem: par pari refer amanti, atque vindica duas uno facto. Glaucus respondet talia conanti, Ante rami crescent in mari, et algæ in excelsis collibus, quam nostri amores mutentur Scylla incolumi. Dea irata est; et siquidem non poterat ipsum offendere, neque amans id cuperet, odium exercet in illam quæ sibi præposita est: atque læsa repulsa Veneris continuo terit herbas damnatas succis abhorrendis: et addit contritis incantationes Hecateias: et sumit pullos

troq. rog. unus Bas. *certe poteras ultroque rog. Potius* pro *poteras* in quibusdam; et in aliis *certoque.* In pr. Pal. *certoque rigori.* Denique Heins. vs. sic constituere volebat, *Dignus eras, poterasque ultro (mihi crede) rog.* Burm. sic, *Dignus eras: ultro poteras, per teque rog.*—32 *Neu dubit.* meliores; alii *ne. Absitque* etiam Thuan. pr. Erfurt. et Mor. et septem alii; at nonnulli edidere *adsitque;* Heins. conj. *absitre.*—33 In Cælest. *nitid. quoque fil.*—34 Omnes libri scripti *tant. quantum quoque gram.:* at Sprotianus *quantum eum;* unde Heins. *tantum cum.* In tert. etiam Med. et quinque aliis *quoque* omiss.—36 Pro vulg. *duas* ex V. et quinque aliis Burm. recepit *duos;* quia prævalere debet genus masculinum. Heins. quoque malebat *ulc. pacto,* ut pactum nuptiale intelligatur.—37 Bas. *Tal. captanti, P.* quod placet Burm. —43. 44 Heidelb. sic habet *Prot. horr. infamia gramina miscet,* omissis mediis. Unus Mor. *Prot. infestis inf.* Pro *pabula* multi *gramina;* et Bernegg. *pocula.* Heins. sic volebat, *Prot. horrendos, infamia pabula, succos.* Multi etiam Codd.

NOTÆ

36 *Redde vices*] Me pariter redama.

Duos] Vulgo *duas:* i. e. Scyllam, quæ amori non respondebat, deserendo; Circem, quæ opem denegabat, spem illi injiciendo amoris, ut eo torqueretur.

38 *Algæ*] Quæ herba est nullius valoris, maris ejectamentum.

44 *Hecateia*] Incantamenta ab Hecate matre accepta.

Cœrulaque induitur velamina: perque ferarum 45
Agmen adulantum media procedit ab aula:
Oppositamque petens contra Zancleia saxa
Rhegion ingreditur, ferventes æstibus undas:
In quibus, ut solida, ponit vestigia, ripa;
Summaque decurrit pedibus super æquora siccis. 50
Parvus erat gurges, curvos sinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ: quo se referebat ab æstu
Et maris et cœli, medio cum plurimus orbe
Sol erat, et minimas a vertice fecerat umbras:
Hunc Dea prævitiat, portentiferisque venenis 55
Inquinat: huic fusos latices radice nocenti
Spargit: et obscurum verborum ambage novorum
Ter novies carmen magico demurmurat ore.
Scylla venit; mediaque tenus descenderat alvo;
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris 60

amictus; et egreditur ex media regia per turbam ferarum adblandientium: et tendens Rhegium obversum petris Zancleis intrat aquas agitatas æstibus; in quibus firmat pedes tanquam in duro littore, et fertur super ultima maria siccis plantis. Exiguus erat gurges curvatus in arcus tensos, acceptum otium Scyllæ; quo se recipiebat a furore maris et caloris, cum Sol erat intensus in medio cœlo, et signabat brevissimas umbras a capite. Dea ante inficit hunc gurgitem, atque fœdat venenis monstriferis: in hunc immittit succos expressos ex radicibus noxiis; et demurmurat ter novies ore magico incantamentum obscurum ambitu vocum inauditarum. Scylla adest, atque progressa erat usque ad medium ventrem, cum videt sua inguina dede-

Hecat. gramina.—47 *Oppositamq.* ex duobus Bonon. vulg. *Oppositumq.*—48 Alii *ferventesque.*—49 Unus V. et Cælest. *posuit* pro *ponit:* Fr. etiam et Cod. Sprotii *posuit vestig. ripa.*—51 Thysii Cod. *Paucus er.* Pro *curvos* Bas. et A. *parvos,* unde Heins. *patulos.* Certe offendit Burm. ille sonus, *parvus gurges curvos.* Deinde duo Med. *falcatus;* eleganter, judice Burm.—52 Berolin. *se recreabat ab.*—53 Duo Med. *Et m. et Solis, med.* Deinde duo Codd. *plur. orbi,* scil. ut 'medius orbis' sit meridialis pars orbis, non solis orbis.—54 Bas. *a tergore fec.* —55 Alii *portentificisque.*—56 Vulg. *hic* pro *huic,* quod est ex conj. Heins. pr. Mor. et pr. Bonon. *huc;* Thysii *hac;* unus Gron. et alii *hinc.* Deinde *fusos* etiam vulg. legitur, et extat quoque in tert. Bonon. altero Hamburg. et pr. Gron. et plurimis aliis; multi *pressos;* et S. Marci *fusi.* Berolin. habet *hic fontis laticem.* Mox Leid. unus *rad. recenti.*—57 Urbin. et duo alii *et obscura verb.*—58 Voss. et Arg. *mag. Dea murmurat;* alius *dum murmurat.*—59 In uno Ciofan. *pontumq. subit media tenus alvo:* Gron. et tres alii *mediamq. tenus descendit in alvum;* et quatuor cum Heidelb. *ad alvum.*—60 In uno Bas. *latr. ing. raucis;*

NOTÆ

45 *Cœrula*] Pro nigris videntur posita.

53 *Cœli*] Cum Solis ardor intensissimus est æstuare etiam dicitur.

56 *Fusos*] Succos dicit ex venenatis herbis expressos.

60 *Monstris*] Canibus, scilicet, atque lupis.

Aspicit: ac primo non credens corporis illas
Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque
Ora proterva canum. Sed quos fugit, attrahit una.
Et corpus quærens femorum, crurumque, pedumque,
Cerbereos rictus pro partibus invenit illis. 65
Statque canum rabies: subjectaque terga ferarum
Inguinibus truncis, uteroque extante, cohærent.

Fab. II. Eadem in Saxum.

Docet eandem Scyllam transformatam esse in saxum, ne Æneæ, naviganti in Italiam, nocere posset.

Flevit amans Glaucus: nimiumque hostiliter usæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco mansit: cumque est data copia primum, 70

corari monstris latrantibus: et primo non putans eas esse partes sui corporis, et vitat, et repellit, et metuit rictus pervicaces canum. Verum secum rapit quos vitat: atque lustrans corpus femorum et tibiarum et pedum, reperit ora canum loco illarum partium. Atque manet canum rabies; et terga subdita ferarum junguntur inguinibus mutilatis atque ventri prominenti.

11. *Glaucus amans lacrymatus est, atque vitavit conjugium Circes usæ nimis hostiliter viribus herbarum. Scylla ibi mansit; et cum primum occasio oblata est pri-*

scil. 'latrantes' pro canibus.—61 Berolin. *cred. non.*—63 Duo vett. *sed quas fug.* Schepper. corr. *quæ fug. attr. ora.* Nonnulli etiam *abstrahit.*—64 Tres scripti *Et partes quær.*—66 Pr. Gron. *Stantque:* Heins. conj. *Statq. canum rabie.*—67 Vulg. *extant. coërcet;* Cant. et unus Voss. *coërcent:* unus Pat. et I. *cohæret:* Heins. corr. *cohærent;* atque ita alter Hamburg. et Fr. Sed totus locus mendi suspectus et Heinsio et Bothio; et ille quidem ex Berolin. sic emendat: *invenit illis, Atque canum rabiem, subjectaq. t. f. I. t. n. c. coërcet;* i. e. continet, ut Æn. III. 424. 'At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,'

NOTÆ

65 *Cerbereos*] Cerberi Inferorum canis similes.

67 *Truncis*] Quia in canes fuerunt mutata. Qua ex re, quid denique hominibus turpis voluptas afferat, quæ per Circen est intelligenda, quivis possit cognoscere. Quanquam paulo aliter alii hujus fabulæ sensum expiscari conantur.

68 *Flevit*] Quod fere illis evenit qui incaute ab obviis quibusque amicis consilium vel auxilium petunt: namque rarissimis contingit veros atque fideles, hac tempestate præsertim, nancisci.

69 *Circes*] Quam Scylla Ulyssis amore teneri resciverat: sibi namque invicem insidiantur inimici.

In Circes odium sociis spoliavit Ulixen.
Mox eadem Teucras fuerat mersura carinas,
Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus extat,
Transformata foret: scopulum quoque navita vitat.

Fab. III. Cercopes in Simias.

Cercopes propter fraudem scelusque, quia boni semper insidiatores fuerunt, perosi ab Jove, ut, qualem animum habuissent, talem et speciem post obitum indicarent, in simias conversi sunt. Itaque Inarimen Prochytenque insulas proximas, quas hi incoluerant, nomine suo Pithecusas vocavit.

Hanc ubi Trojanæ remis avidamque Charybdin 75
Evicere rates; cum jam prope littus adessent
Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoque domoque,

vavit Ulyssem comitibus in odium Circes. Brevi eadem fuerat perditura naves Trojanas, nisi ante mutata fuisset in scopulum, qui nunc quoque saxeus eminet: nauta etiam effugit scopulum.

III. *Postquam naves Trojanæ remis effugerunt hanc, atque rapacem Charybdim; cum jam pœne appulissent ad littus Italum, revehuntur vento ad littora Africæ.* Dido *Sidonia, non æquo animo passura divortium viri Trojani, illic accipit mente*

&c.—68 Unus Heins. *nimiumq. viriliter;* A. *utiliter.*—71 Alii *Ulixem.*—72 Fr. et quidam alii *Moxque ead.*—73. 74 In Arg. hoc ordine hæc legebantur: *Ni pr. i. s. (scopulum q. n. vitat) Transf. foret; qui nunc q. s. extat.* In duobus V. Johan. Heidelb. et Cælest. *foret; saxum quoq.*—75 *Hanc* Heinsius dedit ex melioribus; alii *Hunc.*—76 Sixii Cod. *Evasere rat.*—77 Unus Med. *vent. rapiantur ad.*—79 *Discidium* in omnibus vett. legi

NOTÆ

71 *Spoliavit*] Plurimos eorum in freto Siculo amisisse Ulyssem scripsit Homerus in Odyssea.

72 *Teucras*] Æneæ, qui per fretum Siculum iter habebat.

74 *Scopulum*] Inde nata fabula, quod procul visentibus promontorium appareat ex parte Italiæ specie mulieris; ad cujus radices aqua, æstu atque ventorum impetu allisa, latrantium canum voces reddere videatur.

75 *Avidam*] Quia a latere Siciliæ mare vorticosum ex repulsu atque collisione fluctuum qui in oppositos scopulos Italiæ per vim ventorum irruerunt: quo efficitur ut naves illac transeuntes trahi videantur, quæ æstu abripiuntur.

77 *Libycas*] Africanas. In Africam nempe tempestate delatus, ad Didonem Æneas pervenit: quod fuse persecutus est Maro.

78 *Excipit*] Scilicet illum exceperit quæ nondum nata, atque post 286. annos in lucem edita! Æneæ errores describit Poëta, ut commode

Non bene discidium Phrygii latura mariti,
Sidonis: inque pyra, sacri sub imagine facta, 80
Incubuit ferro; deceptaque decipit omnes.
Rursus arenosæ fugiens nova mœnia terræ,
Ad sedemque Erycis, fidumque relatus Acesten,
Sacrificat, tumulumque sui genitoris honorat.
Quasque rates Iris Junonia pæne cremarat, 85
Solvit: et Hippotadæ regnum, terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadumque relinquit

et hospitio Æneam: atque sese injecit in ensem super rogo structo sub specie sacri; et clusa omnes elusit. Rursus vitans recentes muros terræ arenosæ, et revectus ad sedes Erycis et fidelem Acesten, sacrum facit, atque veneratur sepulcrum sui patris: et solvit naves quas Iris Junonia prope cremaverat: atque præterit regnum Hippotadæ, et terras fumantes sulfure calido, et cantes Sirenum Acheloidum: et navis

testatur Ciofan. vulg. tamen *dissidium*.—80 Unus Leid. *imag. ficti*.—81 Octo libri *Incumbit ferr.* duo *Succubuit*; et *gladio* Politian. et unus Heins. et A.—83 *Sedemq.* ex S. Marci et quatuor aliis profert Heins. et unus *sedesque*: vulg. *sedes*. Unus V. etiam *sedes Circes*.—87 Unus Med. *Sulf. flammantes*. Alii

NOTÆ

ad Pithecusam insulam descendat, atque Cercopum metamorphosim describat.

79 *Non bene*] Namque Æneæ profecto sese ipsa Dido amoris impatientia jugulavit.

80 *Sidonis*] Dido, Sidone orinnda.

Sacri] Quod pluribus persequitur Maro Æn. IV.

81 *Deceptа*] Ab Æneæ, qui spem fecerat firmarum nuptiarum.

Decipit] Neminem namque, nequidem Annam sororem, fecit suæ necis consciam: 'Non tamen Anna novis prætexere funera sacris Germanam credit, nec tantos mente furores Concipit.' Virgil.

82 *Arenosæ*] Libycæ, scil. de qua Iarbas apud Virgilium, de Didone loquens: 'cui littus arandum Dedimus.'

83 *Erycis*] Qui mons est Siciliæ, ab Eryce Veneris filio ibi sepulto sic dictus, nisi Etymologia est Punica.

Acesten] Qui Trojano a sanguine cretus, per Egestam matrem, atque Segestæ imperium tenens, quam ipse condiderat, benignissime antea hospitio Æneam exceperat.

84 *Tumulum*] Namque patri in Sicilia sepulto Æneas anniversarium sacrum instituerat; in cujus etiam honorem Indos Trojani celebrarunt: ut prolixe a Marone hæc omnia narrantur.

85 *Iris*] Quæ Junonis nuntia matribus Trojanis suasit, ut ignem navibus injicerent, ne ulterius posset Æneas progredi, aut in Latio 'Romanam condere gentem.'

86 *Hippotadæ*] Æolus est, Hippotæ Trojani filius, qui optimus Princeps, atque Astronomiæ peritissimus, in Æoliis insulis imperavit, quæ inter Siciliam atque Italiam jacent, alio nomine dictæ Vulcaniæ.

Terras] Vulcani insulas dicit.

87 *Acheloiadum*] Sirenes, quas jam

Sirenum scopulos: orbataque præside pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas. 90
Quippe Deum genitor fraudem et perjuria quondam
Cercopum exosus, gentisque admissa dolosæ,
In deforme viros animal mutavit: ut îdem
Dissimiles homini possent, similesque videri.
Membraque contraxit, naresque a fronte resimas 95
Contudit, et rugis peraravit anilibus ora.
Totaque velatos flaventi corpora villo
Misit in has sedes. Nec non prius abstulit usum
Verborum, et natæ dira in perjuria linguæ.
Posse queri tantum rauco stridore relinquit. 100

spoliata nauclero stringit Inarimen, et Prochyten, et Pithecusas positas in monte infœcundo, appellatas nomine incolentium. Namque pater Deorum, perosus dolos, et perjuria, et facinora nationis fraudulentæ veterum Cercopum, transformavit homines in turpe animal; ut iidem possent videri similes atque dissimiles homini: atque coarctavit artus, et depressit nasum retusum a fronte, et signavit vultus rugis anilibus: et misit in has sedes habentes totum corpus tectum pilis subfuscis: quin etiam antea ademit usum vocis, et linguæ factæ ad execranda perjuria. Permittit tantum posse conqueri rauco stridore.

scribunt *Acheloidumq.*—89 Tert. Med. *Inque arimen.*—94 Duo libri *Dissimilesque;* et unus R. *hominis.*—95. 96 Vulg. *front. remissas Contulit.* Salmasius ad Solinum p. 68. legit *resimas;* recte, judice Heins. pr. Bas. et sex alii *revulsas;* alii quatuor *retusas.* Vett. plurimi habent *Contudit;* unus etiam liber

NOTÆ

toties vidimus, Acheloides a patre Acheloo dictæ sunt: quarum descriptionem vide Metam. v. 552. Tres fuerunt, Parthenope, Lysia, et Leucosia; quæ in Sirenusis saxis, seu Pæstani sinus insulis, sedem habuerunt.

88 *Præside*] Palinuro, scil. quem Somnus Deus 'cum puppis parte revulsa, Cumque gubernaclo, liquidas projecit in undas,' ut habet Virgil. priusquam Sirenum scopulos esset prætervectus.

89 *Inarimen*] Insula est contra Campaniam, quæ et Ænaria atque Ischia dicta.

Prochyten] Alia est insula, a præcedenti terræ motu divulsa; unde et nomen habuit: προχέω namque est *profundo.*

90 *Pithecusas*] Quæ urbs est in Pithecusa insula supra Neapolim ad occasum; a simiis, qui Græcis πίθηκοι dicuntur, sic appellata.

92 *Cercopum*] Candulus atque Atlas, inquit Suidas, fratres fraudulentissimi fuerunt, qui propter scelestos mores, Jovem ipsum ausi etiam decipere, Cercopes, hoc est Deceptores, dicti sunt.

100 *Posse queri*] Jove nihil opus est ad pœnas facinorosis hominibus irrogandas. Ipsum crimen per sese non dedecorat modo naturam, sed insuper in certissimum exitium de-

Fab. IV. Sibylla in Vocem.

Apollo, Jovis et Latonæ filius, Sibyllam Glauci filiam cum diligeret, pro concubitu optandi veniam tribuit. At illa in longum victura tempus, spatians in littore, hausto pugno arenæ, petit tot annorum spatium, quot partes ejus dinumerare posset. Igitur præstata fide ad tempus, senectute dilapso corpore, relicta est vox, quæ Sibyllam indicaret. Deus vero voluisset morari eam in eo munere : sed illa neglexit Dei voluntatem.

Has ubi præteriit, et Parthenopeia dextra
Mœnia deseruit; læva de parte canori
Æolidæ tumulum, et loca fœta palustribus ulvis
Littora Cumarum, vivacisque antra Sibyllæ
Intrat : et, ut manes adeat per Averna paternos, 105
Orat. At illa diu vultus tellure moratos
Erexit : tandemque Deo furibunda recepto,

iv. *Postquam has reliquit, atque præteriit a dextra muros Parthenopeios, adit a parte sinistra sepulcrum Æolidæ tubicinis, et littora Cumarum, loca consita ulvis palustribus, atque speluncas vivacis Sibyllæ ; et precatur ut veniat ad Manes paternos per Averna. At illa sustulit oculos diu affixos terræ ; et denique turbata Deo*

Contrahit.—100 Pr. Pal. et tres alii *relinquit ;* vulg. *reliquit.*—103 Cod. Menard. *loc. fœda palustr.* Dein *ulvis* Heins. dedit ex pr. Gron. Norico, Bernegg. pro var. lect. Bersm. et aliis, pro vulg. *undis.* Duo *paludibus udis.*—105 Quidam *ut* vel *ad M. veniat.*—106 *Vultus...moratos* Heins. profert ex Thuan. O. sec. Pal. quart.

NOTÆ

honestatam trahit. Quod maxime perfidis adulatoribus, simiis, aut hominum larvis, hypocritis, esset perpendendum.

101 *Parthenopeia*] Neapolis est, a Parthenope Sirene ibi sepulta sic dicta.

103 *Æolidæ*] Misenum dicit, Æoli filium ; ' quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu :' ut cecinit Virg. Æn. vi.

Ulvis] Stagnorum est alga, herba nullius usus.

104 *Vivacis*] Quamobrem, postea dicetur.

Sibyllæ] Cumæam dicit, quæ inter decem a Lactantio recensitas, novem oraculorum voluminibus quæ Tarquinio Prisco obtulit, maxime celebris. Quanquam eorum omnium vanitatem prolixe Blondellus aliique viri magni coarguerunt.

105 *Averna*] Avernus, in singul. seu Averna, in plur. lacus fuit non longe a Puteolano Campaniæ sinu, profundissimus, cinctus olim inaccessis sylvis atque præruptis collibus : qua ex re, cumque insuper totus ille terræ tractus cavernosus, sulfure atque bitumine abundans esset, maxime factum ut Latini poëtæ hac etiam in Inferos descensum patere scripserint.

107 *Deo*] Apolline, scilicet.

Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus
Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes.
Pone tamen, Trojane, metum: potiere petitis; 110
Elysiasque domos, et regna novissima mundi
Me duce cognosces, simulacraque cara parentis.
Invia virtuti nulla est via. Dixit: et auro
Fulgentem ramum sylva Junonis Avernæ
Monstravit, jussitque suo divellere trunco. 115
Paruit Æneas: et formidabilis Orci
Vidit opes, atavosque suos, umbramque senilem
Magnanimi Anchisæ: didicit quoque jura locorum;

admisso, Ingentia poscis, inquit, vir clarissime facinoribus, cujus dextra cognita per ensem, pietas per flammas. Omitte tamen timorem, Trojane; frueris votis, et me duce vises sedes Elysias, et regna ultima mundi, et dilectam imaginem genitoris. Nulla est via inaccessa virtuti. Dixit: atque ostendit ramum in sylva Deæ Inferorum splendentem auro, et imperavit deripere suo stipite. Æneas obsecutus est, et intuitus est divitias tremendi Plutonis, et majores suos, et Manes veteres generosi

Med. et octo aliis; vulg. *vultum...moratum.*—109 Pr. Gron. Berolin. et alii *per ignem.*—112 Fr. et Sprotii *simulacraq. vana par.* unus liber *vera;* alter Strozzæ *magna.*—114 Berolin. *ram. in syle.*—115 Multi, *devellere.* Sed Burm. prætulit *divellere,* quia ab arbore discerpitur et dilaceratur ramus. *Devellere* vero est, depilare, vellere.—116 Unus Pat. *Annuit Æn.* Deinde Schepper. corr. *formidabilis Orco Cernit axos.*—117 In Cælest. *vultumq. senil.*—118

NOTÆ

111 *Elysias*] Elysium, Campi Elysii, aut Domus Elysiæ, sedes fuerunt beatorum apud Inferos, ex poëtarum maxime atque Ethnicorum sententia: ubi omnis generis voluptatibus securi post mortem fruerentur.

Novissima] Quæ infra Cœlum, quod Jovi, atque Aquas, quæ Neptuno, Plutoni tertio illorum fratri obtigerunt.

114 *Ramum*] Credenti atque volenti omnia equidem sunt prona: 'Invia virtuti nulla est via,' verissime dixit Sibylla. At enim, seu per virtutem fidem, sapientiam, aut veritatem ipsam intelligas, nulla earum in homine, sine præsentissimo Dei numine, quod per ramum Junonis intelligas, potest consistere. Ceterum haud equidem scio, annon arcana quædam naturæ mysteria hic attingat Poëta.

Sylva] Quæ Proserpinæ Inferorum regiuæ sacra.

115 *Divellere*] Utinam vero nostris hominibus liberet etiam sua fide suum parare verum Deum; quem non alia re magis contemnunt, quam quod pro libitu quovis tempore jam diu paratum credunt.

116 *Orci*] Plutonem dicit, qui diversis de causis diversa etiam habuit nomina, quæ passim ex Lexicis licet cognoscere.

117 *Opes*] Divitiarum namque Deus est Plutus.

118 *Jura*] Quique adeo hic aut illic essent, plecterentur, aut oblectaren-

Quæque novis essent adeunda pericula bellis.
Inde ferens lassos averso tramite passus, 120
Cum duce Cumæa fallit sermone laborem.
Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit,
Seu Dea tu præsens, seu Dis gratissima, dixit,
Numinis instar eris semper mihi; meque fatebor
Muneris esse tui; quæ me loca mortis adire, 125
Quæ loca me visæ voluisti evadere mortis.
Pro quibus aërias meritis evectus ad auras
Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honorem.
Respicit hunc vates, et suspiratibus haustis,
Nec Dea sum, dixit; nec sacri thuris honore 130
Humanum dignare caput. Neu nescius erres;
Lux æterna mihi, carituraque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti.

Anchisæ: edoctus est etiam jura locorum, et quæ discrimina essent subeunda novis bellis. Inde regrediens aversa via cum duce Cumæa defessus decipit laborem colloquio. Et dum iter facit tremendum per obscuram lucem, Seu, inquit, tu Dea propitia, seu Diis dilectissima, eris semper mihi tanquam Dea: et agnoscam me virere ex tua beneficio, quæ voluisti me visere sedes mortis, quæ voluisti *me effugere sedes conspectæ mortis. Pro quibus beneficiis sublatus ad oras superas tibi ponam delubra, tibi præbebo cultum thuris. Sibylla respicit hunc, et suspiriis ex imo pectore ductis, Neque, inquit, Dea sum: neque honora caput humanum sacro thure. Neve pecces ignorans, vita æterna mihi præbebatur sine fine, si mea virginitas fuisset per-*

Cant. sec. Pal. pr. Mor. et septem alii *didic. quæ jur.* unde Heins. conj. *didicitque et jura.*—121 Heidelb. *duc. Cumarum mollit serm.* plurimi etiam vett. *mollit.*—122 Heins. ex vett. Codd. præfert *opac. silentia carp.* Burm. vero vulg. retinendum putat.—125 Plurimi vett. *Munus habere tuum.*—126 Pr. V. et tert. Med. *evad. noctis.*—127 Berolin. *quib. Æneas mer.* Mox unus *mer. prorectus; advectus* quinque; *ejectus* duo; *erectus* totidem; *rejectus* unus; *projectus* alius; *ereptus* Sprotii; *devectus* Arg. *allectus* N. Alii etiam *in auras.*—128 Ex Codd. Heins. dedit *honorem;* vulg. *honores.*—129 Bernegg. et pr. Gron. *Incipat hunc.* Mox Med. et quatuor alii *et respirantibus haustis,* et duo *auris:* sex *suspirantibus.*—130 Berolin. *Non D.*—131 *Neu* ex scriptis Heins. dedit pro vulg. *ne.*—133 Quatuor scripti *P. placuisset am.*—134 Be-

NOTÆ

tur, &c. quæ fuse persequitur Virgil. Æn. VI.

119 *Novis*] Quæ adversus Turnum præsertim gessit Æneas.

120 *Averso*] Cum rursus ad superas auras Æneas atque Sibylla redirent.

122 *Crepuscula*] Id est, per lucem dubiam, qualem decet esse apud Inferos.

132 *Lux*] Vita; quam quidem castitatis dispendio noluit Sibylla consequi.

Dum tamen hanc sperat, dum præcorrumpere donis
Me cupit: Elige, ait, virgo Cumæa, quid optes: 135
Optatis potiere tuis. Ego pulveris hausti
Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
Tot mihi natales contingere vana rogavi.
Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternamque juventam, 140
Si Venerem paterer. Contemto munere Phœbi
Innuba permaneo. Sed jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra senectus,
Quæ patienda diu est. Nam jam mihi sæcula septem
Acta vides: superest, numeros ut pulveris æquem, 145
Ter centum messes, ter centum musta videre.
Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat: consumtaque membra senecta
Ad minimum redigantur onus. Nec amata videbor,
Nec placuisse Deo. Phœbus quoque forsitan ipse 150
Vel non agnoscet, vel dilexisse negabit.

missa amanti. Quamdiu tamen hanc sperat, quamdiu optat me ante captare muneribus; Dispice, inquit, puella Cumæa, quid voveas, frueris tuis votis. Ego monstrans cumulum arenæ correptæ, insciens petivi tot mihi annos evenire, quot pulvis haberet atomos. Oblita sum vovere etiam continuo annos juveniles. Ille tamen mihi offerebat atque juventutem illibatam si paterer concubitus. Permaneo cœlebs, dono Apollinis neglecto. Verum jam anni lætiores præterierunt; et tristis senectus venit passu tremulo; quæ diu est ferenda. Nam jam cernis mihi septem sæcula præteritu: restat aspicere terventum messes, et tercentum vindemias, ut impleam numerum glareæ. Dies erit, cum diuturnitas temporis reddat me exiguam de tanto corpore, et artus exhausti senectute redigantur ad minimum pondus: neque videbor dilecta, neque grata fuisse Deo. Apollo etiam ipse forte non cognoscet,

rolin. *sperat et dum corrumpere.*—135 Med. *virg. Cumana, quid.*—136 *Hausti* meliores scripti et editi; alii *haustu.*—137 Berolin. *Ostendi cum.* Et unus Med. ex melioribus *quot haberent.*—139 Vulg. *Excid. ut peterem juv.* unus etiam Heins. ex veterrimis *hunc peterem:* Heins. autem placet *optarem* ex altero Hamburg. uno suo, et uno Leid.—145 Fl. S. Marci *numero sub pulveris æquæ.*—146 Unus Bas. *must. videri.*—147 Berolin. *cum de tant. me,* ut Bothius censet ' elegantiore positu verborum.'—148. 149 *Faciat* et *redigantur* pro vulg. *faciet* et *redigentur* Heins. dedit ex plurimis et optimis Codd.—151 O.

NOTÆ

139 *Excidit*] Neque cuiquam unquam satis compertum fuit, quid quisque optare debeat: ut satius sit id totum Deo concredere.

143 *Tremulo*] Immo maxime festino venit, sed tremula est ipsa senectus.

Usque adeo mutata ferar : nullique videnda,
Voce tamen noscar. Vocem mihi fata relinquent.

Fab. V. et VI. Socii Ulyssis in Feras. Iidem in Homines.

Æneas, iter in Italiam tendens, ad Læstrygonas venit, ubi Macareus Neritius comes Ulixis apparuit, congressusque eos est comitatus. Itaque cum exposuisset Achæmenides apud Cyclopem quæ essent passi socii, similiter et ille quæ a Circe cum comite Eurylocho, qui potione accepta in varias figuras commutati sunt: ac novissime Ulixes remedio Mercurii ibi venit, et socios recuperavit. Ex eo Circe junxit se ei in matrimonium. Monuitque Æneam, ne littoribus Circes accederet.

Talia convexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem 155
Troius Æneas : sacrisque e more litatis,
Littora adit, nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoque substiterat post tædia longa laborum
Neritius Macareus, comes experientis Ulixei.

vel inficiabitur me amasse. Usque adeo dicar mutata ; neque cuiquam conspiciendu, cognoscar tamen voce. Fata mihi relinquent vocem.

v. vi. *Sibylla talia referente per tramitem arduum, Æneas Phrygius prodit in urbem Euboicam ex locis inferis: et sacrificiis feliciter absolutis secundum ritus, pervenit ad oras nondum habentes nomen nutricis. Macareus Neritius, socius perspicacis Ulyssis, hic etiam requieverat post longa tædia laborum; qui agnoscit*

Med. et quindecim alii *non cognosceet*, *vel.*—153 Leid. unus *filu relinq.* et Thysii *relinquant;* tres alii *relinquunt.*—155 *Emergit* ex melioribus; vulg. *emersit.*—156 Berolin. *Troicus Æn.* et alii *ex* pro *e.*—158 Bas. *Hic ubi subst.* alius *His quoq.* Duo etiam *constiterat.*—159 Hunc versum citat Priscian.

NOTÆ

153 *Voce*] Ut hinc sapientes viros consignatis scriptis immortales esse intelligas; quique suis consiliis superstites bene semper admoneant. Scirent vero omnes velim quid vox, veritas, aut sapientia sit ex sese sine omni ambitionis et stoliditatis humanæ furo!

154 *Convexum*] Ascensu arduum.

155 *Euboicam*] Cumas, Chalcidensium coloniam : Chalcis enim Eubœæ fuit civitas.

Stygiis] Inferis · a Styge Inferorum palude, ' Dii cujus jurare timent et fallere numen.'

156 *Litatis*] Feliciter peractis.

157 *Nutricis*] Caietæ ; quæ ibi sepulta promontorio atque urbi nomen dedit, in ea Neapolitani regni parte quæ hodie *Terra di Lavoro* dicitur. Quanquam aliunde alii nominis istius rationem deducunt.

159 *Neritius*] Ithacensis : fuit namque Neritus mons Ithacæ Ulyssis pa-

Desertum quondam mediis qui rupibus Ætnæ 160
Noscit Achæmeniden: improvisoque repertum
Vivere miratus, Qui te casusve, Deusve,
Servat, Achæmenide? cur, inquit, barbara Graium
Prora vehit? petitur vestræ quæ terra carinæ?
Talia quærenti jam non hirsutus amictu, 165
Jam suus, et spinis conserto tegmine nullis,
Fatur Achæmenides: Iterum Polyphemon, et illos
Aspiciam fluidos humano sanguine rictus;
Hac mihi si potior domus est Ithaceque carina;
Si minus Ænean veneror genitore, nec unquam 170
Esse satis potero, præstem licet omnia, gratus.

Achæmeniden olim destitutum in mediis cautibus Ætnæ: et stupens quod ex improviso repertus in vivis esset, Quæ fortuna, inquit, vel quis Deus te custodit, Achæmenide? quamobrem navis Phrygia habet Græcum? quæ tellus quæritur vestra navi? Achæmenides nunc non hispidus vestitu, nunc suus, et vestibus nullis spinis obsitis, talia refert petenti: Videam denuo Polyphemum, atque illud os madens sanguine humano, si Ithaca est mihi carior domus hac navi, si minus honoro Ænean quam patrem: neque unquam potero esse satis memor, quamvis faciam omnia. Ilic

lib. v. p. 723. qui habet *Machareus;* et *Ulixei* scribendum esse docet, pro vulg. *Ulixi.*—160 Vulg. *in rupibus;* alii *e rup.*—162 *Qui* ex Codd. Heins. dedit; alii *Quis.* Burm. ad notulam suam provocat Phædr. Fab. 1. 13. 6. ubi exemplis ostendit, veteres certos fuisse elegantiæ suæ, et ubi *qui,* ubi *quis* præstaret, usu fuisse doctos, licet nos sæpe in his fluctuemus.—164 Unus Heins. *trahit* pro *vehit.*—165 Tert. Med. *hirs. amictus:* Heins. malebat *amictum.*—166 *Conserto* plurimi Codd. et ab Heins. et Burm. probatum; vulg. *concreto:* præterea Thuan. et unus Mor. *consuto;* unus Heins. *contento;* alter Erfurt. *conjecto;* tert. Bonon. *consperto,* et emend. *consepto,* quomodo et unus Arg. Urbin. et pr. Bonon. *consertus.*—169 Hunc vs. sic e Nauger. et Gron. restituit Heins. cum antea legeretur, *Hæc mihi ni.* Heins. suadet etiam *Ithacæa carina.*—170 Alii *Æneam.*—172 Pr. Bonon. habet *Solemq. et si-*

NOTÆ

triæ. Hujus autem Macarei melius ab ipso postmodum nosces historiam.

Experientis] 'Qui domitor Trojæ, multorum providus urbes Et mores hominum inspexit, latumque per æquor, Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.' Horat.

161 *Achæmeniden*] Ulyssis socius, Polyphemi Cyclopis timore in Sicilia ab Ulysse relictus, qui mox casus suos Macareo petenti narrabit.

163 *Barbara*] Trojana, scilicet. Ceteros enim Græci barbaros vocitare solebant.

165 *Hirsutus*] Qualem optime describit Maro: quem vide.

166 *Suus*] Cum antea Polyphemi potius mactanda victima sibi videretur.

Nullis] Cum prius lacera ex spinis hispida per dumos latitantis vestis esset.

169 *Hac*] Qua nunc vehor Æneæ.

Quod loquor, et spiro, cœlumque, et sidera Solis
Respicio, (possimne ingratus et immemor esse?)
Ille dedit. Quod non anima hæc Cyclopis in ora
Venit: et ut lumen jam nunc vitale relinquam, 175
Aut tumulo, aut certe non illa condar in alvo.
Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem
Sensum animumque) fuit, cum vos petere alta relictus
Æquora prospexi? Volui inclamare; sed hosti
Prodere me timui: vestræ quoque clamor Ulixis 180
Pæne rati nocuit. Vidi, cum monte revulso
Immanem scopulum medias permisit in undas.
Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
Vasta giganteo jaculantem saxa lacerto.
Et, ne deprimeret fluctusve lapisve carinam, 185
Pertimui, jam me non esse oblitus in illa.

præbuit quod verba facio, et viro, et intueor cœlum et Solem; quod hic homo non datus est in victus Cyclopis: (possimne esse immemor et ingratus?) et quanquam jam nunc deseram lumen vitale, aut componar in sepulcrum, aut certe non in illum ventrem. Quid tum mihi fuit consilii (nisi si pavor ademit omnem sensum et consilium) cum destitutus prospexi vos procul in vasta maria? Subiit vociferari: verum metui me detegere hosti: vociferatio Ulyssis propemodum etiam obfuit vestræ nari. Aspexi, cum rupe deruptu jecit in medios fluxus saxum ingens. Aspexi projicientem iterum ingentes lapides brachio giganteo, tanquam impulsi essent viri.

---

dera cœli. Sidera Heins. dedit ex S. Marci, N. Bernegg. et aliis nonnullis; vulg. *lumina.*—173 Ex iisdem Codd. *Respicio* pro vulg. *Aspicio:* Burm. tamen mallet *Suspicio*, si libri addicerent. Alii etiam *possumne.*—175 Berolin. et Heidelb. *jam non vit.*—176 Heins. monet *Aut tum.* scribendum, non *ut;* posse etiam reponi *Quod.* Heins. etiam malebat *non illam c. in alvum*, quia alibi Noster sic loquitur, ut vs. 209. Burm. vero exemplis docet, utrumque recte dici.—177 Pro *tunc* Bas. unus et Leid. *nunc.* Multi etiam *nis. quod tim.* Heidelb. vs. sic exhibet: *Quid m. t. u. cum vos p. a. relictus*, omissis mediis.—179 Pr. Hamburg. sec. Pal. et quinque alii *Æq. conspexi.* Plurimi etiam *vot. clamare.*—180 Unus Med. *Dedere me t.* pr Gron. *me metui.* Alii etiam *vester* vel *vestri.*—181 Vulg. *cum m.* et libri scripti *a m. revulsum:* Heins. profert *revulso* ex S. Marci, N. et sec. Strozzæ.—182 Unus Mor. *med. projecit in;* Voss. *emisit;* Jun. *pertransit.*—185 Unus Med. *ne deprimerent fl.*

NOTÆ

180 *Clamor*] Ad illud alludit, quod apud Homerum fingitur Odyss. IX. ubi Ulysses navi aufugiens, Polyphemum clamando, atque indicando quinam ipse vere esset, qui se prius 'neminem' dixerat, in sese irritat. Quare, ingentis saxi jactu, pæne et ipse et tota navis ab eodem Polyphemo oppressa.

186 *Oblitus*] Hinc maximus Achæmenidis in suos illustratur affectus.

Ut vero fuga vos ab acerba morte removit,
Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam,
Prætentatque manu sylvas; et luminis orbus
Rupibus incursat: fœdataque brachia tabo 190
In mare protendens, gentem execratur Achivam.
Atque ait: O si quis referat mihi casus Ulixen,
Aut aliquem e sociis, in quem mea sæviat ira,
Viscera cujus edam, cujus viventia dextra
Membra mea laniem, cujus mihi sanguis inundet 195
Guttur, et elisi trepident sub dentibus artus;
Quam nullum, aut leve sit damnum mihi lucis ademtæ!
Hæc, et plura ferox. Me luridus occupat horror,
Spectantem vultus etiamnum cæde madentes,
Crudelesque manus, et inanem luminis orbem, 200
Membraque, et humano concretam sanguine barbam.

bus tormenti. Atque metui ne saxum vel unda obrueret navim, immemor me jam non esse in illa. Postquam autem fuga vos seduxit a violenta nece, ille quidem rabiosus excurrit totam Ætnam, atque prætentat manu arbores, et privatus oculo impingit in saxa, atque porrigens in æquor lacertos infectos sanie, detestatur nationem Græcam. O etiam *dicit, si quæ fors mihi reddat Ulyssen, vel aliquem ex comitibus, in quem mea ira exæstuet, cujus laniem præcordia, cujus sanguis mihi irriget fauces, et membra fracta fremant sub dentibus, quam nullum, vel parvum sit mihi dispendium oculi effossi! Sævus hæc et plura* dixit: *pallidus metus me invadit, qui cernerem faciem etiamnum fluentem sanguine, et truculentas manus, et circulum orbatum oculo, et artus, et barbam squalentem sanguine humano. Mors erat præ*

—187 Unus Hamburg. *vos a certa morte reduxit;* vulg. etiam *reduxit* legitur. *Removit* est ex pr. Pal. et V. Cant. pr. Gron. et Mor. Urbin. Arund. aliisque multis; sec. V. et duo alii *redemit;* tert. Med. *revellit;* unus Bonon. *revulsit:* Heins. denique conj. *vos ab certa m. removit,* vel *redemit.*—188 *Fremebundus* est ex Sprotiano; vulg. *gemebundus;* alter Hamburg. et Fr. *tremebundus;* qui cum plurimis aliis etiam habet *tota...Ætna.*—189 *Prætentatq.* est ex melioribus; et alii quoque cum S. Marci Cod. *Prætendensq.* vulg. autem *Pertentatq.* —190 Med. *Rup. incurrit;* Gron. *impulsat;* Ms. Bersm. *occursat.*—193 Multi *in quo,* ut v, 546. 'in pellice sævæ.'—194 Pr. Gron. et sec. Pal. *cuj. vivacia dextr.*—195 Pr. Ambr. *sanguine.*—196 Bas. *elisi crep.* quod non displicet Burm. Bas. *avulsi;* V. *illæsi.*—198 Berolin. *me lividus occ.* Plurimi, *occupat error,* quod Burm. de caligine capit, quæ oculis offunditur.—201 In quibus-

NOTÆ

189 *Prætentat*] Cæcorum more, aut eorum qui per tenebras ambulant.

191 *Execratur*] Id unum reliquum illis qui potentia sua abusi per sævitiam, vesaniæ suæ tandem pœnas luunt.

197 *Quam nullum*] Jam fabulæ color sublatus: ipsissimam vides feritatis humanæ, qua nulla alia est major, horrendam indolem.

198 *Luridus*] Qui luridos atque livore pallentes efficit.

Mors erat ante oculos; minimum tamen illa malorum.
Et jam prensurum, jam jam mea viscera rebar
In sua mersurum: mentique hærebat imago
Temporis illius, quo vidi bina meorum 205
Ter quater affligi sociorum corpora terræ.
Quæ super ipse jacens, hirsuti more leonis,
Visceraque, et carnes, cumque albis ossa medullis,
Semanimesque artus avidam condebat in alvum.
Me tremor invasit: stabam sine sanguine mœstus: 210
Mandentemque videns, ejectantemque cruentas
Ore dapes, et frusta mero glomerata vomentem,
Talia fingebam misero mihi fata parari.
Perque dies multos latitans, omnemque tremiscens
Ad strepitum, mortemque timens, cupidusque moriri, 215
Glande famem pellens, et mixta frondibus herba,
Solus, inops, exspes, leto pœnæque relictus,
Haud procul aspexi longo post tempore navim:

oculis, illa tamen minimum malorum. Atque cogitabam illum *modo correpturum* me, *jamjam deturbaturum mea præcordia in sua: et species illius temporis manebat in animo, quo intuitus sum duo corpora meorum sodalium ter quater allidi solo: super quæ ipse immissus, tanquam hispidus leo, profundebat in ventris voraginem præcordia, et carnes, et ossa expressis medullis, et membra semiriva. Horror me corripuit. Tristis eram atque exsanguis, aspiciens manducantem, et ejicientem rictu escas sanguinolentas, et vomentem partes vino immistas: credebam ejusmodi sortem manere me infelicem. Atque latitans per multos dies, et fremens ad omnem motum, pavens et optans mori, fugans famem glandibus, et gramine misto foliis, solus, egenus, sine spe, traditus morti et supplicio, post longum tempus non longe vidi navim,*

dam hic vs. præced. præponitur. Schepper. conj. *Mentaque.*—202 *Illa malorum* est ex duobus V. vulg. *illa* vel *ipsa doloris:* Bas. *laborum.* In uno Ciofani est *minimumque habet ipsa doloris:* Urbinas, *minimum tamen ante malorum.* —203 Jun. et multi alii *Et jam pressurum;* Ball. Pal. Sprotii, et unus Mor. *pransurum.* Mox *jam jam* ex castigatioribus Heins. dedit; vulg. *jam nunc.*—204 Gravian. *versurum* pro *mersurum.*—205 Multi *vid. viva meor.*—207 Ex melioribus Heins. recepit *Quæ*, vulg. *Cum.*—208 In sec. Pal. et alio *cumq. esis;* Cant. *ipsis:* in nonnullis Heins. censet *collisisque* scriptum fuisse; et hinc *cumq. ipsis*, et *cumq. esis* promanasse. Burm. conj. *contusisq.*—209 Berolin. *Semianimesque.*—211 Heins. malebat *eructantemq. cruent.* ex illo Æn. III. 632. 'saniem eructans et frusta.'—215 Duo libri *Ad sonitum;* unus *motum.* Dein unus Bas. *mortisque;* et in nonnullis *cupiensque.*—217 In Berolin. *expers* pro *exspes.*—218 *Haud* Burm. recepit ex vett. nonnullis: plurimi etiam

NOTÆ

215 *Moriri*] Secundum quartam conjugationem verbum inflexit, quod sæpius secundum tertiam invenitur. *Moriri*, insuper, pro *moriendi* positum, syntaxi Græca.

Oravique fugam gestu, ad littusque cucurri :
Et movi : Graiumque ratis Trojana recepit. 220
Tu quoque paude tuos, comitum gratissime, casus,
Et ducis, et turbæ, quæ tecum credita ponto est.
Æolon ille refert Tusco regnare profundo ;
Æolon Hippotaden, cohibentem carcere ventos :
Quos bovis inclusos tergo, memorabile munus, 225
Dulichium sumsisse ducem : flatuque secundo
Lucibus isse novem, et terram aspexisse petitam :
Proxima post nonam cum sese Aurora moveret ;
Invidia socios prædæque cupidine ductos,

atque precatus sum discessum gestu, et excurri ad littus: commovi etiam, et naris Trojana recepit Græcum. Tu etiam, dilectissime sociorum, expone tuam sortem, et ducis, et agminis, quod tecum commissum est pelago. Ille narrat Æolum Hippotæ filium, retinentem ventos carcere, imperium habere in Tuscum mare; quos coactos in pelle tauri ducem Dulichium cepisse donum magnificum: atque progressum esse novem diebus flumine propitio, et intuitum esse terram desideratam; cum Aurora prima post nonam sese exhiberet, comites impulsos invidia, et desiderio prædæ, pu-

Hanc, et sic vulg. editum. Pr. V. et unus Med. *Hanc tamen asp.* Deinde alii *navem.*—219 Pro *gestu* quinque Codd. *gemitu;* unus *nutu.* Gron. *ad littusq. recurri.*—221 Pr. Bas. *com. fidissime, cas.*—222 Unus Med. ex optimo descriptus *et turmæ, quæ.* Mox Berolin. *quæ tec. est cred. ponto:* Heidelb. *quæ tunc est cr. p.* —223 In quibusdam *Æol. ipse ref.*—225 Gron. et tres alii *mirabile mun.* Leid. et unus Heins. *memorab. pignus.*—227 Pr. Bas. et duo Gron. *aspex. paternam.*—229 In duobus V. et Cælest. *cup. captos;* et sic etiam multi vett. alii

NOTÆ

219 *Fugam*] Gestu indicavit se miserum ibi relictum, atque in navim percupere recipi.

220 *Graium*] Ut hinc Æneæ, aut certe Poëtæ, humanitas sit maxime conspicua, qui hostem miseria atque periculis liberat. 'Splendidum peccatum' tamen fuerit, loquacitati suæ omnia condonata atque concessa putanti: atque id tantum, quibusdam qui nihil ipsi quam blaterare volunt. Quasi vero fictum suum sine re Charitatis nomen illos beneficiis Ethnicis anteponat, quos jam diu hujuscemodi nebulonum judices ipse Christus Jesus assignavit.

223 *Tusco*] In mare Tuscum, ubi Æolias insulas sitas esse supra vidimus, imperium tenere.

225 *Inclusos*] Possintne magica arte coërceri venti, vel pro voto ab hac aut ab illa parte emitti, ut quidam dicunt, mihi quidem videtur dubium; quanquam neque impossibile. Æolo ea potestas data est, quod certissime eorum tempora atque impetum cognosceret, aliisque indicaret. Fabulam ad mores si transferas, dubium non est quin, maxima ex parte saltem, affectus qui hominum mentes concutiunt, et persæpe convellunt, ratione, quæ per Æolum significatur, possint reprimi, atque utiliter suo loco immitti. Per ventos, insuper, aura quavis leviores populos si malis intelligere, quid ex eorum æstibus oriatur,

Esse ratos aurum, demsisse ligamina ventis: 230
Cum quibus isse retro, per quas modo venerat undas,
Æoliique ratem portus repetisse tyranni.
Inde Lami veterem Læstrygonis, inquit, in urbem
Venimus. Antiphates terra regnabat in illa.
Missus ad hunc ego sum, numero comitante duorum: 235
Vixque fuga quæsita salus comitique mihique.
Tertius e nobis Læstrygonis impia tinxit
Ora cruore suo: fugientibus instat, et agmen
Concitat Antiphates. Coëunt, et saxa trabesque
Continuant, merguntque viros, merguntque carinas. 240
Una tamen, quæ nos, ipsumque vehebat Ulixen,
Effugit. Amissa sociorum parte, dolentes,
Multaque conquesti terris allabimur illis,

tantes esse aurum, solvisse vincula ventis; eum quibus retrocessisse per aquas per *quas modo venerat, atque navem relatam ad portus regis Æolii. Inde, ait, venimus in antiquam urbem Lami Læstrygonis. Antiphates imperium tenebat in illa regione. Ego sum missus ad hunc, duobus comitantibus, et vix salus parta socio atque mihi fuga: tertius ex nobis imbuit rictus impios Læstrygonis suo sanguine. Antiphates persequitur fugientes, et provocat turbam. Conveniunt, neque omittunt* ingerere *lapides et arbores: atque obruunt viros, obruunt naves. Una tamen elapsa est, quæ ferebat nos atque ipsum Ulyssem. Parte comitum amissa, indignantes et multa conquesti devenimus ad illas terras quas vides hinc procul. Aspice,*

victos: Heins. recepit *ductos* ex sec. Med. et uno Voss.—231 Heins. malebat *mod. venerit und.*—232 Med. *port. tetigisse tyr.* Mor. *tenuisse.*—234 Duo Gron. *turba* pro *terra.*—237 Heidelb. *a* pro *e.*—238 In uno Ciofan. *Membra cruor.*—239 Pr. Mor. S. Marci, ut unus Med. *coë. in sax.*—240 *Continuant* ex altero Hamburg. et pr. Erfurt. pro var. lect. impense placet Heins. vulg. *Conjiciunt;* nonnulli etiam *Concutiunt.*—241 Unus Med. *Prora tam.* Bothius suadet *Prima.* Deinde pr. Mor. et pr. Bonon. *fidumque;* alii etiam *ferebat;* et nonnulli *Ulixem.*—242 In uno Ciofan. *Effugit: emissa;* unde ipse emend. *amissa:* vulg. *Fugit: et amissa.*—243 Malebat Heins. *Multaq. præquesti.*

NOTÆ

qua insuper prudentia regendi, fabula docebit.

230 *Ligamina*] Ne igitur aut affectus Rationis, aut Populi legum *ligamina* satagant frangere; nisi res suas distrahi cupiunt.

233 *Lami*] Qui Neptuni filius, docente Horatio, Formiarum dicitur mœnia tenuisse, late tyrannus, in Campania.

Læstrygonis] Fuerunt illi antiquissimi post Cyclopes Siciliæ populi; qui etiam sub Lamo in urbe cognomine atque Formiis habitaverunt.

234 *Antiphates*] Crudelissimus fuit anthropophagus ex Lami posteris: cujus a quoquam non melius cognoscas feritatem quam a Nasone nostro.

Quas procul hinc cernis. Procul hinc tibi (cerne) videnda est
Insula, visa mihi. Tuque, o justissime Troum, 245
Nate Dea, (neque enim finito Marte vocandus
Hostis es, Ænea,) moneo, fuge littora Circes.
Nos quoque Circæo religata in littore pinu
Antiphatæ memores, immansuetique Cyclopis,
Ire negabamus; et tecta ignota subire. 250
Sorte sumus lecti: sors me, fidumque Polyten,
Eurylochumque simul, nimiique Elpenora vini,
Bisque novem socios Circæa ad mœnia misit.
Quæ simul attigimus, stetimusque in limine tecti;
Mille lupi, mixtæque lupis ursæque leæque 255
Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.
Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia; donec
Excipiunt famulæ, perque atria marmore tecta 260

hinc tibi est procul cernenda insula a me conspecta. Tuque, o æquissime Trojanorum, fili Deæ, (neque enim finito bello appellandus es hostis, o Ænea,) hortor, vita littora Circes. Nos etiam navi vinctu in littore Circæo, non obliti Antiphatæ et Cyclopis crudelis, recusabamus ire, atque intrare domos incognitas. Delecti fuimus sorte. Sors misit me atque fidelem Polyten, et una Eurylochum, et Elpenorem nimium mero, cum octodecim sodalibus ad urbem Circæam. Ad quam statim atque pervenimus, et stetimus ad limen domus, mille lupi atque ursæ et leænæ mistæ lupis incusserunt timorem occursu: sed nulla metuenda, nullaque erat impactura plagam nostro corpori. Quin etiam agitaverunt mites caudas per aërem, atque adblandientes prosequuntur nostra vestigia, donec ministræ nos excipiunt, et de-

Deinde V. et septem alii *terr. illabimur ist.*—244 *Cerne* est ex emend. Heins.: vulg. *crede:* quart. Med. *cede;* alii *credo;* Jun. *certe.* Mox *videnda est* ex pr. V. sec. Pal. Cant. quart. Med. et multis aliis; vulg. *est* omiss. N. *crede videndam.*—245 Berolin. *mihi est.* Dein Sixii *o fortissime;* Bas. *tuque illustrissime;* alius Bas. *o mitissime:* et Med. tert. et unus Heins. *Teucrum.*—248 Gron. pr. *Nos modo C.*—250 Ex plurimis Heins. dedit *et;* alii *sed;* S. Marci *vel;* O. sec. Pal. aliique quatuor *nec;* tres *aut.* Dein quidam *tect. inimica:* alius *ignotaque tecta.*—252 *Thysii nimiumque E.* Libri etiam vett. *Elphenora.*—254 Sec. Pal. O. pr. Mor. et alii *attig. primoq. in lim.*—255 Alii *mistiq. lup. ursiq.*—258 *Aëra* Heins. dedit ex omnibus suis scriptis; alii *atria.*—259 Alii *Nosque alludentes vestig.*—262

NOTÆ

244 *Quas*] Circæum promontorium digito ostendebat Macareus, olim insulam, nunc continenti junctum, ut patet ex Virgil. Æn. VII. Situm est autem in Latii extrema ora, ortum versus: atque ibi urbs fuit Circæi, a Circe sic dicta.

253 *Bisque*] Homerus viginti duos memorat.

Ad dominam ducunt. Pulchro sedet illa recessu,
Sublimis solio; pallamque induta nitentem,
Insuper aurato circumvelatur amictu.
Nereides Nymphæque simul, quæ vellera motis
Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt, 265
Gramina disponunt; sparsosque sine ordine flores
Secernunt calathis, variasque coloribus herbas.
Ipsa, quod hæ faciunt, opus exigit: ipsa quis usus
Quoque sit in folio, quæ sit concordia mixtis
Novit: et advertens pensas examinat herbas. 270
Hæc ubi nos vidit, dicta acceptaque salute
Diffudit vultus, et reddidit omnia votis.
Nec mora, misceri tosti jubet hordea grani,
Mellaque, vimque meri, et cum lacte coagula passo.
Quique sub hac lateant furtim dulcedine, succos 275
Adjicit. Accipimus sacra data pocula dextra.

ducunt ad dominam per aulas marmore obductas. Illa sedet in pulchro secessu super solio conspicuo; et tecta palla splendenti, circumvelatur insuper veste aurata. Nereides mistæ puellis, quæ nullas trahunt lanas agitatis digitis, neque ducunt fila sequacia, herbas in ordinem ponunt, atque dividunt in quasillos flores confuse positos, atque gramina distincta coloribus. Ipsa excutit opus quod hæ faciunt: ipsa etiam scit quæ sit virtus cujusque herbæ, quæ sit vis conjunctarum; atque sedula discutit gramina expensa. Postquam illa nos intuitus est, salute oblata atque reddita exhilaravit faciem, et respondet omnia pro voto. Atque omissa cunctatione, imperat hordea tosta, et mella, et copiam vini, cum lacte passo coagulum: et admiscet succos, qui clam sint sub hac dulcedine. Sumimus pocula exhibita sacra manu. Quæ

Vulg. *sublimi sol.* multi, *solenni.* Hinc Heins. *solenni in solio*, quemadmodum 'solennes aræ,' &c. passim. Sed Burm. non placet *solenne* illud *solium*; recepit ergo e quinque Mss. *sublimis*, ne tot Ablativi cumulentur. Copula *que* etiam post *pallam* eidem videtur otiosa et molesta. Mox O. et quinque alii *inducta nit.*—265 Heins. malebat *trahant* et *ducant.*—266 Leid. unus *ex ordin.*—267 *Variasq.* ex vett. plerisque recepit Heins. pro vulg. *variisq.* Schepperus conj. *variantque.*—268 Thuan. et alter Twisden. *hæ faciant.* Mox Fragm. Boxhorn. alter Hamburg. et tres alii *quid* pro *quis.*—270 Menard. R. unus et quatuor alii *prensas* pro *pensas.*—272 Unus Med. *Exhilerat vult.* Dein plurimi vett. *omina vocis*, vel *omnia votis*; vulg. *omina votis*: duo ex melioribus *omnia voce.*—274 Voss. *Mellaq. juncta mero, et.* Sed *et* in quibusdam deest. In Cælest. *coag. presso.*—276 Heins. malebat *arripimus sacr.* quod aviditatem sitientium magis

NOTÆ

265 *Nulla*] Quomodo hodieque plurimæ solent vivere, id unum curantes ut suis illecebris obvios quosque ad vesanum sui amorem perducant.

272 *Diffudit*] Quia forma sua plurimum valere intelligunt mulieres, ideo in ea concilianda sunt maxime intentæ. Ex ea vero veneficæ famam Circe, quanquam et ideo Solis filia dicta sit, non sine causa comparavit.

Quæ simul arenti sitientes hausimus ore,
Et tetigit summos virga Dea dira capillos;
(Et pudet, et referam;) setis horrescere cœpi,
Nec jam posse loqui; pro verbis edere raucum 280
Murmur, et in terram toto procumbere vultu:
Osque meum sensi pando occallescere rostro;
Colla tumere toris: et qua modo pocula parte
Sumta mihi fuerant, illa vestigia feci.
Cumque eadem passis (tantum medicamina possunt) 285
Claudor hara: solumque suis caruisse figura
Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
Quæ nisi vitasset, pecoris pars una manerem
Nunc quoque setigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circen ultor venisset Ulixes. 290
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:

statim atque siti compulsi bibimus ore sicco, et Dea crudelis attigit extremos capillos baculo; (et pudet, et narrabo;) cœpi rigere setis, neque jam posse verba facere; loco vocum proferre raucum murmur; et dilabi in solum tota facie: atque sensi meum os pollere curvo rostro; colla turgere toris; et qua parte pocula a me accepta fuerant, illa signavi vestigia. Et (tantum valent medicinæ) concludor suili; atque advertimus unicum Eurylochum in porcum non fuisse mutatum: unicus vitavit exhibita pocula. Quæ nisi effugisset, esset nunc etiam pars una pecoris setiferi: neque Ulysses edoctus tantum exitium ab illo vindex adiisset Cir-

exprimit.—278 In uno V. *Dea sæva cap.*; sic et Leid. et Mor.—279 Bothius conj. *Hei pudet, at ref.*—280 *Loqui* ex melioribus dedit Heins.; alii *queri.*—281 Quinque libri *in terra:* et pro *toto* Heins. conj. *prono.*—282 Nonnulli *pand. callescere rostro*, vel *coalescere*; pr. Gron. duo Leid. Berolin. et alii *durescere:* unus *concrescere.*—284 Gron. *illac* pro *illa.* Dein Bonon. *vestig. cepi:* at Heins. malit *figi*, vel *ferri.*—286 Sic Heins. emend. ex Bernegg. Thuan. pr. Hamburg. Arund. O. pr. Gron. Grævian. et decem aliis: vulg. fuit *Claud. in antra suis: solum caruisse fig.*—287 Heins. conj. *Poc. vitat*, quia seq. *vitasset.*—288 *Manerem* pro vulg. *maneret* e conject. Gruteri recepit Burm. Leid. et Vivian. *fuis-*

NOTÆ

277 *Simul*] Quam periculosum sit Cupidinis motibus obsequi Davidis prophetæ, itemque Salomonis ejusdem filii, clades indicant: ut tutissimum sit, ne dicam oculis, sed ne quidem cogitatione, ad istos scopulos deflectere.

285 *Medicamina*] Immo eorum stultitia, qui sese fucatis iisdemque fugacibus deliciis labefactari sinunt.

291 *Cyllenius*] Mercurius est a Cyllene Arcadiæ monte, ubi educatus; qui Moly reperisse dicitur ab Homero.

Album] Scripsit Plinius luteum pingi a Græcis auctoribus, qui sibi ex Campania herbarum laudatissimam Homero, specie illa qua ab eo describitur, allatam dicit; radice rotunda, nigraque, magnitudine cepæ, folio

Moly vocant Superi: nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisque simul cœlestibus intrat
Ille domum Circes: et ad insidiosa vocatus
Pocula, conantem virga mulcere capillos 295
Repulit; et stricto pavidam deterruit ense.
Inde fides, dextræque datæ: thalamoque receptus
Conjugii dotem, sociorum corpora, poscit.
Spargimur innocuæ succis melioribus herbæ,
Percutimurque caput conversæ verbere virgæ: 300
Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.
Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
Erigimur, setæque cadunt, bifidosque relinquit
Rima pedes: redeunt humeri: subjecta lacertis
Brachia sunt. Flentem flentes amplectimur illum, 305
Hæremusque ducis collo: nec verba locuti

cen. Cyllenius pacis conciliator illi dederat florem candidum; Dii appellant Moly. Alitur radice atra. Ille securus eo, atque simul documentis cœlestibus subit domum Circes: atque illectus ad dolosa pocula repulit illam *nitentem tangere comam bacillo, et prohibuit trementem eraginato gladio. Inde fides et dextræ junctæ; atque admissus in lectum petit in dotem connubii corpora comitum. Irrigamur succis melioribus graminis innoxii; atque verberamur per caput ictu virgæ conversæ; et voces contrariæ vocibus prolatis proferuntur. Quo magis illa cantat, eo magis tollimur sublati ex terra, et setæ decidunt, et fissura deserit pedes bifidos. Humeri redduntur, brachia submittuntur lacertis. Nos lacrymantes amplectimur illum lacrymantem, atque manemus fusi in collo ducis; neque protulimus*

set.—291 A. *huic. donat flor.*—292 Berolin. habet *Moli.*—291 Ciofan. emend. *domum;* olim *domus.*—295 Berolin. *virg. miscere scap.*—296 Bas. *et nudo det.* In uno V. *stricto patefactam terruit:* unus *conterruit;* Jun. et Gron. *perterruit.* —298 Arg. et duo alii *Conj. dotes.*—299 *Innocuæ* Heins. dedit ex sec. Pal. quart. Med. O. pr. Mor. I. et aliis decem, pro vulg. *ignotæ.*—300 Jun. *verb. caudæ.*—302 Berolin. *hac tell.*—304 Pr. Mor. *redeuntque:* libri vett. etiam et Aldin. *et subj.*—305 Heins. conj. *Brachia: tum flent. Amplectimur* ex vett. libris; vulg. *complectimur.* Fr. cum septem aliis *ulnis* pro *illum:* et Berolin. *illis,*

NOTÆ

scyllæ. Effodi difficulter addit, utpote quæ inter difficultates saxeas serpat, atque ita abrupta in maximam longitudinem porrigatur.

293 *Monitis*] Sapientia, atque veritati obsequi, est optimum Moly: quanquam et præsentissima esse remedia adversus incantationes et veneficia experti docent.

297 *Datæ*] Adeoque Veneri etiam suus locus, modo ne quis abutatur per impotentiam.

298 *Sociorum*] Qui, cognita voluptatis turpitudine, ad meliorem mentem compulsi, eo in libertatem ab Ulysse vindicati dicuntur.

305 *Flentem*] Ex commiseratione status adhuc quasi præsentis sociorum per turpitudinem amissorum.

Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaque præsens
Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.
Hoc quoque cum multis, quod clam mihi retulit una 310
Quatuor e famulis, ad talia sacra paratis.
Cum duce namque meo Circe dum sola moratur,
Illa mihi niveo factum de marmore signum
Ostendit juvenile, gerens in vertice picum,
Æde sacra positum, multisque insigne coronis. 315
Quis foret, et quare sacra coleretur in æde,
Cur hanc ferret avem, quærenti, et scire volenti,
Accipe, ait, Macareu: dominæque potentia quæ sit
Hinc quoque disce meæ: tu dictis adjice mentem.

ullas voces priores quam significantes nos fore *memores. Ibi mansimus per annum: et cum tam diu affuerim vidi plurima, accepi plurima auribus.* Audivi *hoc etiam cum plurimis, quod una ex ancillis institutis ad ejusmodi sacra mihi narravit: namque, dum Circe sola est cum meo duce, illa mihi monstrat statuam juvenis sculptam ex candido marmore, ferentem picum in vertice, collocatam in sacello, atque conspicuam multis sertis. Cum exquirerem, et nosse cuperem quisnam* is *esset, et quamobrem coleretur in æde sacra, quare gereret hanc volucrem, Audi, inquit, Macareu; atque hinc cognosce etiam quæ sit potestas meæ dominæ. Tu attentum præbe animum* meis *sermonibus.*

quod lepidissimum videtur Bothio.—310 Cant. et tres alii *mult. quondam mihi.* —311 Pr. V. *tal. facta par.*—314 Heins. putat huic versui præponendum illum, qui sequitur, ‘ Æde sacra,’ &c. Plurimi vett. *Ostendens juv.* In quibusdam etiam *juvenale.* Tum duo *ferens.* Deinde Gron. pr. et duo alii *vert. saxum;* Sixii *pictum;* unus Heins. *pisci.*—315 In Heidelb. *que* omiss.—316 Duo

NOTÆ

307 *Gratos*] Pancissimos reperire licet, qui erga illos gratum animum testentur, a quibus asserti sunt. Voluptas quia grata est, placent etiam quæcumque probra ad eam perducunt: odio habentur, qui illa improbando, voluptatem etiam tollere videntur.

315 *Multis*] Ni fallor, aliquid magnum latet sub hac fabula: cum præsertim Marti picus sacer esse dicatur; qui hominibus herbam eam indicasse dicitur, cujus tactu seræ resolvuntur. Illam namque volunt eum petere, si clavis aut quibuscumque ferramentis, nidi ejus quem in cavis arborum struit, aditus præcludatur. Ipse Horatius de Circe Solis filia male sensit. Ceterum, quid agat cum illa hominum versutissimus per annum integrum, non facile assequor, si meretrix fuit, atque id tantum. Quid si eo in sues et canes dicitur Ulyssis socios transformasse, quod sapientia sua eos esse ostenderet, quos deinde ad meliorem frugem reduxerit?

Fab. VII. Picus in Avem.

Picus, ex progenie Saturni, rex Tyrrheniæ, quæ postea Italia dicta est, cum in agro Laurenti venaretur, visus a Circe, propter eximiam pulchritudinem est adamatus. Sed cum amore conjugis suæ devinctus appetitum Deæ rejiceret, ab eadem ob contemtum in avem picum mutatus est.

Picus in Ausoniis, proles Saturnia, terris 320
Rex fuit, utilium bello studiosus equorum.
Forma viro, quam cernis, erat. Licet ipse decorem
Aspicias, fictaque probes ab imagine veram.
Par animus formæ: nec adhuc spectasse per annos
Quinquennem poterat Graia quater Elide pugnam. 325
Ille suos Dryadas, Latiis in montibus ortas,
Verterat in vultus: illum fontana petebant

vii. *Picus filius Saturni rex fuit in terris Italis cupidus equorum generosorum. Species erat viro quam vides. Potes ipse spectare pulchritudinem, atque laudare veram a simulacro ficto. Animus similis pulchritudini: neque adhuc poterat per ætatem vidisse quater certamen quinquennale in Græca Elide. Ille traxerat in suam faciem Dryadas natas in collibus Latinis: Naiades Deæ aquaticæ, quas Ti-*

Quid for. et tres *sacr. celebretur in.*—319 Thuan. *disce, meis tu dict.*—322 In plurimis scriptis *ips. colorem;* Berolin. *decoram.*—323 Vivian. *formamque;* et vett. quinque *sub imag.*—324 Berolin. *spect. tot ann.*—325 Olim edebatur *Quinq. poteras Graia q. edere pugna:* Nauger. notat et nonnullis legi *Graiam...pugnam.* Ciofano teste, quidam alii impressi *Graios...edere pugnam;* vett. autem libri *Graia...edere pugna;* quod sibi sequendum videbatur. Ex vulg. Bersm. profert *Graios q. edere pugnam;* et ex uno Cod. suo *Graiam...pugnam;* ex altero *pugna quater edere Graia:* ipse legebat *poterat Graiam quater edere pugnam.* In quibusdam etiam Codd. varie legitur *poteram, poteras, poterant:* at in N. opt. Fl. aliisque *poterat,* quod Heins. sequitur. Denique etiam correxit *Elide* pro *edere.* Post hunc vs. in uno Leid. alter erat additus; *Gratus erat cunctis, et munere dignus amoris.*—326 Multi scripti *D. latis in;* unus *altis.*—327 Opt. Fl. *ill. furtiva pet.* quinque libri *montana*

NOTÆ

320 *Ausoniis*] Italis, ut sæpe dictum.

322 *Quam*] Statuam et signum Pici ostendebat.

324 *Nec adhuc*] Nondum natum fuisse dicit viginti annos.

325 *Elide*] Quæ regio est Peloponnesi, in qua Pisa seu Olympia ad Alpheum fluvium, ubi ludi Olympici quinto quoque anno celebrati.

326 *Dryadas*] Nymphas dicit, quæ in sylvis vivere credebantur, Pici amore fuisse correptas.

Numina, Naiades; quas Albula, quasque Numici,
Quasque Anienis aquæ, cursuque brevissimus Almo,
Narque tulit præceps, et amœnæ Farfarus umbræ, 330
Quæque colunt Scythicæ regnum nemorale Dianæ,
Finitimosque lacus. Spretis tamen omnibus unam
Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Palatî
Dicitur ancipiti peperisse Venilia Jano.

bris, et quas aquæ Numici, et quas aquæ *Anienis, et Almo brevissimus cursu, et Nar celer habuit, et Farfarus gratæ umbræ, et quæ frequentant regnum nemorale Dianæ Scythicæ, et stagna proxima, illum cupiebant. Ille tamen, contemtis ceteris, amat unam Nympham, quam Venilia dicitur peperisse olim Jano Ionio in monte*

colebant: unus Leid. *fontana bibebant.*—328 Unus Bonon. *quasque Alb.*—329 *Quasque* est ex eodem Bonon. vulg. *Quas* omiss. copula: Priscian. habet *Aut An.* Opt. Fl. *cursusq. breviss.* Heins. conj. *cursumq.* ut sit Græcismus. Leid. unus *Almon.*—330 Berolin. *Narve...et opacæ:* vulg. etiam edebatur *opacæ:* at *amœnæ* Servius habet ad Æn. vii. 715. unde Heins. recepit. Dein *umbræ* dedit idem ex opt. Fl. Bernegg. et octo aliis; vulg. *undæ.*—331 In uno Ciofan. *Quasque tenent S.* Nonnulli etiam *Scythiæ. Regnum* ex Bernegg. Heins. recepit pro vulg. *stagnum.*—333 *Favet* pro *fovet* habent unus Gron. unus Jun. et alius; ceteri, *colit.* Berolin. *Nympham.*—334 Nonnulli, *Ionio Jano.* Heins. conj. *Inoo Jano;* Janum enim pro Palæmone sive Portu-

NOTÆ

328 *Albula*] Tybris est, qui prius ab aquæ colore eo nomine appellatus.

Numici] Fluvius est Laurentis agri, in quem Ænean cecidisse ferunt.

329 *Anienis*] Anio fluvius est Latii non longe ab urbe in Tyberim defluens.

Almo] Hic etiam rivus haud longe ab urbe Roma Tyberim ingreditur.

330 *Nar*] Umbriæ hic est in Tyberim quoque labens.

Farfarus] Sabinorum est, qui per valles stagnans ripas habet plurimis arboribus consitas, a quibus amœnæ umbræ.

331 *Scythicæ*] In Chersoneso Taurica sanguine exterorum qui illuc appellebant colebatur Diana; quæ ab Oreste, ut quibusdam placet, Ariciam Latii oppidum oraculi jussu translata, tanta ibi non culta fuit immanitate. Servus tantum aliquis fugitivus, qui 'Rex nemoralis' aut 'nemorensis' a nemore templo adjacenti dicebatur, sacerdotio fungebatur, qui ab alio fugitivo provocatus ad certamen, aut ipse mactabatur, aut illum jugulabat qui regno suo succedere cupierat.

333 *Palatî*] Palatium mons fuit unus ex septem Romæ maxime conspicuis; ubi Augustus Apollini ædem porticibus et Bibliotheca celeberrimam excitavit.

334 *Ancipiti*] Plurimæ Edd. *Ionio:* nam Janus, qui antiquissimus rex fuit Italiæ, atque idem prudentissimus, ideo Ionius dicitur, quod Perrhæbus, atque adeo Ionio mari vicinus, illud superandum habuerit cum in Italiam venit. Inspice modo tabulas Geographicas, sine quibus vix unquam lector cautus librum aperuerit.

Venilia] Soror una dicitur Amatæ

Hæc, ubi nubilibus primum maturuit annis, 335
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est:
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi;
Unde Canens dicta est. Sylvas et saxa movere,
Et mulcere feras, et flumina longa morari
Ore suo, volucresque vagas retinere solebat. 340
Quæ dum fœminea modulatur carmina voce,
Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
Indigenas fixurus apros: tergumque premebat
Acris equi, lævaque hastilia bina ferebat,
Pœniceam fulvo chlamydem contractus ab auro. 345
Venerat in sylvas et filia Solis easdem:
Utque novas legeret fœcundis collibus herbas,
Nomine dicta suo, Circæa reliquerat arva.
Quæ simul ac juvenem, virgultis abdita, vidit,

Palatino. Postquam hæc rara quidem forma, sed rarior peritia cantandi, ex quo vocata est Canens, *primum pervenit ad ætatem nubilem, data est Pico Laurenti anteposito omnibus. Consueverat agere arbores et lapides, et delinire feras, et sistere suo cantu longos fluvios, et corripere aves fugaces. Quæ dum modulatur versus voce muliebri, Picus prodierat domo in campos Laurentes trajecturus apros indigenas; atque equo insidebat generoso, et gerebat sinistra duo venabula, collectam habens chlamydem purpuream fibula auri fulvi. Filia Solis venerat etiam in eadem nemora; atque ut carperet raras* quasdam *herbas in fertilibus montibus, deseruerat agros Circæos appellatos suo nomine. Quæ tecta frondibus statim atque*

no habitum.—336 *L. est trad.* P.—337 Multi *facies*, sed *facie* præferendum Burm. docet, quia seq. *arte*. Pro *Rara* et *rarior* Fr. et Sprotii *Grata* et *gratior*; Ball. *Clara* et *clarior*. — 338 Sec Pal. *sylvasque*.—339 Idem Cod. *sæpe* pro *longa*.—341 Heins. ex Cant. placet *molitur* pro *modulatur*. Conj. etiam *flexanima voc.* ut 'flexanima oratio' apud Ciceronem.—344 Vulg. *bina gerebat*: Ciofani libri, et Cælest. *ferebat*; unus *tenebat*; Pal. et tres alii *regebat*.—345 Alii *Puniceam fulv.* Dein *contractus* Heins. dedit pro vulg. *comprensus* ex opt. Fl. Bernegg. et duodecim aliis: ceteri *contactus*, vel *concinctus*, vel *contortus*, vel *contectus*, vel *compressus*, vel *complexus*, vel *suspensus*: Heins. monet etiam *connexus* posse legi.—348 Plerique vett. et optimi

NOTÆ

Latini uxoris, et mater Turni a Virgilio; quæ quomodo Jani uxor esse potuerit non video. Sed neque Janus ullus fuit. Sunt hæ obscurissimæ veritatis larvæ; quæ utinam nullæ unquam extitissent.

336 *Laurenti*] Qui Laurenti Latii oppido ab ipso condito, Laurentibus, non procul a Lavinio imperabat.

345 *Contractus*] Illud est quod Maro ita expressit, *Æn.* v. 'lato quam circum amplectitur auro Balteus, et tereti subnectit fibula gemma.'

346 *Filia*] Circe, scilicet.

349 *Simul*] Maximum est periculum ex visu, ut cernis; at certe imparatis,

Obstupuit. Cecidere sinu, quas legerat, herbæ: 350
Flammaque per totas visa est errare medullas.
Ut primum valido mentem collegit ab æstu;
Quid cuperet, fassura fuit. Ne posset adire,
Cursus equi fecit, circumfususque satelles.
Non tamen effugies, vento rapiare licebit, 355
Si modo me novi; si non evanuit omnis
Herbarum virtus; nec me mea carmina fallunt.
Dixit: et effigiem, nullo cum corpore, falsi
Finxit apri, præterque oculos transcurrere regis
Jussit, et in densum trabibus nemus ire videri, 360
Plurima qua sylva est, et equo loca pervia non sunt.
Haud mora: continuo prædæ petit inscius umbram

aspexit juvenem, hæsit attonita: gramina quæ carpserat exciderunt sinu, et ignis visus est currere per totas medullas. Postquam primum resipuit a potenti flamma, voluit agnoscere quid optaret. Impetus equi et ministri circumfusi causæ fuerunt ne posset accedere. Non tamen elaberis, inquit, *quanquam ventis auferreris, si saltem mihi perspecta sum, si omnis potentia graminum non effluxit, et mea carmina* non *me decipiunt. Dixit; et formavit speciem ficti apri sine omni corpore: atque imperavit transcurrere præter oculos regis, et videri subire sylvam spissam arboribus, qua ea est maxime opaca, et loca non sunt pervia equo. Sine cunctatione,*

reliq. antra.—350 *Sinu* recepit Heins. ex pr. Gron. Thuan. Jun. et Bernegg. pro var. lect. vulg. *manu.* Plurimi etiam scripti *leg. herbas.*—351 Pal. O. et Berolin. cum tribus aliis *est torrere med.* Bas. et plures *ardere.*—352 Unus *calido* pro *valido.* Mor. *ment. concepit ab.*—355 Plurimi *Non, ait, effug.*—357 Langerm. *Herb. succus.* Dein meliores *nec;* alii *et.*—359 Quart. Pal. *propterque.*—360 Fl. S. Marci, et N. *Esset et.* Deinde Burm. monet, si quem τὸ *videri* offendat, illum *videtur* legere posse Gronoviani et duorum aliorum Mss. auctoritate. Heins. pro *Jussit* arridebat *Fecit.* Unus Med. *et horrendum.* Inde conj. Burm. *Jussit. In horrendum trabibus nemus ire videtur.*—361 Berolin. *et quo loc.*—362 Pro *prædæ* Urbin. et unus Med. *gratam.* Dein S. Marci et alii

NOTÆ

et libidini suæ obsequentibus. Ille facile vincitur, immo jam victus est, qui vinci cupit. At certe qui periculum timet, suæque cavet libertati, non ita corripitur. Reflexu scil. radiorum lippiunt amatores oculi, et, 'Dum spectant læsos, læduntur et ipsi.' Verum, 'Carpit enim vires paulatim, uritque videndo Fœmina:' quam si fugeris, 'Tutus eris,' ipso docente Ovidio.

354 *Circumfusus*] Non modo celerrimus equus Picum a Circes oculis abstulerat; verum, ut maxime constitisset, facile non erat coram comitum latera stipantium agmine de amore illum compellare.

362 *Umbram*] Aprum, scilicet, Circes veneficiis simulatum: cujusmodi simulacra, num per artes magicas excitari possint, miror viros etiam præstantissimos dubitasse.

Picus; equique celer fumantia terga relinquit;
Spemque sequens vanam, sylva pedes errat in alta.
Concipit illa preces, et verba venefica dicit: 365
Ignotosque Deos ignoto carmine adorat,
Quo solet et niveæ vultum confundere Lunæ,
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tum quoque cantato densetur carmine cœlum,
Et nebulas exhalat humus; cæcisque vagantur 370
Limitibus comites; et abest custodia regi.
Nacta locum tempusque, Per o tua lumina, dixit,
Quæ mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam,
Quæ facit, ut supplex tibi sim Dea, consule nostris
Ignibus; et socerum, qui pervidet omnia, Solem 375
Accipe: nec durus Titanida despice Circen.

Picus nescius confestim persequitur umbram prædæ: atque propere deserit dorsum fumans equi; et sequens spem inanem vagatur pedes in excelsa sylva. Illa concipit preces, et profert incantamenta, et veneratur Deos ignotos ignoto carmine, quo et consuerit obscurare faciem Lunæ splendidæ, atque inducere nubila bibula capiti paterno. Tum etiam aër cogitur carmine cantato, et tellus emittit vapores; atque comites errant per obscuras vias, et rex caret satellitibus. Circe *nacta locum et tempus, O, inquit, per tuos oculos, qui corripuerunt meos, et per hanc speciem, formosissime, quæ causæ est, ut Dea te precer, fave nostro amori, atque sume in socerum Solem, qui pervidet omnia; neque immitis sperne Circen Titanida. Dixerat: ille sævus rejicit*

nonnulli *insc. umbras.*—363 *Fumantia* dedit Heins. ex quatuor scriptis; vulg. *spumantia. Relinquit* etiam præstantiores, non *reliquit.*—365 *Venefica* ex melioribus recepit Heins. pro vulg. *precantia.* Multi Codd. etiam *ducit.*—367 Tres libri *in* pro *et;* Thuan. etiam *nitidæ.* Mox unus Heins. *vult. suffundere Lunæ.* Menard. et quatuor alii *deducere,* quod etiam verb. magicum.—369 *Densetur* Heins. protulit ex plurimis vett.; alii *densatur.*—371 Urbin. *ut abest;* et quod placet Burm. si tollatur distinctio post *regi;* et ponas post *comites.* Dein *regi* Heins. dedit ex Naugerio, pr. Hamburg. et aliis suis pro vulg. *regis.*—375 *Pervidet* ex pr. Pal. S. Marci, N. Urbin. pr. Hamburg. et multis aliis; vulg. *prævidet;* O. et undecim alii *providet.*—376 Leid. *T. respice C.* Heins. malebat

NOTÆ

366 *Ignoto*] Namque melius est in totum hujuscemodi artes nefarias ignorare.

368 *Patrio*] Soli. Fabulam autem videtur exponere ipse Poëta. Neque vero magis difficile est nubes ciere, aut tempestates movere: siquidem tamen dæmonis scientia uti licet.

369 *Densetur*] 'In nubem cogitur aër,' ut inquit Virgilius.

373 *Mea*] 'Ipsi tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum commovent incendium,' inquit Apuleius Metam. l. x. Quodque de puellis prædicavit Propertius, cum dixit, 'Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,' de viris etiam dici potest.

376 *Titanida*] Titani Solis filiam.

Dixerat: ille ferox ipsamque precesque repellit:
Et, Quæcumque es, ait, non sum tuus: altera captum
Me tenet, et teneat per longum, comprecor, ævum.
Nec Venere externa socialia fœdera lædam, 380
Dum mihi Janigenam servabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania frustra,
Non impune feres, neque enim reddere Canenti:
Læsaque quid faciat, quid amans, quid fœmina, disces
Rebus, ait: sed amans, et læsa, et fœmina Circe. 385
Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortum:
Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
Ille fugit, sese solito velocius ipse
Currere miratus, pennas in corpore vidit:
Seque novam subito Latiis accedere sylvis 390
Indignatus avem, duro fera robora rostro
Figit, et iratus longis dat vulnera ramis.

et ipsam et preces; atque, inquit, Quæcumque es, non sum tuus: alia tenet me captum, et oro ut illa teneat per longum tempus: neque violabo jura connubialia Venere peregrina, quamdiu fata mihi indulgebunt Canentem Jani filiam. Titania, precibus sæpius iteratis frustra; Non inultus discedes, inquit; neque vero reverteris ad Canentem: et scies experientia quid offensa præstet, quid amans, quid fœmina; atque Circe et offensa, et amans, et fœmina. Tum bis se convertit ad occasum, bis se contorquet ad ortum; ter tetigit juvenem virga; protulit tria carmina. Ille fugit, ipse miratus sese ferri celerius solito, advertit pennas in corpore: atque ægre ferens se repente accedere novam volucrem sylvis Latinis, percutit duras arbores sævo rostro, atque infensus impingit plagas oblongis ramis. Pennæ ceperunt

respue.—377 In utroque Ciofan. V. et Berolin. *precesque reliquit.*—379 In uno Ciofan. *long. deprecor æv.* Heins. malebat *Dii, precor.* Mor. etiam *annum.*—380 Quinque vett. *fœd. rumpam.*—382 Bas. *Sæpe refutatis prec.* Cant. *receptatis.*—383 *Enim* Heins. dedit ex pr. Gron. et sec. Med.: vulg. *ait:* at *ait* mox sequitur.—384 Heidelb. *Læsaque quid quid amans, quid possit fœmina disces.*—385 Multi *Circ. est.*—386 Plurimi ex optimis *ad ortum;* vulg. *ortus;* quod et revocavit Mitscherl.—389 Berolin. *Curr. miratur.* Deinde unus Leid. *corp. rodit,* quod eleganter respondere sequentibus *indignatus* et *iratus* putat Burm.—390 Mor. *L. succedere sylvis.*—391 Pro *duro,* multi *diro,* i. e. infesto; nec etiam *fera robora* placent admodum, nisi dicta sunt ut *feræ sylvæ,* de quo Not. Var. Epist. IV. 38. In uno Moreti erat, *rostro fregit;* unde Heinsius conjecerat, *duro fera robore rostra fregit:* ut lib. III. 53. 'Furit ille, et inania duro Vulnera dat ferro, frangitque in acumine dentes.'—392 A. *vuln. truncis.*—

NOTÆ

384 *Læsaque*] Pulcherrima, si uspiam aliqua, est gradatio.

385 *Circe*] Non sine lepore atque maxima emphasi ultimo nominata Circe.

392 *Iratus*] Castus equidem fuerat

Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.
Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum;
Pluma fit: et fulvo cervix præcingitur auro. 395
Nec quicquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.

Fab. VIII. Socii ejus in Feras.

Socii quoque Pici, requirentes ducem, ne viribus in noxiam sævirent, contacti venenis in varias species abiere.

Interea comites, clamato sæpe per agros
Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,
Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras,
Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi,) 400
Criminibusque premunt veris, regemque reposcunt,
Vimque ferunt; sævisque parant incessere telis.
Illa nocens spargit virus, succosque veneni:
Et Noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaoque

colorem coccineum chlamydis: quod aurum fuerat uncinus, atque contraxerat amictus, fit pluma, et collum circumdatur flavo auro: nec quicquam superest antiqui Pico, præter nomen.

viii. *Interea comites, Pico sæpe vocato frustra per campos, neque ullibi invento, incidunt in Circen (jam enim tenuaverat aërem, atque passa erat nubila dispergi ventis ac Sole), atque coarguunt veris accusationibus, et repetunt regem, vimque intentant, et volunt irruere feris hastilibus. Illa spargit perniciosum virus et succos venenatos, et cogit Caliginem et Deos Caliginis ex Erebo et Chao, atque precatur*

394 Unus Med. *Fib. qua fuerat.* Dein tert. Med. *momord. auro;* cujus in margine ascriptus erat sequens versus. Bothius hic legendum putat *vestisque momord. oram.*—395 Pat. *et subito cerv.*—396 *Antiqui* Heins. recepit ex opt. Fl.: vulg. *antiquum:* N. Arnnd. et decem alii exhibent *antiquo. Restat* etiam ex castigatioribus pro vulg. *restant.*—398 Unus Heins. *P. nec in ulla parte.* Quinque etiam libri *recepto.*—399 Tres scripti *tenuav. umbras;* unus *aurum.*—400 Fl. S. Marci, Bernegg. Thuan. pr. Hamburg. et Mor. et quatuor alii *sol. recludi;* quod et Burmanno elegans videbatur: unus etiam *rescindi;* alius *remitti.*—401 Sprotii Cod. *petunt* pro *premunt.*—404 *Ereboque Chaoque* Heins.

NOTÆ

Picus, at supra modum ferox: ut hinc præ studio nimios non esse decere omnes possint intelligere.

399 *Tenuaverat*] Coactas nubes et densatum aërem solverat.

404 *Erebo*] Quæ profundissima est Inferorum sedes; ubi etiam Erebus Deus ex Chao et Caligine procreatus.

Chao] Quod omnium rerum confusa moles, ex qua omnia derivata: vel etiam Deorum omnium antiquissimus, ex quo ceteri propagati.

Convocat: et longis Hecaten ululatibus orat. 405
Exsiluere loco (dictu mirabile) sylvæ;
Ingemuitque solum, vicinaque paluit arbos;
Sparsaque sanguineis maduerunt pabula guttis;
Et lapides visi mugitus edere raucos;
Et latrare canes; et humus serpentibus atris 410
Squalere, et tenues animæ volitare vídentur.
Attonitum monstris vulgus pavet. Illa paventum
Ora venenata tetigit mirantia virga.
Cujus ab attactu variarum monstra ferarum
In juvenes veniunt: nulli sua mansit imago. 415

Hecaten magicis ululatibus. Sylvæ (mirabile dictu) loco motæ sunt; et terra ingemuit, et arbores proximæ palluerunt; et gramina humida facta sunt sparsa guttis cruentis: et saxa visa proferre raucos mugitus; et caucs latrare; et terra exudare nigris anguibus; et exiles umbræ mortuorum volitare. Vulgus attonitum prodigiis tremit. Illa tetigit vultus attonitos trementium baculo incantato: ex cujus contactu prodigia diversarum ferarum invadunt juvencs. Nulli stetit sua forma.

recepit ex plerisque vett. alii *Erebonque Chaonque.*—405 Gron. pr. *Congemit:* Leid. *Evocat.* Mox plurimi *et magnis*, unde Heins. *magicis.*—406 *Exiluere* ex vett.; alii *exiliere.* Berolin. habet *sylv. mirab. dict.*—407 Multi etiam *arbor* pro *arbos.*—408 *Maduerunt* est in uno Ciofan. Cælest. et Mor.; ceteri *rubuerunt.* Et idem Cælest. et V. *gramina gutt.*—409 In uno V. *visi gemitus sunt ed.* et pr. Gron. et duo alii *reddere:* at Bonon. *edere mutos.*—411 Permulti *volitare silentum*, quod arridet Heins. Sed Burm. improbat, quia vers. seq. exit in *paventum*, et ita rhythmum faceret; quanquam nonnulla talia in Ovid. observare licet. Recepit illud Mitscherl.—412 *Monstri* olim corr. Heins.; Berolin. *vulgus timet.* In multis scriptis *Illa clientum:* Fl. S. Marci, et Bonon. *paventis.*—414 Berolin. *ab intactu.*—415 Unus Mor. *juv. abeunt.* Bas. et Thuan.

NOTÆ

405 *Hecaten*] Dianam dicit, quæ veneficiis atque incantamentis, immo et omnibus propemodum rebus, præesse credita, mutatis tamen nominibus.

411 *Squalere*] Mire horrorem veneficii istud indicat.

Tenues] Umbras dicit sine corpore.

412 *Vulgus*] De Pici comitibus sermo est.

413 *Tetigit*] Neque hodiernæ veneficæ, nisi singulatim aut peculiari quodam modo singulis attributo veneno, nocere videntur.

415 *Nulli*] Adeoque suis Principibus mature debent consulere Populi; ne illorum in sese redundet clades. Possunt insuper omnes ex hac fabula cognoscere, quam periculosum sit sese perditis aliorum rebus immiscere: tametsi, vel certissimo exitio, officio suo quisque fungi debet.

Fab. IX. Canens Pici uxor in Auras.

Uxor quoque Pici Canens secundum Tiberim deflens desiderio viri amissi extabuit. Ita tamen ut locus memoriam nominis præberet posteris. Canens enim nominatus est.

Presserat occiduus Tartessia littora Phœbus ;
Et frustra conjux oculis animoque Canentis
Expectatus erat. Famuli populusque per omnes
Discurrunt sylvas, atque obvia lumina portant.
Nec satis est Nymphæ flere, et lacerare capillos, 420
Et dare plangorem ; facit hæc tamen omnia : sese
Proripit, ac Latios errat vesana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina viderunt, inopem somnique cibique,
Per juga, per valles, qua fors ducebat, euntem. 425
Ultimus àspexit fessam luctuque viaque

IX. *Sol occidens tetigerat littora Tartessia ; et maritus nequicquam erat expectatus oculis atque menti Canentis. Ministri una cum plebe discurrunt per omnes sylvas, atque ferunt lucernas obvias. Neque satis est Nymphæ ejulare, et discerpere comam, et sese plangere ; quanquam facit hæc omnia : exsilit, atque amens vagatur per campos Latinos. Sex noctes et totidem dies Solis revertentis conspexerunt illam expertem somni et alimenti, errantem per cacumina* montium *et per valles, qua fortuna ferebat. Tybris novissimus vidit illam exhaustam mœrore et*

mansit origo.—416 Pr. Gron. et Mor. et Hamburg. S. Marci, N. Urbin. Thuan. et multi alii *Sparserat oce.* Heins. conj. *Raserat.* In voc. *Tartessia* variant Codd. *Thephesia* pr. V. O. et alii septem : *Testesia* pr. R. Arund. pr. Pal. et Urbin. *Cephesia* pr. Gron. et octo alii : *Carthesia,* vel *Carchesia,* pr. Bas. et decem alii : Heins. conj. *Carteia,* vel *Cepheia* cum uno Med. ; putat etiam posse *Carpesia* legi, nam in quatuor scriptis *Carphesia.* Græcis est *Ταρατήσσος·* at Berolin. *Tarphesia ;* et *Traphesia* plurimi opt. Codd., unde *Tarpessia.*—418 Unus Heins. *Expectandus er.* Deinde Cant. *famulus:* et quatuordecim *famuli populique.*—419 Med. unus *Succutiunt sylvas.*—420 Mor. unus *et laniare cap.*—421 *Scse* erat a man. pr. in quart. Med. unde Heins. recepit ; vulg. *seque.*—422 *Latios* dedit idem ex quatuor scriptis ; olim *latos* legebatur.—425 Thuan. et alius *jug. per colles :* Heins. conj. *calles.* Alii etiam *sors.*—426 Heidelb.

NOTÆ

416 *Tartessia*] Occidentalia : Tartessia enim, vel Cartheïa, ut alii vocant, Hispaniæ sunt Bœticæ a Tarthesso oppido. Videtur autem Sol in Oceanum mergi ex littore Hesperio prospicientibus.

419 *Obvia*] Pico scilicet, si forte reperissent.

Tybris, et in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lacrymis, ipso modulata dolore
Verba, sono tenui mœrens, fundebat; ut olim
Carmina jam moriens canit exequialia cycnus. 430
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit; inque leves paulatim evanuit auras.
Fama tamen signata loco est; quem rite Canentem
Nomine de Nymphæ veteres dixere Camœnæ.
Talia multa mihi longum narrata per annum 435
Visaque sunt. Resides, et desuetudine tardi
Rursus inire fretum, rursus dare vela, jubemur.
Ancipitesque vias, et iter Titania vastum

itinere, atque demittentem artus in ripa frigida. Ibi lugens modulata ipsos mœrores proferebat voces sono exigno cum fletibus; ut aliquando cycnus jam moriturus modulatur cantus exequiales. Denique habens medullas extenuatas fletibus defecit, et paulatim disjecta est in subtilem aërem. Famâ tamen mansit loco, quem antiquæ Musæ appellarunt Canentem, ut par fuit, de nomine Nymphæ. Multa ejusmodi mihi relata atque visa per longum annum: segnes atque ignavi desuetudine denuo jubemur inire mare, atque pandere carbasa. Titania admonuerat de itinere dubio

Ultima aspexit; et corr. *conspexit.* Berolin. *fess. et longa.*—427 In Cælest. *corp. terra.* Unus Mor. *gelidas...ripas.*—428 Bothius conj. *Illi cum;* quo recepto concursus *c* literarum vitaretur. Vulg. etiam *ipsos...dolores;* ex vett. Heins. corr. *ipso...dolore:* at conj. *spissos...dolores:* et Burm. *ipso modulante dolore.*—429 Unus Mor. *modo* pro *sono.* Deinde Jun. *ten. Nereus fund.* duo libri *referens.*—430 Berolin. *can. exitialia cycn.*—431 In plurimis *Luct. extremis:* Heins. vero malit *Fletibus extremum.* Deinde *teneras* pro *tenues* multi vett.—433 Berolin. omiss. *est.*—434 *Camenæ* ex Fl. S. Marci, tert. Bonon. pr. Mor. et Hamburg. et uno Bas. Heins. recepit pro vulg. *coloni.*—435. 436 In N. erasa vetus lectio, nisi quod *Multaque* pro *Visaque* restabat; quomodo etiam S. Marci: Bernegg. *Miraque.* Dein idem S. Marci, et pr.

NOTÆ

430 *Canit*] Mirum est, quod non poëtæ modo, sed oratores, philosophi insuper hanc eandem fabulam de cycni ferali cantu inculcaverint, qui non aliam quam raucam vocem solitus est prodere. Placuit, credo, illis qualiscumque pulcherrimæ atque, ut videtur, sapientis avis sonus.

432 *Eramit*] Aptissima certe metamorphosi, siquidem vocis ea sit natura, ut post breve aliquod temporis spatium 'tenues vanescat in auras.' Ceterum, cum ea sit conditio rebus humanis, ut pulcherrima quæque atque florentissima citius pereant, delicatulis atque bellulis homunculis terribilem canit Canens cantilenam.

435 *Longum*] Quo apud Circen Macareus, una cum Ulysse atque sociis, commoratus erat.

436 *Resides*] Quibusque 'Patria potior fuit interdicta voluptas;' ut cecinit Flaccus.

438 *Ancipites*] Multis periculis obsitas.

Titania] Circe est.

Dixerat, et sævi restare pericula ponti.
Pertimui, fateor; nactusque hoc littus adhæsi. 440

Fab. X. Diomedis Socii in Aves.

Nec minus Macareus refert insolentiam sociorum erga Venerem, cum Æneas adversus Rutulos pro Latino dimicantes ab Evandro auxilium petiisset; et quemadmodum Turnus Venulo legato a Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauno Iapygiæ rege domicilium posuisset: negante eo, eo quod pro Æneа adversus Venerem stetisset, a se vulneratam inimicam haberet. Et ut comites ejus contemtu Deæ cupientes proficisci in bellum, in mari volucrum figura decepti substiterint. Eorum nomina hæc sunt: Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quæ volucres albi coloris ut cycni sunt.

Finierat Macareus: urnaque Æneia nutrix
Condita marmorea, tumulo breve carmen habebat:
Hic me Caieten notæ pietatis alumnus,
Argolico ereptam, quo debuit igne, cremavit.
Solvitur herboso religatus ab aggere funis: 445
Et procul insidias, infamatæque relinquunt
Tecta Deæ, lucosque petunt, ubi nubilus umbra
In mare cum flava prorumpit Tybris arena.

atque de ejus longitudine, et superesse discrimina asperi maris. Agnosco expavi, atque nactus has oras hic *mansi.*

x. *Macareus absolverat: atque nutrix Æneia composita in urna marmorea habebat brevem titulum sepulcro: Alumnus celebris pietatis cremavit hic igne quo debuit me Caietam servatam ab* igne *Græco. Vincula nexa expediuntur ab aggere graminco, atque longe deserunt insidias et domum Deæ famosæ, et accedunt ad lucos, ubi Tybris opacus nebulis defluit in mare cum fulva glarea. Atque* Æneas

Hamburg. *mutata per avum.*—442 *Marmorea* pro *marmoreo* e duobus recepit Heins. *Tumuli* dedit Mitscherl.—443 Pro vulg. *Caictam* pr. Bas. et tres alii, *Caietem*; hoc est *Caieten: Taygetin* unus Pal.—445 Sec. Pal. *Tollitur herb.* —447 Unus Bas. *nub. umbram.*—448 Vulg. *cum fulva;* unus Bas. *convulsa:*

NOTÆ

441 *Æneia*] Caieta; quæ ibi sepulta portui et urbi nomen suum dedit, quod hodieque permanet.

444 *Argolico*] A Græcis; namque, incensa Troja, ibi cum multis aliis potioris sortis perire debuisset Caieta.

Debuit] Priscis temporibus defunctorum corpora igne a consanguineis, aut proximis quibusque, cremanda curari notius est quam ut me monitore indigeat.

445 *Funis*] Quo Æneæ naves religatæ erant.

Faunigenæque domo potitur nataque Latini;
Non sine Marte tamen. Bellum cum gente feroci 450
Suscipitur; pactaque furit pro conjuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque
Ardua solicitis victoria quæritur armis.
Auget uterque suas externo robore vires:
Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur 455
Castra. Neque Æneas Evandri ad limina frustra,
At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem

potitur domo et filia Faunigenæ Latini, non tamen sine bello. Bellum geritur cum natione sæva; et Turnus sævit pro sponsa promissa. Tota Tuscia congreditur cum Latio; et victoria difficilis diu quæritur armis anxiis. Uterque auget suas opes viribus peregrinis; et multi stant a partibus Rutulorum, multi a partibus Trojanorum. Neque Æneas accesserat incassum ad ædes Evandri: at Venulus frustra

flava Heins. recepit ex Fl. S. Marci, tert. Bonon. pr. Hamburg. et uno Voss.—452 Duo libri *Occurrit L.* quod et ipsum verbum belli esse, Burm. docet.—454 Tres *extern. milite;* unus *corpore.*—455 Mor. *sequuntur* pro *tuentur.* —456 Vulg. *ad mœnia.* Unus Bas. et unus Voss. omittunt *ad.* Heins. malit *Evandria limina,* ut 'Evandrius ensis,' 'mons Evandrius,' &c. Et verbo *venire* sæpenumero quartus cas. additur sine præpositione.—457 Heins. malit, *Ut Venulus;* nam S. Marci, Urbin. N. aliique nonnulli *Et:* plures cum O. *Sed.* Pro vulg. *frustra* Heins. recepit *magnam* ex S. Marci, Urbin. et N.

NOTÆ

449 *Faunigenæ*] Fauno enim et Marica genitus Latinus.

Nata] Lavinia.

450 *Marte*] Namque gravissimum bellum adversus Turnum et Rutulos, gentem ferocem, gessit.

451 *Pacta*] Lavinia est, quam mater Amata, ut est fœminarum pervicacia, Turno, invitis Fauni oraculis, quæ illam externo marito addicebant, Latino insuper marito reluctante, promiserat.

452 *Tyrrhenia*] Quæ Trojanis favit adversus Turnum; ut canit Virgilius.

453 *Ardua*] Siquidem Dii ipsi sæpius de ea contenderint, Junone Turno, Venere suo præsertim favente Æneæ.

455 *Rutulos*] Latii fuerunt populi, Turni subditi.

Multi] Recensentur omnes a Marone Æn. VII. a vs. 794.

456 *Evandri*] Rex fuit Arcadiæ, qui cum patrem imprudens occidisset, atque regno pulsus esset, Carmentæ matris fatidicæ hortatu in Italiam venit, atque, victis Aboriginibus, ea loca tenuit ubi postea Roma condita fuit. Is Æneæ consiliis atque copiis auxiliaribus juvit.

457 *Venulus*] Qui a Turno ad Diomedem missus orator, frustra auxilium petivit.

Diomedis] Rex fuit Ætoliæ, idemque bello fortissimus; qui a bello Trojano reversus, cum adulteram sibique insidiantem Ægialen uxorem cognovisset, in Italiam profugit; ubi Dauni Apuliæ regis filiam cum parte regni suam fecit, Argyrippam insuper condidit.

Venerat. Ille quidem sub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaque arva tenebat.
Sed Venulus Turni postquam mandata peregit, 460
Auxiliumque petit; vires Ætolius heros
Excusat: nec se soceri committere pugnæ
Velle sui populos: nec, quos e gente suorum
Armet, habere viros. Neve hæc commenta putetis;
(Admonitu quanquam luctus renovantur amaro;) 465
Perpetiar memorare tamen. Postquam alta cremata est
Ilion, et Danaas paverunt Pergama flammas,
Naryciusque heros, a virgine, virgine rapta,
Quam meruit solus, pœnam digessit in omnes;
Spargimur: et ventis inimica per æquora rapti, 470

venerat *ad ingentem urbem profugi Diomedis. Ille quidem posuerat vastissimos muros sub Dauno Iapyge, et possidebat agros dotales. Sed postquam Venulus enarravit jussa Turni, et poposcit suppetias, heros Ætolius excusat opes: neque se cupere ad bellum mittere subditos sui soceri; neque habere viros ex numero suorum quos armare possit. Neve credatis hæc esse ficta, tametsi mœror redintegratur crudeli admonitu, sustineam tamen referre. Postquam sublimis Troja deflagravit, et arces Iliacæ pabulo fuerunt igni Græco, et heros Narycius, virgine sublata, sparsit in omnes a virgine pœnam qua solus dignus fuit;* nos *Græci di-*

In quibusdam *ad urbes;* V. *ad arces.*—461 Multi vett. *Auxiliumq. petit:* vulg. *Auxilium petiit;* Berolin. *Aux. et petiit.*—462 Vulg. *se aut soc.* Heins. cum multis vett. omisit *aut:* et vs. proximo cum iisdem reposuit *nec* pro vulg. *aut.* Pr. Gron. et alii *comm. bello.*—464 *Viros* est ex Fl. S. Marci, sec. Pal. pr. Bas. Arund. et aliis; vulg. *ullos.*—465 Berolin. *quanq. renovetur luct. am.* Plurimi etiam alii *renoventur.* Heidelb. sic vs. exhibet *Amonitu—r-entur amari.*—467 Plurimi *Ilios.* In uno Ciofan. *et Danais patuerunt P. dextris.* Pro *flammas* etiam Fl. S. Marci, pr. Gron. Arg. et duo alii *dextras.*—468 Tres Med. et unus Heins. *a templo virg.* Voss. pro *virgine* habet *Pallade.* Heins. conj. *a Pallade virgine.*—469 Berolin. *pœn. sol. dejecit:* Bersm. et marg. Gryph. Blitiani, Gron. et octo alii *disjecit.*—470 In uno Ciofani, et

NOTÆ

458 *Iapyge*] Qui in Iapygia seu Apulia regnum obtinebat.

459 *Dotalia*] In dotem uxoris a socero Dauno accepta.

461 *Ætolius*] Diomedes, scilicet; quem antea in Ætolia imperium habuisse diximus.

468 *Narycius*] Locrensis: fuit enim Naryx, quæ et Narycium et Naryce dicitur, urbs Locridis. De Ajace autem Oilei hic agitur, qui ob stupratam Cassandram regiam virginem in ipso Minervæ templo, non in se tantum, sed in omnes Græcos numinis iram concitavit. Nam in patriam navigantes, et ipse, maxima orta tempestate, fulmine percussus est, et alii per maria fuere disjecti, ut vix unus et alter domum redire potuerint.

Virgine] Minerva.

Virgine] Cassandra.

Fulmina, noctem, imbres, iram cœlique marisque
Perpetimur Danai, cumulumque Capharea cladis.
Neve morer referens tristes ex ordine casus;
Græcia tum potuit Priamo quoque flenda videri.
Me tamen armiferæ servatum cura Minervæ 475
Fluctibus eripuit. Patriis sed rursus ab agris
Pellor: et antiquo memores de vulnere pœnas
Exigit alma Venus: tantosque per alta labores
Æquora sustinui, tantos terrestribus armis,
Ut mihi felices sint illi sæpe vocati, 480
Quos communis hyems, importunisque Caphareus
Mersit aquis: vellemque horum pars una fuissem.
Ultima jam passi comites belloque fretoque,

vellimur, et ablati ventis per infensa maria, ferimus fulmina, caliginem, nimbos, iram cœli et oceani, et in cumulum exitii Caphareum. Neve detineam vos *memorans singulatim luctuosos eventus; Græcia tum potuit videri lugenda etiam Priamo. Favor tamen armigeræ Palladis sustulit ex undis me custoditum. Verum rursus rejicior ab Argis patriis; atque alma Venus recordans vulneris antiqui* a me illati *reposcit pœnas: et passus sum tantos labores per profunda maria, tantos armis terrestribus, ut illi sint sæpe dicti beati a me, quos publica tempestas et Caphareus absorbuit aquis molestis; optaremque* ut *fuissem pars una eorum. Socii jam passi extrema bello et mari deficiunt, et orant finem*

octo aliis *æq. victi.*—471 *Fulgura* pr. Erfurt. alter R. et unus Leid. Pro *imbres* pr. Twisden. *hyemes.*—473 Omnes fere scripti *referam* pro *referens.*—474 Unus Mor. *P. miseranda vid.*—475 Novem scripti *tam. armigeræ serv.*—476 Quidam *patr. et rurs.* Berolin. *que.* Multi etiam vett. *ab Argis.*—479 Urbin. *quantos* pro *tantos.*—481 *Importunisq.* Heins. scribit cum Barb. et Langerm. pro vulg. *importunusq.*—482 Heidelb. *Misit aq.* Unus Heins. veterrimus *vellemq. chori.* Tum Heidelb. cum Berolin. habet *un. fuisse:* Heins. recepit *fuissem* ex S. Marci, Bernegg. pr. Hamburg. aliisque multis.—483 Cælest. *comites ferroque marino.* Duo libri Heins. *belloq. marique.*—

NOTÆ

472 *Capharea*] Illud Eubœæ promontorium Virgilius hac causa ultorem dixit. Nauplius, Palamedis filii mortem iniquo animo ferens, Minervæ suasu, Græcis tempestate laborantibus faces, quasi portus signa, ex Caphareo extulit, quo cum appellere niterentur in cautes Euboicas naufragi interierunt.

474 *Priamo*] Utcumque infensissimo hosti, siquidem a Græcis regno, liberis, vita denique spoliatus.

475 *Armiferæ*] Nam et Dea belli.

476 *Agris*] Quidam *Argis:* Argos enim Peloponnesi urbem Tydeus, Ætoliæ regno pulsus, ad Adrastum confugerat; ubi ex Deiphyle hujus filia Diomedem suscepit.

477 *Vulnere*] Namque ipsam Deam Venerem sagitta a Diomede vulneratam, quæ Æneæ suo cum ipso congresso opem ferebat, scripserunt poëtæ. Qua re irata Dea a Diomede uxoris animum sic abalienavit, ut

Deficiunt, finemque rogant erroris. At Acmon
Fervidus ingenio, tum vero et cladibus asper, 485
Quid superest, quod jam patientia vestra recuset
Ferre, viri ? dixit. Quid habet Cytherea, quod ultra
(Velle puta) faciat ? nam dum pejora timentur,
Est in vota locus : sors autem ubi pessima rerum,
Sub pedibus timor est, securaque summa malorum. 490
Audiat ipsa, licet ; licet, ut facit, oderit omnes
Sub Diomede viros ; odium tamen illius omnes
Spernimus, et magno stat magna potentia nobis.
Talibus invitam Venerem Pleuronius Acmon
Instimulat verbis, veteremque resuscitat iram. 495

itineris. At Agmon vehemens animo, tum vero etiam savus ex malis, Quid restat, inquit, quod vestra virtus jam non patiatur, viri? quid habet Cytherea, quod amplius faciat, posito quod cupiat ? nam dum graviora metuuntur, locus est precibus ; cum vero sors omnium gravissima, pavor protritus est, et summa malorum minime timenda. Quanquam ipsa audiat ; tametsi, ut facit, odio habeat omnes viros sub Diomede ; nihilominus omnes contemnimus illius odium, et contra magnum est nobis magna vis. Agmon Pleuronius talibus verbis provocat Venerem nolentem, et ac-

481 Unus *Destituunt ; finemque.* In quibusdam etiam *rog. terroris.* Nonnulli scribunt *Agmon ;* sed *Acmon* recepit Heins. ut Proene, Cyenus, &c.—485 Pro *Ferr. ing.* unus Leid. habet pro var. lect. *Ira sibi ingenita.*—486 Heins. placet *vestra* ex castigatioribus ; vulg. *nostra.*—489 *In vota locus* est ex Thuan. et duodecim aliis ; vulg. *locus in voto.* Tres scripti *fors* pro *sors.* In Berolin. *ast* pro *autem.* Deinde Heidelb. *rer. est.* Bothius ita vs. refingit *Est in vota locus ; at sors ubi pessima rerum.*—490 Cant. *securaq. cura mal.*—491 Sic Heins. ex altero Thuan. uno suo, et uno Med. vulg. *ips. licet et quod fac.* Bernegg. *lic. quid quod fac.* vel *qua quod :* pr. Hamburg. *quam quod ;* pr. Mor. et Bonon. *vel quod.*—492 Heins. malebat *illius omne.*—493 In uno Ciofan. *Sprevimus, et.* Deinde unus Leid. *et damno ;* aliique *et parvo.* Heins. etiam vult *tanta potent.* cum uno Mor. et altero Thuan.—494 Mss. omnes, præter unum Heins. et pro div. lect. Zulichem. *iratam Ven.* sed *invitam* recepit Heins. quia *iram* sequitur. Dein duo libri *Pleur. heros.*—495 *Veteremq.* est ex uno V. vulg. *veterumq.* in quibusdam *stimulisq.* tert. Med. *stimulosq.* alius *stimuliq.*—497 *Pa-*

NOTÆ

illum ab excidio Trojano reversum accipere noluerit.

484 *Erroris*] Eo nomine etiam appellantur itinera, quæ per incertum mare suscipiuntur.

487 *Cytherea*] Venus, Diomedi infensa, de qua jam toties ; a Cytheris sic dicta, in quam insulam illa primum concha marina dicitur advecta.

490 *Secura*] ‘ Fortuna miserrima tuta est,’ ut alibi dixit noster.

493 *Magno*] Hoc sibi vult, ni fallor, majoribus Veneris insultibus, majorem suam cognosci potentiam.

494 *Pleuronius*] Ex Pleurone Ætoliæ oppido oriundus.

495 *Veterem*] Ob vulnus sibi a Diomede impactum.

Dicta placent paucis. Numeri majoris amici
Acmona corripimus: cui respondere paranti
Vox pariter, vocisque via est tenuata: comæque
In plumas abeunt: plumis nova colla teguntur,
Pectoraque, et tergum: majores brachia pennas 500
Accipiunt: cubitique leves sinuantur in alas.
Magna pedum digitos pars occupat: oraque cornu
Indurata rigent, finemque in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, et cum Rhetenore Nycteus,
Hunc mirantur Abas: et dum mirantur, eandem 505
Accipiunt faciem: numerusque ex agmine major
Subvolat, et remos plausis circumsonat alis.
Si volucrum quæ sit subitarum forma requiris;
Ut non cycnorum, sic albis proxima cycnis.
Vix equidem has sedes, et Iapygis arida Dauni 510
Arva gener teneo, minima cum parte meorum.

cendit antiquam iram. Hæc *verba probantur a paucis. Plures amici arguimus Agmonem; cujus volentis respondere vox simul et meatus vocis est diminutus: et capilli vertuntur in plumas, novum collum velatur plumis cum pectore et dorso: lacerti induunt majores pennas, et leves cubiti curvantur in alas; magna pars pedum corripit digitos; et os cornu rigidum induratur, et desinit in acumen. Lycus, atque Idas, et Nycteus cum Rhetenore, et Abas hunc mirantur; et dum stupent assumunt eosdem vultus; et potior numerus ex turba evolat, et strepit circum remos percussis alis. Si petis quænam sit facies arium repentinarum; sicut non cycnorum, sic simillima candidis cycnis. Ægre equidem gener Dauni Iapygis servo hanc habitationem, et agros aridos, cum minima parte meorum.*

ranti Heins. dedit ex Urbin. N. et uno Med. pro vulg. *volenti.*—499 Heins. placet *nova* ex S. Marci, utroque Thuan. pr. Gron. et Mor. et Hamburg. præ vulg. *quoque.*—501 Omnes fere vett. *lev. curvantur in*, nisi quod nonnulli *tenuantur.*—502 *Pedum* ex pr. Mor. et sex aliis recepit Heins. vulg. *pedis.*—503 Berolin. exhibet *ducunt* pro *ponunt.*—504 Nonnulli pro *Idas* scribunt *Iolas.*—506 Quia modo præcessit 'pennas Accipiunt,' propterea Burm. cum tribus legeret, *Traxerunt faciem*, ut I. 412. Unus Heins. *assumit faciem*, ut XII. 1. Duo libri *formam.*—507 Multi vett. *Sevolat.* Dein *circumsonat* ex sec. Pal. recepit Heins. pro vulg. *circumvolat.*—508 Plurimi, *volucrum dubiarum*, quod refutat Heins. *subitarum* est ex optimis scriptis.—509 Berolin. *sit* pro

NOTÆ

509 *Cycnis*] Ardeæ sunt, seu erodii: *des herons.* Mirum autem cui videri possit, quod beneficio Deorum nonnulli, alii autem eorumdem ira in aves mutati fuerint: nam utcumque hæ sint fabulæ, non tamen sine aliquo sensu et judicio fuerunt confictæ. Hinc ergo pronum est intelligere humana omnia ex Dei numine atque nutu pendere; quæ bene aut male cedunt, prout ex ejus benevolentia aut indignatione oriuntur, et quisque utitur vel abutitur.

Fab. XI. Appulus pastor in Oleastrum.

Daunlæ regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit: quem postea Nymphæ coluerunt. Has pastor Appulus cum procacibus maledictis terruisset, ne amplius linguam in propatulo haberet, numine earum in arborem oleastrum extabuit, cujus fructus suo amarore linguæ pastoris asperitatem refert.

Hactenus Œnides. Venulus Calydonia regna,
Peucetiosque sinus, Messapiaque arva relinquit.
In quibus antra videt: quæ multa nubila sylva,
Et levibus guttis manantia, semicaper Pan 515

xi. *Hactenus Œnides. Venulus deserit regna Calydonia, et sinus Peucetios, atque campos Messapios: in quibus cernit speluncas, multis arboribus opacas, et stillantes levibus guttis, quas Pan semicaper nunc possidet; at Nymphæ olim ob-*

sic.—510 Duo libri *I. ardua D.*—513 *Paucesiosque sinus* legunt viri docti: alii, *Puteolosque:* in meo, *Plauceiosque:* in uno Vatic. *Pleurinosque:* in alio, *Pleurosque:* in Cælest. *Pleuniosque.* Ex tam magna librorum varietate et discrepantia priorem veriorem puto. *Ciofan.* Nullus vero codex inter se consentit, sed omnes fere diversa lectionum monstra exhibent: sed *Peucetios* rectum esse constat, quia Iapygibus, Dauniis, Messapiis etiam Peucetii miscentur, ut ejusdem originis: nam Lycaonis filii fuere Iapyx, Daunius, et Peucetius, qui has oras occuparunt; Anton. lib. xxxi. ubi et fabulam de Nymphis Epimelidibus narrat, non multum ab hac Ovidii dissimilem, sed, ut apparet, ex aliis auctoribus repetitam. vid. et Servium ad Virg. Æn. viii. 9. *Burm.* Alii *reliquit.*—515 Cum multi habeant, *lev. cannis,* Heins. legebat, *stagnis:* sed Burm. *guttis* tuetur. In uno Bas. erat *juncis;* in alio *tophis.*—

NOTÆ

512 *Œnides*] Diomedes, Œnei nepos.

Calydonia] Ea pars Apuliæ quam in dotem Diomedes a Dauno acceperat eo nomine appellatur, quia ille rex olim Ætoliæ Calydonius etiam a Calydone Ætoliæ urbe dicebatur.

513 *Peucetios*] Appulos. Namque in duas partes divisa Apulia, quarum alia ad ortum Peucetia, alia ad occasum Daunia appellatur. Utraque ad mare Adriaticum porrecta, atque Aufido, acri fluvio, divisa.

Messapia] In quibus Calabri atque Salentini, in peninsula ultima Italiæ, quæ ad ortum magis spectat, a parte Septemtrionali.

515 *Guttis*] Hanc ex vulgatis libris lectionem, admonente subactissimi judicii viro Tanaq. Fabro, præceptore olim meo carissimo, revocavi. *Stagnis* enim nulla Mss. levitatem possint asserere. Verum licet ipse inspicias quæ ille Epistolarum l. ii. pag. 320. consignavit. Neque vero operæ pœniteat.

Pan] De isto naturæ totius auctore, si fabulis credimus, jam sæpe dictum. Verum ne parce inculcatus a nobis videatur, consule si placet

Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphæ.
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit, et primo subita formidine movit:
Mox, ubi mens rediit, et contemsere sequentem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas. 520
Improbat has pastor: saltuque imitatus agresti
Addidit obscœnis convicia rustica dictis.
Nec prius obticuit, quam guttura condidit arbor:
Arbore enim succoque licet cognoscere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaster amaris 525
Exhibet: asperitas verborum cessit in illas.

tinebant. Pastor Appulus tremefecit illas fugatas illa regione, atque primo movit repentino metu: mox, postquam collegerunt animum, et spreverunt persequentem, agitaverunt choreas ad numerum motis pedibus. Pastor has arguit; atque illas *simulans saltu rustico adjecit probra insulsa turpibus verbis. Neque ante siluit, quam arbor obduxit fauces. Facile vero intelligere mores ex arbore atque* ejus *fructu: namque oleaster indicat probrum linguæ baccis austeris. Acerbitas dictorum transiit in illas.*

517 Tert. Med. et V. *has Nymphas past.* Heins. conj. *hac Nymphas past.* Bothius censet *Nymphas* e gloss. provenisse: et pro *fugatas*, quod sibi displicet, reponeret *vocatas.*—519 Bas. *contems. sequacem.*—520 Heins. malebat *motis manibus.*—521 Unus Bas. *Increpat has.* Tres scripti *Appulus has culpat: salt.* Deinde Thuan. cum duobus Mor. et sex aliis *imitatur.*—522 Berolin. *Adjicit obsc.* Thuan. *Addit et.*—524 *Arbore enim succoq.* ex Fl. S. Marci Heins. dedit; qui etiam conj. *Arbore jam succoq.* vel, quod longius abit, *Arbore adhuc:* vulg. *Arbor enim est;* cujus *est* plurimi etiam omittunt. Bothius præfert vulg. omisso *est*, sic: *quam gutt. cond. arbor, (Arbor enim) succoq. Enim* hoc modo usurpatur I. 597. XV. 566. et passim. Fl. et duo alii *liquet* pro *licet.*—526 Mor. et Med. cum plurimis scriptis *verb. mansit in illis:* alii etiam ha-

NOTÆ

nobilissimi Huetii reconditissimæ eruditionis opus, Demonstrationem Evangelicam; unde quod sit satis assumas.

519 *Contemsere*] Nullum est aliud præsentius remedium adversus perversorum irrisorum atque calumniatorum virus, quam neglectus. Sic et illi denique obmutescunt, patientia et invicta virtute superati, quæ bonis præsidium fuit.

525 *Notam*] Pejus urit lingua quam ignis: attamen virtutem et veritatem nequit in omne tempus evertere.

Fab. XII. Naves Æneæ in Nymphas.

Turnus, adversus Æneam pro Lavinia sponsa dimicans, cum immittere ignem classibus conaretur, Mater Deum, quia ex Ida monte Phrygiæ sacrato essent factæ, impetratis precibus ab Jove, in Nympharum speciem illas convertit, utque Dearum marinarum numerum augere possent effecit.

Hinc ubi legati rediere, negata ferentes
Arma Ætola sibi, Rutuli sine viribus illis
Bella instructa gerunt: multumque ab utraque cruoris
Parte datur. Fert ecce avidas in pinea Turnus 530
Texta faces: ignesque timent, quibus unda pepercit.
Jamque picem, et ceras, alimentaque cetera flammæ
Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum
Ibat, et incurvæ fumabant transtra carinæ:
Cum memor has pinus Idæo vertice cæsas 535
Sancta Deum genitrix, tinnitibus aëra pulsi

XII. *Postquam legati inde reversi sunt, dicentes arma sibi denegata, Rutuli gerunt bella parata sine illis copiis; et multum sanguinis funditur ab utraque parte. Ecce Turnus infert rapaces tædas in rates pineas; et quibus fluctus non nocuerunt reformidant flammas. Jamque ignis incendebat picem, et ceras, et reliqua fomenta flammæ; atque scandebat ad lintea per excelsum malum, et transtra cavæ navis fumum emittebant; cum sancta mater Deorum recordans has arbores fuisse excisas jugis Idæis, implevit aërem tinnitibus æris percussi, et sono tibiæ*

hent *illis.*—528 Berolin. *vir. ullis.*—529 *Instructa* ex S. Marci, Urbin. pr. Hamburg. et quatuor aliis placet Heins. præ vulg. *infausta:* sex alii cum Berolin. *infesta;* unus *exhausta;* alius *exusta;* alius etiam *ingesta.*—531 *Texta* dedit Heins. ex Cant. I. pr. Erfurt. et Bas. et Gron. et multis aliis; vulg. *Tecta:* S. Marci *Testa:* Genevens. *Transtra.*—532 Unus Med. *picem cerasque.* Gron. etiam et quatuor alii *cet. flammis.*—533 Plurimi *Mulcifer.*—534 Thuan. *flammabant.* Hinc Heins. conj. *flammabat*, aut, quia hoc insolentius, *lambebat:* et præterea, *tigna carinæ*, quia multi habent, *igne.* Med. *fumabant claustra;* Sixii *castra;* Bonon. et unus Heins. *rostra.*—535 Berolin. *Comme-*

NOTÆ

528 *Ætola*] Diomedis Ætoli.

530 *Pinea*] Naves indicat Æneæ, in quas Turnus ignem immisit.

533 *Mulciber*] Vulcanus, qui a mulcendo ferro ita dictus. Atque is pro igne ponitur.

534 *Transtra*] *Les bancs des rameurs.*

535 *Idæo*] Idæ, montis Phrygiæ.

536 *Genitrix*] Cybele est: de qua jam sæpius.

Tinnitibus] Illud habuit cum Baccho commune Bona hæc Mater, ut incondito tympanorum et fistularum strepitu furialique ululatu omnia ejus fierent.

Æris, et inflati complevit murmure buxi.
Perque leves domitis invecta leonibus auras,
Irrita sacrilega jactas incendia dextra,
Turne, ait. Eripiam; nec, me patiente, cremabit 540
Ignis edax nemorum partes et membra meorum.
Intonuit dicente Dea: tonitrumque secuti
Cum saliente graves ceciderunt grandine nimbi:
Aëraque, et subitis tumidum concursibus æquor
Astræi turbant, et eunt in prælia, fratres. 545
E quibus alma parens, unius viribus usa,
Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula classis:
Fertque rates pronas, medioque sub æquore mergit.
Robore mollito, lignoque in corpora verso,
In capitum faciem puppes mutantur aduncæ: 550
In digitos abeunt, et crura natantia, remi:
Quodque prius fuerat, latus est: mediisque carina
Subdita navigiis, spinæ mutatur in usum.

inflatæ: atque vecta per tenuem aërem leonibus sub jugum missis, Frustra, inquit, immittis ignes manu impia, Turne. Auferam, neque, me sinente, flamma rapax absumet partes et membra mearum sylvarum. Æther insonuit, Dea verba faciente; et densi imbres secuti tonitru cum grandine saliente: et fratres Astræi confundunt aërem, et mare inflatum repentinis concursibus, et inter se concurrunt. E quibus alma mater, usa impetu unius, prius divellit vincula Phrygiæ classis, et rapit naves pronas, et depressit in profundum mare. Duritie emollita, atque ligno mutato in artus, puppes curvæ vertuntur in vultus capitum, remi mutantur in digitos et pedes natantes; et, quod fuerat antea, est latus; et carina substrata mediis navibus ver-

mor.—536 Berolin. *æthera* pro *aëra.*—537 Pr. Med. *infl. complerat murm.* Alius etiam Med. et Fl. S. Marci *murmura.*—538 Gron. *dom. evecta leon.*—542 Unus Heins. *tonitrusque;* Voss. *tonitruque.*—544 Vulg. *tum. sub. concurs.:* in uno Ciofan. *tum. rapidis concurs.:* in nonnullis *subitum tumidis:* in plurimis *subitis tumidum.*—545 Pro *et eunt,* unus Heins. *coëunt,* Burm. conj. pro *coëuntque.*—547 *Prærumpit* ex sec. Pal. et alio; vulg. *prærupit:* multi vett. *prorupit,* vel *prorumpit.* Heins. etiam malit *retin. classi:* plurimi Codd. *puppis;* tres *navis.*—548 Unus Heins. *imoque;* et Ciofani *æq. mersit.*—550 *Faciem* ex pr. et tert. Med. I. et altero Thuan. recepit Heins. pro vulg. *facies.*—552 Plurimi, *Quodque sinus fuerat, latus est,* quod placet Heins. quia et *latera* navium dicuntur. Maluit tamen ex N. recipere, *quodque prius fuerat.* Alii quatuor *quodque ratis:* alius *Quodque latus f. ratis est:* pr. Gron. *Quodque simul.*—553 Pro *spinæ* Jun. *pinnæ;* Fl. *linguæ.*

NOTÆ

545 *Astræi*] Venti, Astræi gigantis et Auroræ filii.

546 *Parens*] Cybele, scilicet.

548 *Mergit*] Ex eo quod aquis extinctus ignis a Turno Æneæ navibus immissus, fabulam contexuit Virgilius, eas in Nymphas esse conversas.

553 *Spinæ*] Carina, quæ pars est

Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.
Cœrulus, ut fuerat, color est. Quasque ante timebant, 555
Illas virgineis exercent lusibus undas
Naides æquoreæ: durisque in montibus ortæ
Molle fretum celebrant: nec eas sua tangit origo.
Non tamen oblitæ, quam multa pericula sævo
Pertulerint pelago, jactatis sæpe carinis 560
Supposuere manus: nisi si qua vehebat Achivos.

Fab. XIII. Alcinoi Navis in Saxum.

Naves Æneæ docet, in speciem Nymphaarum versas Deorum voluntate, ex recordatione suorum Neritiam navem vidisse lætas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelasgos portantem saxo durescere.

Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos:
Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis

titur in usum spinæ. Carbasa abeunt in flexiles capillos, antennæ in lacertos. Color est cyaneus, ut fuerat: atque Naiades marinæ agitant lusibus virgineis illos fluctus quos antea reformidabant; et natæ in asperis collibus frequentant molle æquor, neque illæ curant suam originem. Non tamen immemores, quam multa discrimina sint perpessæ in mari tumultuoso, submiserunt crebro manus navibus agitatis, nisi si qua ferret Græcos.

XIII. *Nondum oblitæ Phrygii excidii, odio persequuntur Achivos; atque specta-*

Vivianus ex suis Mss. profert, *spin. curvatur in*, quod Burm. censet et elegantius, et nunc etiam propterea melius, quia præcessit *mutantur*.—554 Bonon. *Vela com.*—555 Urbin. et Bernegg. *ant. tenebant*.—556 In Berolin. a man. pr. *Illa virg.*—557 Multi vett. *summisque*.—559 Plurimi *sæpe* pro *sævo*.—560 Gron. *Pert. ferro*.—561 Med. *nisi qua vehebantur* unde Heins. *veherentur*.—562 In uno Ciofan. *Classis adh.* Duo etiam libri *Pelasgas*.—563 *Neritiæ* emend. Regius, cum antea *Naricíæ* legeretur, i. e. navis Ajacis Oilei, qui fuit Naricius. Mox unus Bonon. *lentis Vultibus*, quod non displicet Burm.—564 Heins. e Bernegg. pr. Gron. et uno Bas. malit, etiam vs. seq. *lætis videre*. Dein

NOTÆ

navis infima, seu trabes, cui ceteræ adhærent, in spinam dorsi fuit mutata.

554 *Antennæ*] Forte non abs re fuerit observare, quomodo in his transmutationibus singula quæque, huic aut illi naturæ viciniora, in eas vertantur: ut hinc sibi quisque bona omnia comparare in futurum studeat.

562 *Phrygiæ*] Quasi Nymphæ Græcos, Trojani excidii auctores, ulcisci cuperent.

563 *Neritiæ*] Ulyssis, qui Ithacæ regnavit, ubi mons Neritus.

Vultibus : et lætæ videre rigescere puppim
Cautibus Alcinoi, saxumque increscere ligno. 565

Fab. XIV. Ardea Turni in Avem.

Turno ab Ænea interemto, Ardea urbs, regnum Turni, incendio in cinerem redacta : ex quo volucris emersa est, quæ patriæ nomine vocaretur a posteris Ardea.

Spes erat, in Nymphas animata classe marinas,
Posse metu monstri Rutulum desistere bello.
Perstat, habetque Deos pars utraque : quique Deorum
Instar, habent animos. Nec jam dotalia regna,
Nec soceri sceptrum, nec te, Lavinia virgo, 570
Sed vicisse petunt : deponendique pudore
Bella gerunt. Tandemque Venus victricia nati
Arma videt : Turnusque cadit ; cadit Ardea, Turno

verunt hilari facie fragmenta navis Neritiæ : et hilares viderunt puppim Alcinoi verti in scopulum.

XIV. *Spes erat, classe animata in Nymphas æquoreas, Rutulum posse omittere bellum timore prodigii. Pergit ; atque pars utraque habet Deos ; et habent animos qui instar Deorum : neque jam quærunt regna dotalia, nec sceptrum soceri, nec te, virgo Lavinia ; sed victoria potitos esse ; et gerunt bella pudore omittendi. Atque tandem Venus cernit arma victricia filii ; et Turnus procumbit : Ardea, vocata*

multi scribunt *puppem* vel *puppes ;* et sec. V. *pinum.*—565 Bas. *saxumque recondere lign.*—567 Unus Med. et alius *R. discedere bello.* Mor. *desistere cœpto.*—568 *Quique* Heins. dedit ex pr. Strozzæ pro var. lect.; at Pal. sec. et Cod. Heins. chartaceus *quisque ;* reliqui *quodque.* In vulg. legitur *D. est ;* at hoc plurimi vett. non agnoscunt.—569 Sec. Pal. *nec tam dot.* et mox *Se viciss.* ubi Heins. conj. *Quam viciss.*—570 Berolin. *scept. soc.*—571. 572 S. Marci, et tert. Bonon. *deponendoque dolorem Bella petunt ; petunt* etiam duo alii : pr. Gron. *deponendiq. timore Bella petunt :* alter Erfurt. et Arund. *deponendoque pudorem ;* at hic *Bella*

NOTÆ

565 *Alcinoi*] Qui rex Phæacum Ulyssem e naufragio enatantem hospitio excepit ; navique instruxit, qua in Ithacam veheretur : quam quidem Neptunus, Polyphemi filii ultor, in scopulum mutavit ; ut refert Homer. Odyss. XIII.

568 *Pars*] Trojana, scilicet, atque Rutula ; hinc stante Turno, illinc Ænea : quorum uterque suos habebat Deos, ut supra dictum, latiusque ex Maronis Æneide patet ; quem vide : nam et illorum altercationibus, quod raro evenit, voluptatem, non sine fructu, capies.

570 *Soceri*] Latini regis, scilicet.

572 *Nati*] Æneæ.

573 *Turnus*] Quem Æneas interfecit ; ut ex Marone intelligitur.

Ardea] Quæ urbs Latii, Turni regia.

Sospite, dicta potens. Quam postquam barbarus ignis
Abstulit, et tepida latuerunt tecta favilla; 575
Congerie in media tum primum cognita præpes
Subvolat, et cineres plausis everberat alis.
Et sonus, et macies, et pallor, et omnia, captam
Quæ deceant urbem, nomen quoque mansit in illa
Urbis: et ipsa suis deplangitur Ardea pennis. 580

Fab. XV. Æneas in Deum.

Venus, ut animadvertit filium Æneam laboribus exhaustis ad finem venisse ævi, petiit ab Jove patre, ut promissis fidem faceret. Cujus ille precibus auditis efficit, ut in agro Laurenti flumine Numicio ablueret mortalitatem, interque indigetes Deos referretur: ita ut a posteris, sicut ceteris Deis, sacra ei administrarentur.

Jamque Deos omnes, ipsamque Æneia virtus
Junonem veteres finire coëgerat iras:
Cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,
Tempestivus erat cœlo Cythereius heros;
Ambieratque Venus Superos: colloque parentis 585

potens Turno incolumi, ruit: quam postquam sævus ignis consumsit, et domus sunt absconditæ sub calido cinere, præpes tum primum cognita evolat e medio cumulo, atque excutit favillas alis percussis. Et vox, et macies, et pallor, et omnia quæ conveniant urbi domitæ, nomen etiam urbis illi mansit, atque ipsa Ardea deplangitur suis pennis.

XV. *Jamque virtus Æneæ coëgerat omnes Deos ipsamque Junonem finem imponere antiquæ iræ; cum, opibus Ascanii crescentis bene constitutis, heros Cythereius erat maturus cœlo; atque Venus ambierat Deos; et projecta in collum sui patris,*

volunt.—573 Bas. unus *Arma jurat.*—574 Heins. censet scribendum *postq. Dardanus ensis.* Alter Mor. *barbarus hostis.*—575 In uno Ciofan. et Cælest. *et trepida lat.* Et pro vulg. *patuerunt* Heins. dedit *latuerunt* ex Thuan. Cant. pr. Erfurt. et Bas. et Gron. et Mor. et aliis plurimis.—576 Plurimi *e med.* alii *in;* quidam etiam omittunt præpositionem.—577 Thysii *cin. applausis verberat.* Duo libri *plausis subverberat;* totidem *circumvolat.*—579 Tres *Quæ doceant urb. Illa* ex quibusdam: vulg. *ipsa.*—582 *Coëgerat* Heins. recepit ex

NOTÆ

576 *Præpes*] Avis, quæ altius volat, ut solent ardeæ. In auguriis felices aves 'præpetes' dicuntur.

583 *Fundatis*] Turno occiso Laviniam duxerat uxorem Æneas, qui Latino socero mortuo imperium in Latio obtinuit, ubi et Lavinium ædificavit.

584 *Cythereius*] Æneas, Veneris Cythereæ filius.

585 *Parentis*] Jovis, scilicet.

Circumfusa sui, Nunquam mihi, dixerat, ullo
Tempore dure pater, nunc sis mitissimus oro;
Æneæque meo, qui te de sanguine nostro
Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen;
Dummodo des aliquod. Satis est inamabile regnum 590
Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.
Assensere Dei: nec conjux regia vultus
Immotos tenuit, placatoque annuit ore.
Tum pater, Estis, ait, cœlesti munere digni,
Quæque petis, pro quoque petis: cape, nata, quod optas.
Fatus erat. Gaudet, gratesque agit illa parenti: 596
Perque leves auras junctis invecta columbis
Littus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit
In freta flumineis vicina Numicius undis.

Nunquam, dixerat, mihi immitis pater ullo tempore, precor sis nunc benignissimus; atque, optime, præbeas numen quantumvis exiguum, dummodo aliquod præbeas, meo Æneæ, qui fecit te avum de nostro sanguine. Satis est vidisse semel regnum horrendum, transivisse semel per fluvios inferos. Dii annuerunt: neque uxor regia habuit faciem immotam, annuit etiam vultu placato. Tum pater, Estis, inquit, digni dono cœlesti, et quæ poscis, et pro quo poscis: sume, filia, quod cupis. Absolverat. Illa agit gratias patri; atque lata per subtilem aërem junctis columbis, accedit ad littus Laurens, ubi Numicius velatus cannis volvitur in mare vicinum fluc-

melioribus; vulg. *coërcuit.*—583 Langerm. *rebus* pro *opibus.*—587 *Oro* dedit Heins. ex Thuan. pr. R. et Gron. Cod. Politian. et multis aliis pro vulg. *opto.*—588 Heidelb. *te quoque sang.*—589 Tres libri *quodvis* pro *quamvis.* Deinde quidam pro *numen* habent *munus* aut *donum.*—591 Ciofanus ex optimis libris suadet *semel;* vulg. *simul.*—593 A. *Invitos ten.* Fragm. Boxhorn. *ignotos;* Bas. *immites.* Deinde Med. *pacatoque.*—594 Berolin. *pat. Est is, ait...dignus. Munere* habent Cælest. duo Ma. et Heidelb. vulg. *numine.*—596 Heidelb. *Sic fatur; gaud.* Deinde Bas. *grates gaudens agit.*—597 Pr. Gron. et alii cum Berolin. *aur. nivcis inv.* Fr. *vinctis.*—598 Unus Heins. pro *tectus* ex-

NOTÆ

590 *Aliquod*] Indiges Deus factus est; quem etiam Jovem indigetem appellatum fuisse testatur Livius.

Regnum] Plutonis, scil. quod Sibyllæ ope, patris videndi causa, Æneas subierat.

593 *Immotos*] Quod faciunt qui annuere nolunt, ut supra vidimus.

597 *Columbis*] A quibus Veneris currum trahi voluerunt poëtæ; propter earum libidinem, scilicet.

598 *Littus*] Quod non longe a Lavinio, ubi Æneas regnabat; a Laurento vicina urbe sic dictum.

599 *Numicius*] Rivulus Latii, in quo Æneæ repertum cadaver. Atque hinc locus datus fabulæ, quæ illum in eo ab omni humana labe purgatum finxit. Ceterum fabula non est, quanquam plus quam fabula a plerisque Christianis contemnatur, quod virtute sua ad Superos transferuntur, qui per to-

Hunc jubet Æneæ, quæcumque obnoxia morti, 600
Abluere; et tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata: suisque,
Quicquid in Æneæ fuerat mortale, repurgat,
Et respergit aquis. Pars optima restitit illi.
Lustratum genitrix divino corpus odore 605
Unxit, et ambrosia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitque Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem; temploque arisque recepit.

tibus flumineis. Huic imperat repurgare quæcumque Æneæ subjecta morti, et vehere sub maria leni fluxu. Corniger perficit jussa Veneris, atque abluit suis aquis quicquid Æneæ fuerat morti obnoxium, atque respergit. Pars optima illi permansit. Mater imbuit corpus purgatum divino odore, et tetigit faciem ambrosia mista cum suavi nectare: atque fecit Deum; quem populus Romanus vocat Indigetem, et recepit in templa atque altaria.

hibet *certus*, unde ille faciebat *septus;* sed Bothius *cintus* pro *cinctus.*—601 Gron. Ma. et duo alii *et lato def.* pr. Bonon. *tecto:* Langerm. *seco* pro *cæco.* —604 Alii *et respersit.* Heins. scribendum censet *detergit* ἀρχαϊκῶς pro *deterget,* ut passim poëtæ.—607 Bas. *turb. Quiritum.*—608 Quart. Med. V. Be-

NOTÆ

tum vitæ suæ curriculum eo contendunt. Per solam Dei miserentis Gratiam, cui soli stat Gloria in omne ævum, fit istud. At fit tamen, idque ab eo per nos, per nostram fidem, per nostra opera: neque alios adhibere possit qui Christum, meritum nostrum, pro nobis induant.

600 *Hunc*] Scilicet per mortem, quicquid morti obnoxium deponimus. Neque revera est mors quam plerique mortales timent. Ejus est larva tantum. Sed enim, bone Deus! quales sunt de vita, de morte, de corpore suo, de ejus resurrectione, de sexcentis hujusmodi, non dicam belluarum, sed doctorum uti videri volunt quorundam opiniones! O insulsissimos atque in supina sua ignorantia pervicacissimos homines! Atqui periculum est ab illis maximum, si quis illorum hispidas setas vel leviter tangat.

602 *Corniger*] Numicius. Diximus enim sæpius, propter divergentem cursum, fluviis cornua tribui.

604 *Optima*] Anima, scilicet, effluvium Divinitatis; cujus utinam aliquem sensum haberent tot larvati, seu potius cœno obruti, nomine tantum homines.

606 *Ambrosia*] Quæ cibus est Deorum jucundissimus; sicut nectar eorundem potus suavissimus. Utrumque immortalitatem significat, et sæpe confunduntur.

607 *Quirini*] Romuli: quem in cœlo Quirinum vocari scripsit Florus. Atque per eum Romani intelliguntur.

608 *Indigetem*] Quos sua merita, ut inquit Tullius, in cœlum vocarunt et Diis ascripserunt, illi, quod, ante in terris agentes, nunc nullius rei egentes in Diis agerent, Indigetes dicti sunt.

Templo] Æneæ tanquam Heroi Latini sacellum dicaverunt.

Fab. XVI. Vertumnus in Anum.

Tiberinus, Albanorum rex, Tusco amni Albula mersus interiit, ac nomen fluvio reliquit. Item Aventinus, a quo mons, urbis Albæ accepit imperium. Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix feliciumque arborum, cujus nomen pomaria obtinent. Hanc cum Vertumnus diligeret, solitus in varias figuras mutari, et, ea refugiente concubitum, solicitudine assidua ureretur; novissime in anum versus est, eique multa retulit, quibus fœminæ flecti solent, ut sibi jungeretur. Ipsa autem perseverante in proposito, novissime refert quoque fuisse in Cypro Anaxareten virginem, quæ propter superbiam punita fuisset a Venere. Versusque in suam formam concubuit cum ea Vertumnus.

Inde sub Ascanii ditione binominis Alba,
Resque Latina fuit: succedit Sylvius illi: 610
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro. Clarum subit Alba Latinum:
Epitos ex illo est: post hunc Capetusque, Capysque;

xvi. *Postea Alba atque res Romana fuit sub potestate Iuli binominis: Silvius succedit illi; cujus filius Latinus sumsit nomina iterata cum veteri sceptro. Alba succedit illustri Latino: tum subit Epitus: Capetus et Capys hunc sequuntur, sed*

rolin. et quinque alii *arisq. reponit.*—610 *Succedit* Heins. profert ex S. Marci Bernegg. pr. V. tert. Med. et plurimis aliis; vulg. *successit.*—611 Conjecerat olim Heins. *tenuit recidiva*, ut Fast. iv. 45. 'recidiva vocabula.'—612 Ita ex pr. Moreti dedit Heins. Ante eum, *Clarus subit Alba Latino.* Veteres plerique *subit ecce;* nisi quod pr. Gron. et unus Leid. *inde.* Pro *Clarus* multi veteres, *Clarius; natus* sec. Palat. et unus Leid. et unus Vossii: at prim. Erfurt. *Narus;* alter Erfurt. *Daunus:* sec. Mor. *claro subit ecce Latino. Alba* est in uno Heins., Calandræ et Politiani excerptis: *ecce Latinum* Langerm. et Urbin. *Latinus* pr. Hamburg. et S. Marci. At pr. Mor. *clarum subit Alba Latinum.*—613

NOTÆ

609 *Binominis*] Nam et Iulus dictus.

Alba] Quam Ascanius condidit, Lavinio novercæ relicto.

610 *Silvius*] Tantis tenebris involuta sunt rei Romanæ primordia, ut neque sibi constent ipsi auctores qui de iis scripserunt: ne miretur quisquam ab hoc nostro Dionysium, ab utroque Livium in recensenda Albanorum regum genealogia dissentire. Hanc habet posterior: Ascanius primus est; 2. Sylvius Posthumus, Æneæ filius; 3. Æneas Sylvius: mansit enim *Sylvius*, postea omnibus Albanis regibus cognomen, sicut *Cæsar* Romanis Imperatoribus; 4. Latinus; 5. Alba; 6. Atis; (Dionysio Capetus, nostro Epitus;) 7. Capis; 8. Capetus, seu Calpetus; 9. Tiberinus; 10. Remulus; 11. Agrippa, qui nostro Acrota; 12. Aventinus; 13. Procas; 14. Amulius, Numitor.

611 *Repetita*] Latinum habuimus supra, Laviniæ patrem.

Sed Capys ante fuit. Regnum Tiberinus ab illis
Cepit; et in Tusci demersus fluminis undis 615
Nomina fecit aquæ. De quo Remulusque, feroxque
Acrota sunt geniti: Remulus maturior annis
Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Aventino: qui quo regnarat, eodem 620
Monte jacet positus; tribuitque vocabula monti.
Jamque Palatinæ summam Proca gentis habebat.
Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertius hortos,
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus: 625
Unde tenet nomen. Non sylvas illa, nec amnes;
Rus amat, et ramos, felicia poma ferentes.

Capys fuit prior. Tiberinus sumsit sceptrum post illos: atque extinctus in fluctibus fluvii Tusci dedit nomen aquæ. Ex quo et sævus Remulus et Acrota sunt orti. Remulus ætate major, simulator fulminis, interiit ictu fulmineo. Acrota lenior fratre suo dedit sceptrum strenuo Aventino, qui sepultus in eodem colle in quo regnaverat, atque imposuit nomen colli. Jamque Proca obtinebat imperium in gentem Palatinam. Sub hoc rege Pomona vixit, qua nulla inter Hamadryadas Latinas coluit hortos majori industria; neque alia fuit magis dedita fructibus arboreis; a quibus habet nomen. Illa non diligit nemora, neque fluvios; sed *campos, et arbo-*

In quibusdam *Epitus*, vel *Egrotos:* plurimi etiam non agnoscunt *τὸ est.*— 615 Unus Mor. *Traxit; et.* Dein alii *dimersus;* at Berolin. *detensus.*—616 V. *N. cepit aq.*—617 Bas. pr. *mat. armis;* unus Voss. *ævis*, unde Heins. *ævi.*— 622 Sic castigari in quibusdam vett. Naugerius notavit. Olim legebatur *Palatinus summæ loca gentis h.;* et sic omnes Heins. scripti cum vett. Edd. nisi quod *Palatinæ loca gentis* Fl. S. Marci, et N. omisso *τῷ summam:* sec. Pal. *Palatinæ summæ loca gentis.* Heins. corr. *Palatini summam Proca collis h.:* conj. etiam *montis*, vel *Palatinæ...rupis.*—623 Ms. Bersm. *hoc Pomona f.*—624 Octo

NOTÆ

615 *Tusci*] Albulæ, scilicet, cui, a submerso Tiberino, *Tybris* datum nomen.

618 *Imitator*] Fragoribus atque simulatis fulguribus Deorum contemtor, quasi Deus fuisset ipse, terrorem hominibus incutere satagebat: qui vero fulmine interiit.

620 *Aventino*] Qui unus est ex septem Romæ celebrioribus montibus.

622 *Summam gentis*] Pro imperio in eam gentem quæ circa Palatium, et ea loca ubi postea Roma est condita.

623 *Pomona*] Pomorum Dea, a quibus nomen habuit. *Poma* autem dicuntur quoscumque fructus arbores, seu plantæ esui aptos profundunt.

624 *Hamadryadas*] Eo nomine, a Græcis mutuato, appellantur Nymphæ quæ, singulis addictæ quercubus, una cum iis et oriuntur et occidunt.

Nec jaculo gravis est, sed adunca dextera falce:
Qua modo luxuriem premit, et spatiantia passim
Brachia compescit: fissa modo cortice virgam 630
Inserit, et succos alieno præstat alumno.
Nec patitur sentire sitim: bibulæque recurvas
Radicis fibras labentibus irrigat undis.
Hic amor, hoc studium: Veneris quoque nulla cupido.
Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit 635
Intus: et accessus prohibet refugitque viriles.
Quid non et Satyri, saltatibus apta juventus,
Fecere, et pinu præcincti cornua Panes,
Sylvanusque, suis semper juvenilior annis,
Quique Deus fures, vel falce, vel inguine terret, 640

res proferentes poma felicia. Neque manus est impedita venabulo, sed curva falce, qua nunc coërcet luxuriem, et reprimit ramos passim porrectos; nunc immittit surculum in divisum corticem, et præbet humorem alieno alumno. Neque sinit sitire; et irrigat fibras sinuosas siticulosæ radicis aquis fluentibus. Hic amor, hoc studium; nullum etiam desiderium connubii. Nihilominus reformidans impetum rusticorum claudit intus pomaria, et impedit atque vitat accessus viriles. Quid non fecerunt et Satyri juventus prona in saltationes, et Panes habentes cornua circumdata pinu, et Sylvanus semper levior suis annis, et Deus qui tremefacit fures vel falce vel

libri *col. solertior hor.*—626 Ms. Bersm. *Inde ten.*—629 Unus Voss. et duo alii *et spectantia pass.* et Leid. et unus Heins. *serpentia:* unus Med. *spirantia contra;* et alius *spatiantia contra*, quod Heins. placebat, ut IV. 80. Oscula 'non pervenientia contra.' *Fissa* Heins. dedit ex Bernegg. pr. Pal. et Gron. et decem vett. ceteri *fisso.* Pr. Gron. et quatuor alii exhibent *virgam;* alii *lignum.*—631 *Præbet* ex plurimis vett. vulg. *præstat.*—632 Berolin. *Nec sent. sit. pat.*—633 Bernegg. pr. Mor. Frag. Boxhorn. aliique nonnulli *fibr. latentibus irr.* Heins. conj. *lactentibus*, vel *lambentibus;* Burm. vero *lætantibus.*—634 Berolin. *cup. est.*—635 Tert. Med. et unus Voss. *tam. agrestem met.* Jun. *arguto:* Berolin. *agrestum cupiens pomeria;* multi etiam alii *pomeria.* Dein Leid. *clausit.*—636 Pat. *tactusque vir.*—638 Arg. *pin. succincti tempora P.*—640 In vett. quibusdam Edd. *Silenusque;* at Sileno, Bacchi comiti, nullum

NOTÆ

629 *Luxuriem*] Luxuriari dicuntur arbores, quæ nimias frondes protrudunt.

630 *Compescit*] Exponit quod prius dixit; namque destringendo ramos (*en élaguant*) luxuries compescitur arborum.

631 *Alumno*] Surculo nempe ex alia arbore derepto.

633 *Fibras*] Eo nomine appellantur subtiliores radices, quæ præsertim terræ humorem exsugunt.

637 *Satyri*] De Satyris, Sylvanis, atque omni cornuto et capripedi salacissimo genere jam sæpius mentio est facta.

639 *Juvenilior*] Quia utut senex, sicuti a Marone dicitur, non ideo tamen minus festivus, aut amori deditus.

640 *Deus*] Priapum dicit, hortorum

Ut poterentur ea? Sed enim superabat amando
Hos quoque Vertumnus: neque erat felicior illis.
O quoties habitu duri messoris aristas
Corbe tulit; verique fuit messoris imago!
Tempora sæpe gerens fœno religata recenti, 645
Desectum poterat gramen versasse videri.
Sæpe manu stimulos rigida portabat; ut illum
Jurares fessos modo disjunxisse juvencos.
Falce data, frondator erat, vitisque putator.
Induerat scalas, lecturum poma putares. 650
Miles erat gladio, piscator arundine sumta,
Denique per multas aditum sibi sæpe figuras
Reperit, ut caperet spectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra,
Innitens baculo, positis ad tempora canis, 655

pudendis, ut eam consequerentur? Verum enimvero Vertumnus præcellebat etiam illis amando; neque erat beatior illis. O quoties portavit aristas corbe, specie asperi messoris, et fuit imago veri messoris! Sæpe habens tempora vincta novo fœno, poterat videri vertisse herbas recisas. Sæpe ferebat aculeos manu dura, ut assereres illum modo jugo levasse tauros lassos. Falce oblata erat frondator, et vitis amputator. Sumserat scalas, crederes collecturum poma. Erat miles ense cinctus, *piscator virga capta. Denique crebro sibi paravit accessum per multas formas, ut frueretur voluptate visæ pulchritudinis. Ille etiam habens tempora involuta mitra picta, innitens scipione, capillis albis affixis temporibus, imitatus est vetulam, atque*

hic esse locum monet Heins.—641 Ex melioribus Heins. protulit *poterentur;* vulg. *potirentur:* Bas. *potiantur;* multi etiam *potiretur.*—644 In quibusdam *durique,* improbante Burm.—645 Duo libri *sæp. ferens.*—646 *Versasse* ex sec. Pal. pr. Bas. utroque Erfurt. I. et decem aliis; vulg. *versare.*—648 In multis etiam *Jurasses.* Dein unus Heins. *mod. divertisse jur.*—649 In uno Heins. et Bas. *falcator* pro *frondator.* Heins. etiam malebat *vitisve.*—650 Thysii Cod. *Induitur scal.* sed tum, judice Heins. *putaris* sit legendum, non *putares.*—653 Pr. Bas. sec. Pal. alter Hamburg. et quinque alii *cap. speratæ gaud.*—654 Duo libri *temp. vitta.*—655 *Ad* Burm. dedit ex Bas. et sex aliis; vulg.

NOTÆ

Deum, Bacchi et Veneris filium, pudendis suis ita turpem, ut fures etiam, si Nasoni credas, proterrere potuerit.

642 *Vertumnus*] Fuit unus ex Diis Latinis, cui a vertendo, quod in formas omnes sese verteret, illud nomen impositum. Quanquam alias etymologias Noster alicubi, Propertius insuper, qui de eo multus est, alias subnectit. Romæ sacellum habuit. Festa ejus Vertumnalia dicta, quæ mense Octobri celebrabantur.

650 *Scalas*] Quibus utuntur, qui poma ex arboribus diu servanda colligunt.

Assimulavit anum: cultosque intravit in hortos;
Pomaque mirata est: Tantoque potentior, inquit.
Paucaque laudatæ dedit oscula; qualia nunquam
Vera dedisset anus: glebaque incurva resedit,
Suspiciens pandos autumni pondere ramos. 660
Ulmus erat contra, spatiosa tumentibus uvis:
Quam socia postquam pariter cum vite probavit;
At si staret, ait, cœlebs sine palmite truncus,
Nil præter frondes, quare peteretur, haberet.
Hæc quoque, quæ juncta vitis requiescit in ulmo, 665
Si non nupta foret, terræ acclinata jaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris hujus,
Concubitusque fugis, nec te conjungere curas.
Atque utinam velles! Helene non pluribus esset
Solicitata procis, nec quæ Lapitheia movit 670
Prælia, nec conjux timidis audacis Ulixei.

subiit cultos hortos, et mirata est poma, Tantoque, inquit, potentior: atque obtulit pauca suavia laudatæ, qualia nunquam vera anus obtulisset; et gibbosa sedit super cespite, suspiciens ramos incurvatos onere Autumni. Ulmus erat in conspectu vasta racemis turgidis; quam postquam laudavit una cum vite conjuncta, At, inquit, si esset stipes cœlebs sine vite, nihil haberet quamobrem desideraretur præter folia. Hæc etiam vitis socia quæ composita est super ulmo, si non esset juncta, jaceret humi prostrata. Tu tamen non moveris exemplo hujus arboris, atque vitas connubium, neque cupis te conjungere. Atque utinam cuperes! Helena non esset quæsita a pluribus procis; nec quæ causa fuit certaminum Lapitheiorum; nec uxor Ulyssis

per.—656 Unus Bas. *Dissimulavit an.*—657 Multi, *Tantoque peritior.* Quidam addunt duos versus: *Omnibus es Nymphis, quas continet Albula ripis. Salve, Virginei flos illibate pudoris.* In Voss. *Pomaque miratur, mox se convertit ad illam.*—660 Berolin. *Suscipiunt.* Pro *pandos* multi, *patulos, graridos, curvos.* Deinde in uno Bonon. *autumnum in pondere;* et Heins. conj. *autumno pondere:* Berolin. *autumni tempore.*—661 *Spatiosa tumentibus* Heins. reponit ex plurimis vett. alii *speciosa nitentibus.*—663 Multi *O si;* alii *Ah;* unus *Ast.*—664 Bonon. et Mor. *præt. lignum.*—666 Plurimi, *si non juncta foret*, quod damnavit Heins. quia *juncta* proximo versu præcesserat. *Nupta* recepit e Thuan. et pr. Bonon. Tum pr. Gron. *vincta;* et nonnulli *nuda.*—666 Tres, *terræque acclira:* et Berolin. cum uno Thuan. et Jun. *inclinata.*—670 Berolin. *Solicitanda proc.* et S. Marci *quæ Semeleia mov.*—671 *Timidis* ex Barb. vulg. *timidi aut.*—672 Be-

NOTÆ

657 *Tantoque*] Quanto cultiores hortos habes, intellige. Verum ea ellipsis vetulæ optime sapit familiarem eandemque callidam agendi rationem.

660 *Autumni*] Pomorum, quæ per autumni tempus maturescunt.

670 *Quæ*] Hippodamia est, de qua lib. XII.

Nunc quoque, cum fugias averserisque petentes,
Mille proci cupiunt; et Semideique, Deique,
Et quæcumque tenent Albanos numina montes.
Sed tu, si sapies, si te bene jungere, anumque 675
Hanc audire voles, (quæ te plus omnibus illis,
Plus quam credis, amo,) vulgares rejice tædas,
Vertumnumque tori socium tibi delige: pro quo
Me quoque pignus habe. Neque enim sibi notior ille est,
Quam mihi. Nec toto passim vagus errat in orbe: 680
Hæc loca sola colit: nec, uti pars magna procorum,
Quam modo vidit, amat. Tu primus et ultimus illi
Ardor eris; solique suos tibi devovet annos.
Adde, quod est juvenis: quod naturale decoris
Munus habet; formasque apte fingetur in omnes: 685
Et, quod erit jussus (jubeas licet omnia) fiet.
Quid? quod amatis idem? quod, quæ tibi poma coluntur,

audacis in paridos. Nunc etiam, cum vites atque odio habeas ambientes, mille proci optant, et semidei, Deique, et omnia numina quæ colunt colles Albanos. Verum tu, si sapias, si velis feliciter nubere, atque auscultare huic vetulæ, quæ diligo te plus quam illi omnes, plus quam fidem habes, sperne vulgares faces, atque selige tibi Vertumnum socium lecti: pro quo accipias me etiam in pignus. Neque enim ille est sibi magis perspectus quam mihi. Nec ille tanquam erro exspatiatur passim per universum mundum. Frequentat hæc sola loca. Nec, sicut magna pars procorum, diligit quam vidit ultimam: tu eris illi primus atque novissimus amor; et devovet tibi soli suam vitam. Adde quod est juvenis, quod pulcher est dono quodam peculiari naturæ, atque eleganter se finget in omnes figuras, et fiet quod erit jussus, quamvis omnia jubeas. Quid quod diligitis idem? quod habet primus poma, quæ

rolin. *adverserisque:* et Med. unus *volentes;* et A. *precantes.*—673 *Proci* Burm. dedit ex Leid. pro vulg. *viri.* Mox novem scripti *te* pro *et.*—675 Med. *Sed bene si.* Multi vett. *sapias;* et seq. vs. *velis* pro *voles;* at Heins. nihil mutandum putat.—677 Arg. *amat* pro *amo.*—678 Med. unus *toro soc.* Alii etiam *tib. selige,* vel *dilige.*—679 Med. et sex alii *pign. habes:* et in uno Ciofan. *tibi* pro *sibi.*—680 Berolin. *pass. tot.*—681 Mss. fere omnes, *Hæc* aut *Nec loca magna.* Sed Vivian. ex suis *loca sola,* quod etiam in uno suo repertum recepit Heins.—682 S. Marci, N. Urbin. et unus Heins. *Quas mod.* Sprotii *Quod.*—683 Unus Bas. *ignes* pro *annos.*—684 A. sec. *juv. quid quod dotale dec.*—685 Pal. sec. *apt. mutetur in;* pr. Gron. *mutabit;* unus Heins. *vertetur;* Sprotii *formetur.*—687 Alii *idem? quid quæ tib.* vel *quid quod.* Dein alter Strozzæ *colantur.*—688

NOTÆ

676 *Hanc*] Seipsum indicat Vertumnus in vetulam mutatus.

677 *Tædas*] Matrimonium: quia ad nuptias eas admovere soliti, ut sæpius inculcatum.

683 *Devovet*] Sæpius in malam partem accipitur vox ista.

Primus habet; lætaque tenet tua munera dextra?
Sed neque jam fœtus desiderat arbore demtos,
Nec, quas hortus alit, cum succis mitibus herbas, 690
Nec quicquam, nisi te. Miserere ardentis: et ipsum,
Qui petit, ore mèo præsentem crede precari.
Ultoresque Deos, et pectora dura perosam
Idalien, memoremque time Rhamnusidis iram.
Quoque magis timeas, (etenim mihi multa vetustas 695
Scire dedit,) referam tota notissima Cypro
Facta; quibus flecti facile et mitescere possis.

coluntur a te, et tractat manu hilari tua dona? Sed neque nunc cupit fructus dereptos arboribus, neque herbas quas hortus nutrit cum succis mitibus, nec quicquam præter te. Miserere flagrantis; atque puta ipsum qui petit præsentem orare verbis meis: et reverere Deos vindices, et Idalien aversantem corda sæva, et iram memorem Rhamnusidis. Et quo magis timeas (namque ætas dedit mihi multa cognoscere) narrabo facta perspectissima tota Cypro, quibus possis facile duci atque deliniri.

Unus Bas. *ten. nova mnn.*—689 Quatuor libri *jam fructus desid.* Heins. pro *jam* conj. *tam;* et 691. *quam* pro *nisi;* vel sic legit *Nilve aliud quam te.*—692 *Qui* ex duobus vett. Heins. dedit pro vulg. *Quod.*—693 Unus ex melioribus *pect. dira per.* —694 *Idalien* ex O. pr. Mor. et pr. Hamburg. et sex aliis; vulg. *Idaliam;* pr. Pal. et duo alii *Idalian.*—695 *Timeas* Heins. dedit ex S. Marci, N. Urbin. Thuan. I. aliisque plurimis; vulg. *caveas.* Unus etiam Heins. *plura* pro *multa.* —696 Berolin. *toto* pro *tota.*—697 Sixii Cod. et unus Heins. *Fata; quib.* Deinde Bas. et tres alii *facil. flect.* unus Med. *fac. et flect.* Mox Berolin. *mit. pos-*

NOTÆ

688 *Tenet*] De eo etiam gloriatur ipse Vertumnus apud Propertium, nominis sui rationes proferendo, his et pluribus aliis verbis: 'Seu quia vertentis fructum percepimus anni, Vertumni rursus credidit esse sacrum.'

693 *Dura*] Amori minus obsequentia.

694 *Idalien*] Venerem dicit, ab Idalio Cypri nemore sic dictam.

Rhamnusidis] Nemesis est, Jove et Necessitate, vel Oceano et Nocte genita, scelerum, superbiæ præsertim, ultrix, et virtutum remuneratrix, quid quemque facere deceat ostendens: quæ a Rhamnunte Atticæ oppido, ubi templum habuit, Rhamnusia, seu Rhamnusis, dicta est.

696 *Cypro*] Quæ maris Mediterranei insula Veneri sacra.

Fab. XVII. Anaxarete in Lapidem.

In insula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quæ forma ceteras gentes ejusdem civitatis supergressa est; sed ut pulchritudo eminens fuit, ita propter aspernationem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis, ejusdem civitatis, amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem sortem incidisset, ad extremum, ne diutius doleret, noctu clam ante fores puellæ suspendio se liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortunæ per publicum maxima frequentia duceretur; et illa patientissime ex superiori parte domus prospiceret; ob nimiam crudelitatem animique duritiam, in vestigio sui a Venere saxo durata est; ita ut apud Salaminios species ejus prospicientis Veneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus, rediens in suam speciem, Pomona potitus est.

Viderat a veteris generosam sanguine Teucri
Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus.
Viderat, et totis perceperat ossibus æstum. 700
Luctatusque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit.
Et modo nutrici miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnæ:
Et modo de multis blanditus cuique ministris, 705

xvii. *Iphis natus ex parentibus plebeiis conspexerat nobilem Anaxareten* ortam *ex sanguine veteris Teucri. Conspexerat, atque conceperat amorem totis ossibus; et diu repugnans, postquam non potuit superare æstum ratione, supplex venit ad januam; et nunc confessus effrænum amorem nutrici, precatus est per spem alumnæ, ne sibi esset crudelis: nunc adulans singulos ex plurimis famulis, imploravit favorem benevolum*

---

ses.—698 Bas. *vet. generatam sang.*—699 Unus Bas. et Heins. *de plebe.*—700 Unus liber *tot. præceperat æst.* Deinde *æstum* est ex S. Marci, et vett. alii *ignes.*—702 Med. unus *non voluit, suppl.* Heidelb. cum quinque aliis *poterat.*—704 Heins. malebat *spes...alumnas.*—705 Olim edebatur *multis alicui blanditus amicis.* Pr. Bas. *cuipiam bland. amicis:* Pal. pr. et V. pr. tert. Med. Urbin. uterque Hamburg. et septem alii *alicui blandita ministris:* N. et Fr. *alic. suadendo ministr.* Calandræ, et præterea quinque *suadendo cuique ministr.* De-

NOTÆ

698 *Teucri*] Telamonis fuit filius, qui a patre domo pulsus propter Ajacis fratris inultam necem, profugus in Cyprum, ibidem novam Salamina condidit.

701 *Luctatus*] Hic versus ex lib. vii. repetitus.

703 *Nutrici*] Hæc omnia ex penitissimis artis et experientiæ suæ mysteriis depromsit Poëta.

Miserum] Siquidem a qua non amaretur perdite amaret.

Solicita petiit propensum voce favorem.
Sæpe ferenda dedit blandis sua verba tabellis:
Interdum madidas lacrymarum rore coronas
Postibus intendit, posuitque in limine duro
Molle latus, tristique seræ convicia fecit. 710
Surdior illa freto surgente cadentibus Hædis,
Durior et ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc viva radice tenetur;
Spernit, et irridet; factisque immitibus addit
Verba superba ferox: et spe quoque fraudat amantem. 715
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis: et ante fores hæc verba novissima dixit:
Vincis, Anaxarete: neque erunt tibi tædia tandem
Ulla ferenda mei. Lætos molire triumphos,
Et Pæana voca, nitidaque incingere lauro. 720

voce anxia. Plerumque credidit sua verba ferenda lenibus tabellis: nonnunquam affixit januæ serta humida rore lacrymarum suarum; atque immisit tenerum latus in rigido limine; et jecit probra in mæstam seram. Illa surdior mari turbato Hædis occidentibus; et rigidior ferro, quod ignis Noricus excoquit, et silice vivo, qui adhuc adhæret locis: contemnit atque irridet, et immitis adjicit factis crudelibus voces feroces, atque subtrahit spem etiam amanti. Iphis impatiens longi doloris non sustinuit cruciatus; atque protulit has ultimas voces ad januam: Vincis, Anaxarete; neque tandem ulla molestia tibi erit ferenda ex me: adorna festivos triumphos, et cita Pæanem, et redimitor splendida lauro. Namque victoria potiris, atque

nique *blanditus cuique ministris* Heins. protulit ex Thuan. pr. R. et Mor. et aliis decem.—706 Plurimi Codd. *pet. perpensum voc.*—707 Duo libri *verb. libellis.*—708 Cant. *Int. madidis.* Lectum fuisse a quibusdam, *lacrim. voce* apparet ex Meursii Spicilegio ad Theocrit. p. 133. qui corrigit, *rore;* et totum hunc locum illustrat. *Burm.*—709 Unus Med. *Post. inseruit.*—710 Heins. suadet *tristique* ex uno Bas. vulg. *tristisque.* Alius etiam Bas. *tristique fori.* Nonnulli *conv. dixit.*—711 Pr. Gron. alter Erfurt. et quatuor alii exhibent *Surdior;* vulg. *Sævior.* Unus etiam *furentibus H.* plures etiam *cad. Austris,* vel *Euris:* duo *tumentibus Austris.*—712 Multi scripti *Doricus;* et duo *Gnoricus.*—713 Vulg. *quod adhuc vivum rad.* unus Bonon. *viva quod adhuc rad.* Voss. *quod adh. nimia rad.* unus *firma;* unus *dura:* Heins. dedit *viva* ex pr. Bas. O. Hamburg. et aliis compluribus.—715 Plurimi *fallit* pro *fraudat.*—718 Nonnulli cum pr. Hamburg. *mihi* pro *tibi.*—720 Bas. *rutilaque;* Med. *timidaque:* duo Med. *nitida præ-*

NOTÆ

709 *Postibus*] Decantata hæc fuerunt in Amoribus.

710 *Tristi*] Quæ tristem amatorem faciebat.

711 *Hædis*] Stellis duabus infra capram sub humero Erichthonii seu Aurigæ, quæ ortu atque occasu suo tempestates ciere dicuntur.

712 *Noricus*] Quia apud Noricos, qui Austriæ vel Bavariæ (ut vocant hodie) populi fuerunt, magna atque optimi ferri copia fuit.

720 *Pæana*] Hoc est, Hymnis lætitiæ, cujusmodi a triumphantibus

Vincis enim, moriorque libens : age, ferrea, gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris, eritque
Quo tibi sim gratus, meritumque fatebere nostrum.
Non tamen ante tui curam cessisse memento,
Quam vitam ; geminaque simul mihi luce carendum. 725
Nec tibi Fama mei ventura est nuntia leti ;
Ipse ego, ne dubites, adero : præsensque videbor ;
Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.
Si tamen, o Superi, mortalia fata videtis,
Este mei memores ; nihil ultra lingua precari 730
Sustinet ; et longo facite ut memoremur in ævo ;
Et, quæ demsistis vitæ, date tempora famæ.

ultro morior : age, dura, lætare. Certe cogeris probare aliquid mei ; atque erit quo tibi sim acceptus, et agnosces nostrum meritum. Scius tamen me *non prius omisisse tui amorem quam vitam : atque sum privandus simul duplici lumine. Neque rumor meæ mortis accedet tibi nuntius ; ipse ego, ne dubites, præsens ero, atque videbor astans, ut oblectes* tuos *feros oculos corpore exsangui. Si tamen, o Dii, aspicitis sortes hominum, estote mei memores : lingua nihil potest amplius proferre ; atque præstate ut referamur per longum ævum : et indulgete famæ annos quos sustulistis*

cingere ; unus Leid. *nitidaq. recingere :* et duo alii *lauru.*—721 *Enim* est e plurimis vett. Codd. at vulg. *ait :* Heins. olim conj. *io.* Tum Berolin. *moriarque.*—722 Fl. S. Marci *mei cogeris amoris.*—724 Olim edebatur *ant. mihi cur.* Heins. ex Codd. corr. *tui :* in nonnullis scriptis *tibi. Excessisse* etiam in pluriuis legitur ; *cessisse* vel *fugisse* ex emend. Heins. Codd. variant ; S. Marci *curamque egisse :* tert. Med. *curam exisse ;* unus Arg. sec. Pal. et pr. Hamburg. *finisse ;* Bernegg. *fuisse.*—725 Duo libri *geminaq. mihi jam luc.* Deinde vulg. *est* post *carendum* delevit Heins. auctoritate S. Marci, N. Bernegg. Arund. pr. Hamburg. et aliorum.—728 Unus Bas. *ut exanimo.*—729 *Fata* dedit Heins. ex Arund. Bernegg. et duodecim aliis pro vulg. *facta.*—731 Vulg. *facite ut narremur.* Τὸ *ut* abest a S. Marci, N. Bernegg. pr. Gron. et quatuor aliis : *facite narremur ut ævo* pr. Hamburg. *facite ut memoremur* pr. sec. Pal. pr. Mor. et tres alii : Thysii, *facite memoremur :* unde Heins. *facite o memoremur,* vel *nar-*

NOTÆ

canuntur, utere. Atque ejus generis nonnullos in Amoribus habuimus. Ab Apolline autem Pæanes initium sumserunt, in cujus honorem post occisum Pythona serpentem, hymnus hujus generis cantatus est. Nomen quod attinet vel est a παίω *ferio ;* vel ab ἴε, παῖ, *jaculare, fili,* quibus verbis Apollinem Latona mater ad pugnam contra eum serpentem hortabatur.

Lauro] In testimonium victoriæ.

722 *Cogeris*] Quia illam superbam denique deserebat. Quanquam haud scio, an vere dixerit : tametsi enim nolunt amare quædam, amant tamen sese amari.

725 *Gemina*] Vita mea, et te ; quæ mihi altera lux es.

732 *Famæ*] Miror Ethnicos, aliis in rebus tam cautos, in hac fuisse tam ineptos, ut famæ cupidine post mortem ducerentur. Atque adeo ex re-

Dixit: et ad postes, ornatos sæpe coronis,
Humentes oculos et pallida brachia tendens,
Cum foribus laquei religaret vincula summi; 735
Hæc tibi serta placent, crudelis et impia? dixit.
Inseruitque caput, sed tum quoque versus ad illam:
Atque onus infelix elisa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum ut multa gementem
Visa dedisse sonum est, adapertaque janua factum 740
Prodidit: exclamant famuli, frustraque levatum
(Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
Accipit illa sinu, complexaque frigida nati

vitæ. Absolvit; et tollens oculos madidos et lacertos pallentes ad postes crebro decoratos sertis, cum affigeret laqueos extremi funis januæ, Hæ coronæ, inquit, tibi sunt gratæ, sæva atque scelesta? Atque immisit caput, sed tum etiam conversus ad illam: et pondus luctuosum pependit oppresso jugulo. Porta percussa ictu pedum trementium visa est strepitum fecisse similem gementi multa; atque reserata exhibuit facinus. Ministri rociferantur, et reportant nequicquam sublatum ad ostium genitricis; nam pater mortuus erat. Illa accipit in gremium, et amplexa artus

remur. Unus etiam *in anno.*—733 *Et appositis laudatos sæpe cor.* Leid. *laudatos* etiam Gron. *laudatis* Med.—734 *Humentesque* novem libri: *vitiensque* Sixii, unde Heinsius faciebat *liventesque.* Mox plurimi *brach. tollens;* et unus Med. *torquens.*—735 Berolin. *laq. religavit v. summis. Summi* Heins. protulit ex Fl. S. Marci, et N. vulg. *summis.*—737 Leid. *nunc* pro *tum.*—739 Sic Heins. correxit; nam vulg. legebatur *I. p. m. trepidantum et multa timentum;* et sic decem Codd. *Timentem* veteres plerique: *trepidantum et morte paventum* pr. Mor. et pr. Bonon. *trepidantum et morte timentum* alter Erfurt. et alii quatuor: *trepidantem et morte timentem* Langerm. *trepidantem et multa moventem* Med. chart. *paventem* unus Bas. *trementem* unus Leid. *tenentem* unus Heins. *cuncta timentem* Thys. alius *trepidantis et multa gementis:* alius *trepidi moreque timentis.* Burm. putat rectius posse legi *Utque o. i. e. f. pependit, I. p. motu, t. morte, gementem, &c.* nam in uno Bas. est *Utque.*—742 Duo libri *ad lumina matr.*—

NOTÆ

conditiori sui sensu orta esse hæc vota maxime crediderim; utpote ab hominibus, qui sibi bene vel male futurum esse post vitam ex factis bene aut male conscii fuerint.

736 *Hæc*] Corpora amantium ad fores, corollarum loco, suspensa.

739 *Trepidantum*] Ut mos est eorum, qui suspendio vitam finiunt.

741 *Levatum*] Ne onus corporis fauces elideret, atque infelix, si potis esset, servaretur. Ceterum ex hoc Iphidis furore cognoscere possunt omnes, quam misere desipiant, qui sui per amorem arbitrium amittunt. Quanquam enim amatores omnes ad ultimas desperationis incitas non coguntur; faciunt tamen omnes, qui sese amori sine cautione credunt, ut incauti et per summam impotentiam in maximas calamitates incidant.

Membra sui, postquam miserorum verba parentum
Edidit, et matrum miserarum facta peregit; 745
Funera ducebat mediam lacrymosa per urbem;
Luridaque arsuro portabat membra feretro.
Forte viæ vicina domus, qua flebilis ibat
Pompa, fuit: duræque sonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes: quam jam Deus ultor agebat. 750
Mota tamen, Videamus, ait, miserabile funus:
Et patulis iniit tectum sublime fenestris.
Vix bene compositum lecto prospexerat Iphin;
Deriguere oculi, calidusque e corpore sanguis
Inducto pallore fugit: conataque retro 755
Ferre pedes, hæsit: conata avertere vultus,
Hoc quoque non potuit: paulatimque occupat artus,
Quod fuit in duro jampridem pectore, saxum.

gelidos sui filii, postquam protulit voces matrum infelicium, et absolvit facta parentum infelicium, præibat exequiis flebilibus per mediam urbem, atque ferebat artus cœruleos lecto flagraturo. Forte domus fuit proxima vico qua pompa procedebat; atque sonitus planctus permearit ad aures Anaxaretes, quam jam Deus vindex agitabat. Tacta tamen, Aspiciamus, inquit, lamentabiles exequias: atque ascendit in excelsam contignationem fenestris apertis. Vixque bene prospexerat Iphin impositum capulo, oculi indurati sunt; et sanguis calidus excessit ex corpore, pallore invecto: atque conata retro ferre pedes correpta est: conata dimovere oculos, neque id potuit: atque paulatim silex qui fuit jamdiu in rigido corde invadit membra.

744 *Miserorum* est ex Pal. vulg. *miserarum;* et sic Berolin. cum *v. peremtum.* —745 Pro *facta* V. *rota:* tres *fata.*—746 Bernegg. Thuan. Barb. pr. Gron. et alii nonnulli *Fun. ducuntur.*—747 Iidem Codd. *portantur* pro *portabat.*— 748 Pr. Ed. Aldin. et unus Med. *quam* pro *qua.*—749 Tres libri *diræque;* et quatuor *durasque:* mox decem *clangoris;* et tres *clamoris.*—750 Pr. Gron. et tres alii *ult. habebat.*—753 Ex Cant. Heins. profert *Vix b. compositum:* vulg. legitur *Vixque b. impositum:* Fragm. Boxhorn. *Vix b. impositum.* Mox Heidelb. *conspexerat:* et *Iphin* pro vulg. *Iphim* Heins. dedit ex melioribus.—754 Vulgo *Diriguere;* et Cod. Laugerm. *Corriguere.* Tum Berolin. *calidosque;* et Voss. *calidoque.* Quidam etiam *pectore* pro *corpore.*—755 Quatuor libri *Induto pall.* et deinde Jun. cum sex aliis *conataque vertere:* tres etiam *conata revertere;* pr. Gron. et Berolin. *advertere.*—758 Cant. O. Arund. pr. Mor. et plurimi alii *in*

NOTÆ

747 *Lurida*] Livido colore, qualia solent esse corpora, quæ ex præcluso spiritu violenta morte pereunt.

750 *Ultor*] Nemesim supra memoravit. Ceterum ad scopum suum Vertumnus fabulam accommodat. Namque Anaxaretes fabula magis quales deceat esse puellas amore improbo invictas, cognoscitur, quam quid castæ mali mereantur. Non diriguit Anaxarete per supplicium, ut fingit Vertumnus; sed per virtutem in officio obfirmata est.

758 *Jampridem*] Hoc dicit, quia

Neve ea ficta putes, dominæ sub imagine signum
Servat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
Prospicientis habet. Quorum memor, o mea, lentos 761
Pone, precor, fastus, et amanti jungere, Nymphe.
Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
Poma; nec excutiant rapidi florentia venti.
Hæc ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes 765
Edidit; in juvenem rediit, et anilia demit
Instrumenta sibi: talisque apparuit illi,
Qualis ubi oppositas nitidissima Solis imago
Evicit nubes, nullaque obstante reluxit.
Vimque parat: sed vi non est opus: inque figura 770
Capta Dei Nymphe est, et mutua vulnera sentit.

Neve credas ea inventa, Sulamis servat adhuc statuam sub figura Dominæ: habet etiam templum nomine Veneris prospicientis. Quorum recordans, o mea, oro, omitte diutinam superbiam, et, o Nympha, copulator amanti. Sic neque frigus vernum tibi adurat poma nascentia; neque sævi venti dejiciant florentia. Postquam Deus idoneus ad omnes figuras frustra hæc protulit, rediit in juvenem, atque sibi tollit cultum anilem, et talis visus est illi, qualis ubi Sol splendidissimus superavit nubes objectas, atque resplendnit nulla prohibente: vimque parat: ast nihil est opus violentiæ; et nympha correpta est forma Dei, et sentit vulnera reciproca.

pectore; vulg. legitur *corpore*, omissa præpositione.—760 Med. et A. *numine* pro *nomine*.—761 Zulich. et alter Thuan. *Ulciscentis hab.* Pro *o mea* multi vett. *optima:* et quinque libri *duros*.—762 Unus Arg. *jung. dextræ;* Med. *Divo*, et Berolin. *Nympha*.—763 S. Marci *nil* pro *nec*.—766 In Ciofan. et aliis *anil. demsit;* unus Mor. *ponit*.—768. 769 *Ub. appositas* quatnordecim scripti: *oppositam...nubem* Bas. *Evincit* Jun. et quinque alii: *Eduxit* unus.—770 Mariang. Accurs. in quibusdam vett. esse ait *sed opus non est vi; namque fig.* et sic etiam in Heidelb. Deinde *refulsit* Mor. et duo alii; *reduxit* unus. et Berolin. quod et placebat Ciofan. sed Heins. *inque* non movendum putat.—771 In Berolin. *Nym-*

NOTÆ

amori non cesserat Anaxarete.

760 *Salamis*] Quam Cypri urbem Teucrum Telamonis condidisse supra diximus.

761 *Prospicientis*] Ab Anaxarete de fenestra funera Iphidis prospiciente.

Lentos] Diuturnam superbiam.

763 *Sic*] Optantis est; quomodo sæpe alibi.

766 *Juvenem*] Omnium optima est ratio amantis amabilem esse; idque non tam ex re, quam ex voto puellæ.

Anilia] Baculum puta, canos, &c.

771 *Nymphe*] Pomona, scilicet. Quid autem sibi volnerint Ethnici hac fabula, quæ tamen a solo Nasone inculcatur, a diversis diverse exponitur. Optime sensisse videntur, qui per Vertumni mutationes, varias anni tempestates intelligunt; per Pomonam, fructus ipsos: ut iis neque annus neque agricola frui possit, antequam per plurimas vices in omnes formas sese finxerit. Qui ad mores hæc omnia referunt verissime etiam

Fab. XVIII. Romulus in Quirinum.

Post Amulii ac Numitoris Albanorum regum interitum, Romulus urbis a se conditæ cepit imperium. Qui cum adversus Titum Tatium pro raptu virginum dimicaret, hostis appropinquavit patriæ. Quod ut Venus præsensit; portis obseratis una patefacta est, Tarpeia virgine prodente patriam; pro filii incolumitate a Nymphis, quæ proximæ Jano erant, geminum petiit auxilium. Data ergo venia, secundum portam, quam Sabini irrupturi erant, recluso fonte, scaturientes aquæ, quæ antea latuerant, erumpebant. Quæ cum frigidæ hostium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas versæ, hostem averterunt; victoriaque potitus Romulus, rebus urbis compositis, jura reddens populo, sicut petierat mater, raptus in cœlum est; ita ut Quirinus novo nomine vocaretur.

Proximus Ausonias injusti miles Amulî
Rexit opes: Numitorque senex amissa nepotum
Munere regna capit: festisque Palilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatiusque patresque Sabini 775
Bella gerunt: arcisque via Tarpeia reclusa

xviii. *Miles iniqui Amulii proximus occuparit res Italas: et Numitor senex regno potitur amisso, beneficio nepotum: et muri urbis ponuntur festis Palilibus: et Tatius et patres Sabini bella movent; et via arcis aperta, Tarpeia efflavit animam*

pha pro *Nymphe*.—772 Bas. *Aus. invicti mil.*—773 Plurimi *amiss. nepotis*.—774 Plurimi vett. etiam *Parilibus*: Cant. autem *paratibus*.—775 Alii *Tatius* omiss. *que*.

NOTÆ

ex Vertumni mutationibus mutabile amantis, utut certissimi, notaverunt ingenium; quod nunc spe, nunc metu, innumeris insuper cogitationibus sibi ipsi abripitur. Optime quadrat etiam, quod vetus amor atque sibi constans votis suis denique potiatur: namque id sæpissime accidit. Sed minus illa prior expositio videtur accersita.

772 *Proximus*] Qui a Proca regnum Albanorum obtinuit. Amulius enim, pulso fratre Numitore, ejusdemque filio Lauso peremto, illud invasit. Is tamen a Remo et Romulo, Rheæ ex Marte filiis, quam Numitor genuerat, denique fuit interfectus: atque iidem avum suum solio reddiderunt.

Ausonias] Italas.

Injusti] Quippe qui fratrem exturbaverit.

773 *Nepotum*] Quos modo diximus Remi et Romuli.

774 *Palilibus*] Quæ Pali pastorum Deæ erant dicata: quo die urbis Romæ fundamenta a Remo atque Romulo jacta sunt.

775 *Tatius*] Sabinorum dux acerrimus, qui propter Sabinarum raptum gravissimum bellum Romanis intulit; atque pace facta in regni partem acceptus est.

776 *Tarpeia*] Sp. Tarpeii, arcis

Digna animam pœna congestis exuit armis.
Inde sati Curibus, tacitorum more luporum,
Ore premunt voces, et corpora victa sopore
Invadunt, portasque petunt: quas objice firma 780
Clauserat Iliades. Unam tamen ipsa recludit,
Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit:
Et clausura fuit; nisi quod rescindere nunquam
Dis licet acta Deum. Jano loca juncta tenebant 785
Naides Ausoniæ, gelido rorantia fonte:
Has rogat auxilium. Nec Nymphæ justa petentem

digno supplicio armis injectis. Inde orti Curibus more luporum silentium ore retinent vocem, atque aggrediuntur corpora somno superata, et eunt ad portas, quas Iliades obseraverat forti repagulo. Attamen ipsa Juno aperit unam, neque sonum reddidit cardine moto. Sola Venus advertit retinacula valvarum lapsa esse; atque fuit obturatura, nisi quod nunquam fas est Diis evertere facta Deorum. Naiades Italicæ obtinebant loca finitima Juno irrigua fonte gelido: petit ab his suppetias.

—777 *Digna* dedit Heins. ex multis vett. vulg. *Dignam;* et sic etiam tert. Med. et octo alii. Dein pro *exuit* permulti, *edidit armis:* at Heins. cum in vetustioribus sit *eruit*, suspicatur *obruit:* suadet etiam, *Dignæ animam pœnæ congestis dedidit armis.*—778 Quidam, *rapidorum* aut *rabidorum;* et unus *sævorum:* alius *rapidarum ferarum.*—779 Tres libri *Ore fremunt.* Tum Mor. et unus Heins. *fauces* pro *voces.* Unus Leid. et Ro. *corp. vincta sop.* unus Med. *pressa.* Dein S. Marci, et tert. Bonon. *vict. soporis.*—780 Hunc vs. cum præced. Priscian. Lib. II. p. 582. sic legit; *ut corpora victa sopore Incedunt;* [vel *Invadant;*] *portasq. premant, quas obice fultas. Firma* ex Thuan. Arnnd. et aliis decem; vulg. *firmo:* Berolin. *primo.*—781 *Recludit* Heins. dedit ex pr. Pal. et V. N. Urbin. pr. R. et Erfurt. Boxhorn. et aliis pro vulg. *reclusit.*—783 Med. *V. porta. cec.* Mox Berolin. *repag. sentit.*—786 Alii scribunt *Naiades;* et unus Med. *Naiades Hesperiæ, gel.*—787 Unus Med. *petit* pro *rogat;* et Berolin.

NOTÆ

Romanæ præfecti, fuit filia, quæ hostibus arcem prodidit, ornamentis capta quæ illi in sinistris gestabant: cum vero ambiguis verbis ea promisissent, ut et fidem datam servarent, atque infidam ulciscerentur, scuta pro armillis in illam conjecerunt. Qua de re videndi Historici, qui de puellæ consilio diversa tradiderunt.

778 *Sati Curibus*] Sabini, quorum Cures urbs fuit princeps: a qua Romani post initam societatem Quirites dicti.

779 *Corpora*] Romanorum, scilicet.

781 *Iliades*] Romulus, Iliæ filius.

782 *Saturnia*] Juno est.

785 *Jano*] Id est, Templo quod in hujus Dei honorem positum fuerat; pace claudebatur, bello, forte ex re, quam nunc habemus præ manibus, patebat.

787 *Rogat*] Venus, scilicet: quanquam a Jove Romuli precibus repressam fœdam suorum fugam scripserunt alii. Fabulam vero hanc ex eo videtur inculcasse Poëta, quod eodem loco,

Sustinuere Deam: venasque et flumina fontis
Elicuere sui. Nondum tamen invia Jani
Ora patentis erant, neque iter præcluserat unda. 790
Lurida supponunt fœcundo sulfura fonti,
Incendunteque cavas fumante bitumine venas.
Viribus his aliisque vapor penetravit ad ima
Fontis: et Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis, aquæ, non ceditis ignibus ipsis. 795
Flammifera gemini fumant aspergine postes:
Portaque, nequicquam rigidis permissa Sabinis,
Fonte fuit præstructa novo; dum Martius arma
Indueret miles. Quæ postquam Romulus ultro
Obtulit; et strata est tellus Romana Sabinis 800

Neque nymphæ restiterunt Deæ poscenti æqua: atque eduxerunt venas et rivos suæ scaturiginis. Nondum tamen aditus Jani aperti erant præclusi, neque aqua impediverat viam. Submittunt pallida sulfura scatenti fonti, atque accendunt venas sinuosas bitumine fumante, et calor penetravit ad intima scaturiginis his viribus atque aliis; et, aquæ, quæ modo poteratis contendere cum frigiditate Alpina, non ceditis ipsis flammis. Uterque postis fumat rore ignifero; et valvæ frustra apertæ sævis Sabinis fuerunt obturatæ novo fonte, donec miles Martius caperet arma. Quæ postquam Romulus sponte induxit, et tellus Romana fuit cooperta corporibus Sabi-

vocat. Mox quinque scripti *just. precantem.*—788 Langerm. *Submovere D.* Med. *Despexere.* Pr. Mor. *et semina font.*—790 Sex libri *Ora parentis er.*—791 Pr. Gron. *supp. suffiso sulf.*—792 Unus Mor. *bitum. rimas.*—794 Unus Heins. *cert. liquori.*—795 Conj. olim Heins. *Gaudebatis aq.*—796 O. et plurimi alii *Flammigera gem.* Pat. *Fumifera.*—797 Ante Heins. edebatur *promissa Sab. permissa* est ex sec. Mor. et aliis tredecim; tert. Med. *commissa.*—798 Tres libri *fu. prærupta nov.* unus *præfracta;* alius *præsumta;* Berolin. *pratrusa.*—799 S. Marci, et pr. Erfurt. et alii nonnulli *Indueral mil.* Heins.

NOTÆ

quo hæc pugna commissa fuit, Veneris Cluacinæ, a cluendo, hoc est, pugnando, sic dictæ, simulacrum dicatum sit. Aquas insuper suas a proximo lacu Curtio hausisse Poëtam, ut omnia fingendi fuit audacia, a vero non est alienum.

791 *Lurida*] Quæ vapore luridum colorem atque pallidum efficiunt.

792 *Incendunt*] Jano ista tribuit ipse Naso Fast. I. ut ineptissime sibi consulere credas, qui hujusmodi nugis diutius immorantur. Si quæ bonæ frugis, ea statim hinc tollenda; cetera non minori cura contemnenda.

794 *Alpino*] Frigidissimæ vero ex Alpibus undiquaque scatent aquæ.

796 *Gemini*] Postes pro templi portis geminis positi bifrontis Jani.

797 *Rigidis*] Illis vero tristem atque tetricam disciplinam tribuit Livius: fueruntque morum gravitate atque sanctitate laudatissimi. Cicero illos fortissimos, florem Italiæ, atque adeo Reipublicæ robur appellat.

798 *Martius*] Romanus; cui a Romulo Marte sato illud nomen.

Corporibus, strata estque suis; generique cruorem
Sanguine cum soceri permiscuit impius ensis:
Pace tamen sisti bellum, nec in ultima ferro
Decertare, placet; Tatiumque accedere regno.
Occiderat Tatius, populisque æquata duobus, 805
Romule, jura dabas: posita cum casside Mavors
Talibus affatur Divumque hominumque parentem:
Tempus adest, genitor, (quoniam fundamine magno
Res Romana valet, nec præside pendet ab uno)
Præmia, quæ promissa mihi dignoque nepoti, 810
Solvere, et ablatum terris imponere cœlo.
Tu mihi concilio quondam præsente Deorum

nis, et cooperta suis; atque gladius scelestus confudit sanguinem generi cum cruore soceri, decernunt tamen bellum pace componere, neque ad extremum concurrere ferro; et Tatium recipi in regnum. Tatius obierat, et, Romule, ponebas leges communes duobus populis: cum Mars, omissa galea, talibus alloquitur patrem Deorum atque hominum: Tempus adest, pater, siquidem Respublica Romana floret amplo fundamento, neque pendet ab uno rege, pendere mercedem quæ mihi promissa et merito nepoti, atque recipere in cœlum sublatum ex terris. Tu dixisti mihi olim in

conj. *Induitur.*—801 A. Bas. et tres alii *Corporibusque suis strata est.* Plerique vett. *strataque;* nisi quod in nonnullis *strata atque.*—802 Thuan. et Sprotii *soc. promiscuit imp.*—803 Unus Med. *ad* pro *in.*—804 Unus Ciofan. *T. excedere regn.*—305 Bas. et duo Pal. *Deciderat T.*—806 Fr. et Sprotii cum *cuspide M.*—807 Pr. Gron. et Thysii *T. alloquitur D.* Deinde sec. R. *potentem* pro *parentem.*—808 *Quoniam* ex scriptis Heins. dedit pro vulg. *quondam.* Duo libri *fund. longo.*—809 Bas. *Rom. viget, nec:* Fr. et unus Heins. *manet.* Deinde *nec* ex quart. Med. vulg. *et.*—810 *Quæ* recepit Heins. ex duobus V. uno Mor. et altero Hamburg. vulg. *jam:* nonnulli Codd. *sunt;* alii *nunc:* idem etiam conj. *que.*—812 Alii scribunt *consilio.*—813 Cant. et unus Bas.

NOTÆ

803 *Pace*] Quæ Sabinarum interventu his denique conditionibus constituta est, ut relictis suis sedibus novam in urbem hostes demigrarent; Tatius una cum Romulo æqua potestate paribusque honoribus regnaret.

805 *Tatius*] A proximis legatorum Laurentium, qui ad res repetendas missi, pulsati fuerant, Lavinii fuit interfectus, cum illuc ad solenne sacrificium profectus esset.

Æquata] Inter Romanos et Sabinos. Cum concionem haberet ante urbem, discerptum aliqui a Senatu putant ob asperius ingenium.

806 *Mavors*] Mars, qui Romuli dictus pater.

807 *Parentem*] Jovem, scilicet.

809 *Nec præside*] 'Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires: Sanguinis officio non eget illa mei.' Fast. II.

810 *Nepoti*] Romuli: siquidem Martis filius, qui Jovem patrem habuit.

(Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
Unus erit, quem tu tolles in cœrula cœli,
Dixisti. Rata sit verborum summa tuorum. 815
Annuit omnipotens, et nubibus aëra cæcis
Occuluit, tonitruque et fulgure terruit Urbem.
Quæ sibi promissæ sensit data signa rapinæ,
Innixusque hastæ, pressos temone cruento
Impavidus conscendit equos Gradivus, et ictu 820
Verberis increpuit: pronumque per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palatî:

frequentia Deorum, nam recordor, et observavi pia dicta grata mente, Unus erit, quem tu evehes in cœlum cœruleum. Summa tuorum dictorum sit firma. Omnipotens assensus est: atque obduxit cœlum opacis nebulis, et tremefecit Urbem tonitru et fulgure. Quæ Gradivus cognovit esse *indicia sibi exhibita raptus concessi; atque innixus hastæ confidens conscendit equos onustos temone cruento, et hortatus est ictu scuticæ; et vectus per declivem aërem, substitit in extremo cacumine fron-*

Nam memoror mem. Heins. conj. *refero.* Dein in quibusdam *anim. tua verb.* Med. unus *tua dicta.*—814 Vulg. *tolles ad sidera cœl.* plurimi Codd. *tollas in cœrula;* et N. Urbin. Bernegg. Cant. pr. V. et Pal. et Med. cum multis aliis: at Heidelb. *pones in sidera;* et Berolin. *tolles super æthera:* denique Voss. *in culmina.*—817 Plures alii *terr. orbem.*—818 O. et sec. Strozzæ *Quo sib.* Berolin. *Qui.* Deinde duo Leid. et Bas. *sentit* pro *sensit:* et *rata sign.* exhibet S. Marci, Berolin. quart. Med. et sex alii.—819 Gronovius malebat *prensos tem.* Deinde unus Heins. *tem. calenti.*—820 V. et Med. *Impavidos:* Mor. et Gron. *ascendit eq.*—821 Pal. et septem alii *pronusque;* Jun. *purumque;* Gron. *pariterque.* Deinde Berolin. *per æthera.*—822 Quin-

NOTÆ

814 *Tu*] O Mars, scilicet. Optime vero per virtutem Jovis promissa rata esse scripsit Poëta. Quæ utinam garruli plurimi Christiani, deposita adversus Deum calumnia, æqua lance perpendere satagerent.

816 *Nubibus*] Oborta tempestas solisque defectio consecrationis speciem præbuerunt: cui mox Julius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset. Florus.

817 *Terruit*] Istud ex historiæ fide: nam Romulus, ut narrat Livius, cum ad exercitum recensendum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, subito coorta tempestas, cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum ejus concioni abstulerit.

818 *Rapinæ*] Romuli ex terris in cœlum auferendi.

819 *Cruento*] Ut bellipotentis Dei esse decet.

820 *Gradivus*] Mars, qui ita a *Gradiendo*, vel a *Vibrando*, quod κραδαίνειν est Græcis, dicitur.

821 *Increpuit*] 'Insonuitque flagello' dixit Virgil.

822 *Palatî*] Jam supra hunc unum esse ex collibus Romanis diximus, Imperatorum sede olim clarissimum.

Reddentemque suo jam regia jura Quiriti
Abstulit Iliaden. Corpus mortale per auras
Dilapsum tenues: ceu lata plumbea funda 825
Missa solet medio glans intabescere cœlo.
Pulchra subit facies, et pulvinaribus altis
Dignior, et qualis trabeati forma Quirini.
Flebat ut amissum conjux; cum regia Juno
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo 830
Imperat: et vacuæ sua sic mandata referre.

Fab. XIX. Hersilia in Oram.

Hersilia, conjux Romuli, cum fleret amissum conjugem, post datam ei a Junone immortalitatem, Ora Quirini nuncupata est: quorum templa a populo Romano in Colle Quirinali constituta sunt.

O et de Latia, o et de gente Sabina

dosi Palatini: et sustulit Iliaden dicentem jura regia Quiriti jam suo. Corpus morti obnoxium disjectum per subtilem aërem, ut pila plumbea impulsa lata funda consuevit liquescere in medio cœlo. Splendidus vultus exoritur, atque dignior excelsis pulvinaribus, et qualis species Quirini trabeati. Uxor illum lugebat tanquam perditum; cum Juno regia jubet Irin descendere per sinuatum callem ad Hersiliam, atque sic narrare sua jussa otiosæ.

xix. *O matrona, honor primariæ gentis Latinæ atque Sabinæ, antea dignissima*

que libri *summ. nemorali coll.*—823 *Jam* ex optimis Codd. placet Heins. et Burm. vulg. *non*; in quibusdam *ne*: alii etiam *tunc* vel *nunc*: in Pal. *suo regalia jur.* Duo etiam libri *Quirino.*—824 O. *mort. sub aur.*—825 Plurimi *ut* vel *sic* pro *ceu*, quod Heins. recepit ex N.—826 Arg. *gl. incandescere cal.*—828 Sic Heins. vs. constituit ex V. et uno suo: vulg. *Dign. est qualis.*—830 *Hersiliem* etiam legitur; et *Hersilien*, et *Hersilies.* Cælest. cum multis aliis *desc. tramite curv.*—831 Jun. Sprotii, et unus Bas. *et viduæ su.* Fr. et alii complures *vacuæ suasit mand.*—832 *Latia* Heins. reponit, pro vulg. *Latio*, ex

NOTÆ

826 *Intabescere*] Liquescere atque evanescere. Quod tamen falsum est.

827 *Pulvinaribus*] Lectos dicit, qui Diis in templis sternebantur.

828 *Trabeati*] Trabea induti; quæ toga fuit multis, instar trabium transversarum, purpureis auroque intextis fasciis decorata. Ex eo autem quod Romulus ad Superos translatus, cum 'jura redderet,' discere possunt non principes modo, sed omnes, qui gloriæ student, eam non aliter quam æquitate et justitia posse comparari.

830 *Hersiliam*] Hæc Romuli conjux in Diis recensita Ora vel Hora dicta est, quæ apud Romanos qualis Hebe apud Græcos fuit. Hortam insuper appellatam fuisse scripsit Plutarchus, utpote quæ juvenes ad virtutem et res bene gerendas hortaretur. Neque

Præcipuum, matrona, decus; dignissima tanti
Ante fuisse viri, conjux nunc esse Quirini;
Siste tuos fletus: et, si tibi cura videndi 835
Conjugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, et templum Romani regis obumbrat.
Paret: et in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam jussis compellat vocibus Iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu, 840
O Dea, (namque mihi, nec quæ sis dicere promtum est;
Et liquet esse Deam) duc, o duc, inquit: et offer
Conjugis ora mihi: quæ si modo posse videre
Fata semel dederint; cœlum accepisse fatebor.
Nec mora; Romuleos cum virgine Thaumantea 845
Ingreditur colles. Ibi sidus ab æthere lapsum
Decidit in terras: a cujus lumine flagrans

fuisse uxor tanti viri, nunc esse Quirini, compesce tuas lacrymas; et, si cupis cernere maritum, veni me ducente in lucum, qui virescit in monte Quirino, atque velat templum regis Romani. Iris obsequitur; atque delapsa in terram per arcus coloratos affatur Hersiliam verbis jussis. Illa vix erigens oculos facie pudibunda, o Dea, inquit, namque neque possum dicere quænam sis, et constat esse Deam, duc, o duc, et mihi exhibe vultus mei *mariti: quæ, si fata concesserint aspicere tantum semel, agnoscam vidisse cœlum. Et sine cunctatione proficiscitur in montem Romuleum cum virgine Thaumantea. Ibi stella ex cœlo demissa cecidit in terram, a cujus*

Thuan. pr. Basil. et Mor. et aliis.—836 Sec. A. habet *eu* pro *est*. Thuan. *est, lucum pete relox, coll.* pr. Mor. *sanctum lucum pete:* pr. A. *lucum magni pete.* Alii etiam *coll. Quirini.*—838 Fr. sec. Pal. unus Med. et duo Heins. *terr. varios del.* pr. Gron. et Jun. *puros.* — 840 Unus Bas. *verec. sustolleus lum.*—842 Tres libri *Sed;* unus *Te liq.*—843 *Quæ* Heins. dedit ex pr. V. sec. Pal. tert. Med. pr. Hamburg. et decem aliis; vulg. *quem.* Unus etiam Mor. *poss. videri.*—844 Alii *cal. aspexisse,* vel *aspectasse:* unus etiam Heins. *ascendisse.*—846 Plerique *ubi* pro *ibi.*—848 O. *Hersilies:* et unus liber *cum*

NOTÆ

abs re suo Quirino Romani addixerunt; ut et illi, atque omnes, non otio ant desidia, sed virtute et fortitudine parari atque conservari bona omnia intelligerent.

Curvo] Qualis est arcus cœlestis.

834 *Quirini*] Qui Romulus est, nomine mutato postquam in Deorum numerum relatus.

830 *Quirino*] Ubi ipse Quirinus seu Romulus templum habuit; qui et ipsi colli Quirinali nomen dedit.

840 *Verecundo*] Ut decuit fœminam, quæ Deam alloqueretur. Atque ex eo Juventus, quales esse oporteat, possunt cognoscere.

845 *Romuleos*] Quos dixit 'Quirinos' supra.

Thaumantea] Iris est, Thaumantis filia, Junonis addicta ministeriis.

Hersiliæ crinis cum sidere cessit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit, et priscum pariter cum corpore nomen 850
Mutat; Oramque vocat; quæ nunc Dea juncta Quirino est.

igne coma Hersiliæ incensa abiit in cœlum cum stella. Ædificator urbis Romæ hanc excipit manibus notis, atque simul mutat antiquum nomen cum corpore, et appellat Oram, quæ Dea uxor est nunc Quirini.

lumine cess.—851 In quibusdam Codd. *Horamque* scribitur.

NOTÆ

851 *Mutat*] Aliam mortalium linguam a lingua Deorum volucrunt Poëtæ. Neque sine causa.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER XV.

Fab. I. Calculi nigri in candidum colorem.

Myscellus, Alemonis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules visus est, qui eum moneret, ut patriam relinqueret, et secundum Æsarem amnem consideret. Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret descrere patriam et in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque penates suos destituit, ideoque in judicium publicum est devocatus. Et cum omnem populum adversus se haberet, judicaturis calculi albi ac nigri dati sunt; ut atri damnarent, candidi absolverent. Mycilus itaque, pertimescens periculum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus jussis obtemperasset, ferret auxilium: cujus preces non incassum abierunt. Nam cum calculi more patriæ in urna effusi deducti essent, omnes apparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille, metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum in Italiam venisset, et Æsarem amnem attigisset, sicut præceptum erat, urbem constituit, eamque a proximo tumulo, cui Tares Neptuni filius subjectus erat, Tarentum nominavit.

Quæritur interea, qui tantæ pondera molis
Sustineat, tantoque queat succedere regi.

1. *Quæritur interea, quis ferat onera tantæ magnitudinis, et possit succedere*

---

1 *Qui* Heins. dedit ex O. pro vulg. *quis.*—2 Unus Arg. *succ. regno.*—

Destinat imperio clarum prænuntia veri
Fama Numam. Non ille satis cognosse Sabinæ
Gentis habet ritus: animo majora capaci 5
Concipit, et quæ sit rerum natura requirit.
Hujus amor curæ, patria Curibusque relictis,
Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.
Graia quis Italicis auctor posuisset in oris
Mœnia quærenti, sic e senioribus unus 10

tanto regi. Fama prænuntia veri addicit Numam imperio. Ille non est contentus scire cærimonias gentis Sabinæ: apprehendit majora vasta mente, atque exquirit quæ sit natura rerum. Amor hujus studii fecit, ut, Patria et Curibus desertis, proficisceretur ad urbem hospitis Herculei. Atque unus ex senioribus inde ortis non ignarus præteritæ ætatis sic edocuit sciscitantem quisnam conditor statuisset ur-

3 Sixii Cod. *imp. Latio præn.*—4 Berolin. *cogn. Sabinos.*—5 Bas. *Usus gentis habet: an.*—8 Med. *H. penetrasset.* Dein Ms. Bersm. *in hosp.*—9 Ex quibus-

NOTÆ

4 *Numam*] Fuit Numa Pompilius ultro a Romanis petitus ob inclytam viri religionem, qui eo denique ferocem populum redegit, ut quod vi et injuria occupaverat imperium religione atque justitia gubernaret.

5 *Ritus*] Sacra, cærimonias, omnemque Deorum cultum docuit.

Majora] Adeoque, si Nasoni credimus, majus est naturam cognoscere quam Deorum immortalium cultum atque cærimonias. Immo, si ipsi filio Dei crederent oscitantes plurimi, non e plebe tantum, sed ex sacrario suo tenebriones verius quam Theologi petiti, cærimonias omnes atque externum cultum scirent reconditæ esse tantum veritatis involucra, aut literam mortuam, in quibus hærere turpissimum, doctoribus præsertim, quales illi videri volunt.

7 *Amor*] Novi ego, atque compellavi, quorum hæc est cura, hic amor, hæc naturæ atque ejus Auctoris cognitio. Quid hic aut ille noster Magister sentit, qui ad offam vel stipendium præpollens habet suffragium? ut ei astipulemur, illum veneremur, deosculemur, atque ex ejus nutu pendeamus denique; in eorum omnium perniciem coëamus, qui sacrosanctæ offæ inhiantibus refragari ausi fuerint. Quibus quidem cucurbitis Dii Deæque omnes, quo digni sunt, duint, (precatur aliquis) nisi denique se homines esse reminiscantur.

Patria] Namque ibi quid possit quisquam ediscere, nisi opprobria pati atque contumelias, qui aliqua virtute multis invidis præcelluerit?

8 *Hospitis*] Crotonem dicit, qui, ut modo ex Poëta ipso cognoscetur, non Herculem tantum ex Hispania redeuntem hospitio excepit, sed insuper Crotoni urbi nomen dedit, in qua Pythagoras Philosophus maximus docuit. Illius audiendi causa Numam Crotonem concessisse finxit Poëta, ut fabulas suas consueret: quem multo juniorem non potuisse videre illum satis constat.

Retulit indigenis, veteris non inscius ævi:
Dives ab Oceano bubus Jove natus Iberis
Littora felici tenuisse Lacinia cursu
Fertur: et, armento teneras errante per herbas,
Ipse domum magni, nec inhospita tecta, Crotonis 15
Intrasse; et requie longum relevasse laborem;
Atque ita discedens, Ævo, dixisse, nepotum
Hic locus urbis erit; promissaque vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Myscelos, illius Dis acceptissimus ævi. 20
Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
Claviger alloquitur: Patrias, age, desere sedes:
I, pete diversi lapidosas Æsaris undas.
Et, nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Post ea discedunt pariter somnusque Deusque. 25

bem Græcam in littoribus Italis. Filius Jovis opulentus Tauris Hispanis, dicitur pervenisse ad littora Lacinia felici cursu ab Oceano; atque, armento vagante per tenera gramina, ipse subiisse domum hospitalem magni Crotonis; et respirasse a longo labore per quietem; et abiens sic dixisse, Hic erit locus urbis ætate nepotum: atque ejus promissa fuerunt certa. Nam fuit quidam Myscelus filius Alemonis Argivi gratissimus Diis illius temporis. Hercules superstratus ita hunc affatur oppressum alto somno; Agedum, relinque domum patriam, proficiscere, concede ad undas saxeas Æsaris remoti: atque nisi obsecutus sit minitatur plurima atque reformidanda. Post ea sopor atque Deus simul abeunt. Alemonides surgit, atque

dam Codd. qui exhibent *Italis* pro *Italicis* Heins. conj. *Italiis*.—11 Leid. *non nescius*; quinque libri *immemor*.—12 *Bubus* meliores, teste Heins. vulg. *bobus*.—14 Berolin. *per umbras*.—16 Leid. *relev. calorem*.—18 Arund. *ver. fuere:* Heins. putat *fuisse*.—20 Ex uno Bas. qui habet *Miscilus*, Heins. suadet *Myscelos:* nonnulli *Missilus;* I. *Mirsilus;* Barb. et Bernegg. *Micilos;* Berolin. *Midus:* alii aliter. Scaliger emendabat *Myscelus*. —21 Unus Med. et sec. A. *mersum* pro *pressum*.—22. 23 Ita ordinem verborum ex Pal. restituendum monuit Gruter. approbante Heins. olim legebatur: *Claviger all. Lapidosus Æs. und. I, pet. div. patrias, age, des. sed.*

NOTÆ

12 *Iberis*] Hispanis: quos inde, Geryone interfecto, abegerat Jove natus Hercules.

13 *Lacinia*] Quæ a Lacinio promontorio Italiæ, *Il capo delle Colone*, non longe a Crotone, inter Tarentinum et Scyllacium sinum, nomen habuerunt: sicut et ipsum promontorium a Lacinio latrone ibi ab Hercule mactato sumsit.

22 *Claviger*] Herculem dicit, qui sine clava et leonis pelle vix uspiam invenitur.

23 *Æsaris*] Qui fluvius est parvus admodum magnæ Græciæ in Calabria ulteriore, Crotone in Ionium mare defluens: hodie *l'Esaro:* adeoque multum ab Argolide et Rhypis, Mysceli patria, dissitus.

Surgit Alemonides, tacitaque recentia mente
Visa refert: pugnatque diu sententia secum.
Numen abire jubet: prohibent discedere leges:
Pœnaque mors posita est patriam mutare volenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol, 30
Et caput extulerat densissima sidereum nox:
Visus adesse idem Deus est, eademque monere;
Et, nisi paruerit, plura et graviora minari.
Pertimuit; patriumque simul transferre parabat
In sedes penetrale novas: fit murmur in urbe, 35
Spretarumque agitur legum reus. Utque peracta est
Causa prior, crimenque patet sine teste probatum,
Squalidus ad Superos tollens reus ora manusque,
O cui jus cœli bis sex fecere labores,
Fer, precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis auctor. 40

apud se revolvit nova somnia, et consilium diu incertum est. Deus hortatur discedere, leges non sinunt proficisci; atque mors est dictum supplicium cupienti vertere solum. Sol splendidus condiderat caput lucidum in Oceano, et nox obscurissima exexerat caput stellatum, idem Deus visus est assistere, atque eadem monere, et, nisi obsecutus sit, minari plura et duriora. Pertimuit: atque intendebat pariter transvehere rem patriam in noram habitationem. Rumor spargitur per urbem, et arcessitur reus legum contemtarum. Cumque causa primo esset dicta, et crimen compertum est probatum sine teste, reus sordidus erigens manus atque faciem ad Deos, O, ait, Tu, *cui duodecim labores aperuerunt viam ad cœlum, ades in auxilium, nam*

****

I est ex Farnes. et Aldin. Edd. vulg. *Et.*—26 O. pr. Bas. et Mor. I. et quatuor alii *tacituq. recondita ment.*—27 Unus Heins. *Jussa ref.*—31 O. et duo alii *Extuleratque caput dens.* Mox quart. Med. *sideribus nox.* —33 Berolin. *pur. multa ac grav.*—34 Idem Cod. *Extremuit: patr.* Bothius volebat *Extimuit.* Pr. Mor. *palam* pro *simul.*—36 Tan. Faber delet *est*, et vs. seq. legit *Caus. fuit, cr.* Heins. malebat *Caus. viri.* Dein *patet* dedit Heins. ex melioribus; vulg. *patens;* sic Berolin. et mox *probatum est.*—38 Plurimi *tendens* pro *tollens.*—39 *O cui jus* emendarunt Muretus, Scaliger et Meurs. olim *O cujus cœlum;* unus Vatic. Farnes. in marg. Arund. et decem alii, *O tu, quem celebrem:* O. et Med. *O cujus celebrem.*—40 *Fer, pater* duo libri. Mox *et funeris auctor* unus Med. alii quidam, *muneris.*

NOTÆ

39 *Oceano*] Ut videtur oculis.

31 *Sidereum*] Quia de nocte sidera apparent.

35 *Penetrale*] Hoc est Deos Penates, et quicquid in interioribus domus partibus carissimum haberet. Metonymia est.

37 *Sine teste*] Quia vir bonus ultro confessus est.

39 *Bis sex*] Duodecim illos Herculis decantatissimos labores in superioribus vidimus.

Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpæ.
Nunc quoque sic lata est sententia tristis: et omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Quæ simul effudit numerandos versa lapillos, 45
Omnibus e nigro color est mutatus in album:
Candidaque Herculeo sententia munere facta
Solvit Alemoniden. Grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: ventisque faventibus æquor
Navigat Ionium: Lacedæmoniumque Tarentum 50
Præterit, et Sybarin, Salentinumque Neæthum,
Thurinosque sinus, Temesenque, et Iapygis arva.

tu es mihi causa facinoris. Mos erat priscus albis atque nigris calculis, his damnare reos, illis liberare a crimine. Nunc etiam sententia luctuosa sic lata est; et omnes lapilli nigri deponuntur in tristem urnam. Quæ inversa statim atque reddidit calculos recensendos, color omnium est versus ex atro in candidum: et sententia facta alba beneficio Herculis liberavit Alemonidem. Ille agit gratias patri Amphitryoniadæ, et ventis secundis trajicit mare Ionium, et præternavigat Tarentum Lacedæmonium, et Sibarin, et Neæthum Salentinum, et sinus Thurinos, et Temesen,

—41 *Antiquus* est ex emend. Burm. olim *antiquis:* O. *Mos ant. er.*—42 Tredecim libri *absolv. culpas;* plurimi *culpam;* vulg. *culpa: culpæ* est ex Thuan. et quart. Med.—43 Alii *Tunc quoq.* Bas. etiam *lis lat.* Heins. conj. *Tunc quoq. quis lat.*—47 *Munere* Heins. dedit ex pr. Bas. et decem aliis pro vulg. *numine.* —48 In multis *Alemonidem.*—49 Alii *Amphytrionidæ.*—51 *Sybarin* ex melioribus; vulg. *Sybarim.* Alii legunt *Sallentinumq.* et *Neæthum* vel *Neretum,* vel *Veretum* vel *Verethum.*—52 Pro *Temesen* alii Codd. habent *Nemesen* vel *Nome-*

NOTÆ

46 *Mutatus*] Beneficio Herculis, ut subdit ipse Poëta.

47 *Candida*] Ex candidis calculis.

49 *Amphitryoniadæ*] Herculi; qui quidem Jovis filius, sed ex Alemena, quæ Amphitryonem Thebanum maritum legitimum habuit.

50 *Ionium*] Quod ex Græcia in Italiam tendenti transfretandum fuit.

Tarentum] Urbs est antiquissima Salentinorum in Calabria citeriore, a Tara Neptuni filio ædificata, a Parthenii vero, Lacedæmoniorum duce Phalanto, amplificata: quæ hodieque permanet, *Taranto* incolis, *Tarente* Gallis dicitur.

51 *Sybarin*] Hæc olim potentissima fuit in sinu Tarentino civitas, incolarum deliciis etiam famosa, quam Crotoniatæ deleverunt. Restituta ab indigenis Thurium dicta est, quæ denique excisa hodie in ruinis jacet; nisi forte vicus quidam, quem vulgo dicunt *la Torre Brodogneto,* est ex ejus ruderibus.

Neæthum] Fluvius est Salentinorum, non longe a Crotone.

52 *Temesen*] Fuit ea Brutiorum, ut patet ex ista Mysceli peregrinatione: cujus etiam meminit Strabo in descriptione Iapygiæ: ut frustra sint, qui hunc locum solicitare aggressi sunt.

Iapygis] Fuit Iapyx Dædali filius,

Vixque pererratis, quæ spectant littora, terris,
Invenit Æsarei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis 55
Ossa tegebat humus; jussaque ibi mœnia terra
Condidit: et nomen tumulati traxit in urbem.
Talia constabat certa primordia fama
Esse loci, positæque Italis in finibus urbis.

Fab. II. Animæ in varias Species.

Pythagoras, Samius, tyrannidem fugiens, cum patriam reliquisset, in Italiam venit, et quæ didicerat de rerum natura mundique aperit, ad modumque sæculi aurei docet, ad usus quoque necessarios cuncta præbente terra, nefas esse animalibus vesci: quod essent in eis forte consanguineorum animæ mortalium: et quod e corporibus in corpora animæ transfunderentur. Postea docet unde occidendorum animalium usus primum inoleverit. Nam paulatim concessum est, ut maleficæ feræ dolis interceptæ occiderentur; et mansuetarum fœtus sues, quod fruges satas cruerent; item capri, quod vitem maturam præcerpere assuevissent, nec deinde fructus cresceret.

Vir fuit hic, ortu Samius: sed fugerat una 60
Et Samon et dominos; odioque tyrannidis exul
Sponte erat. Isque, licet cœli regione remotos,

et agros Iapygis: atque terris ægre præteritis quæ pertinent ad oras, reperit ostia fatalia fluvii Æsaris; neque hinc longe sepulcrum, sub quo terra servabat ossa sacra Crotonis; et ibi posuit urbem in solo præfinito: et nomen sepulti addixit urbi. Certum erat indubitata fama talia esse initia loci, atque urbis conditæ in finibus Italis.

II. *Hic vir fuit Samius origine; sed pariter vitaverat et Samon et tyrannos; atque odio injustæ dominationis ultro erat profugus. Et ingenio accessit ad Deos,*

seu.—53 Pr. Hamburg. *qua* pro *quæ.*—54 Alii *Æseriæ.* Mox septem libri *flum. arva.*—58 Pr. Mor. et tres alii *Tal. constabant cert.*—59 Quart. Pal. *in sedibus urbis.*—62 *Remotos* Heins. placet cum pr. Hamburg. et Arund. et A.

NOTÆ

qui Iapygiæ Calabriæ urbi, Iapygio promontorio, immo et Calabriæ ipsi Iapygiæ nomen dedit.

54 *Fatalia*] Herculis admonitu tanquam fato præstituta.

Ora] Ostia dicit, quibus maria subit.

57 *Tumulati*] Crotonis, scilicet.

60 *Samius*] Samo, Icarii maris insula contra Ephesum, oriundus: namque ea fuit Pythagoræ patria.

62 *Sponte*] Quis vero lubentissimo animo tyrannos non refugiat, ut libertate donatus cum Deo agere,

Mente Deos adiit: et, quæ natura negabat
Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.
Cumque animo et vigili perspexerat omnia cura, 65
In medium discenda dabat: cœtusque silentum,
Dictaque mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum causas, et quid natura, docebat:
Quid Deus; unde nives; quæ fulminis esset origo:

dissitos spatio cœli; atque depromsit oculis mentis quæ natura occultabat oculis corporis. Et postquam penitus cognoverat omnia mente et cura assidua, proferebat cognoscenda palam; et indicabat turbæ tacitæ, atque miranti dicta, principia vasti orbis, et causas rerum, et quid Natura, quid Deus esset: *unde nives; quæ esset*

cum uno Bas. et ita Bernegg. pro var. lect. vulg. *remotus.*—63 Med. *nat. negarat.*—65 Berolin. omiss. *et.* Tum V. et multi alii *prospexerat.*—66 Alter Strozzæ, *med. perspecta dabat*, ut sit familiaris Ovid. repetitio.—66 Vulg. et Mitsch. *catumque*, quod improbat Burm. propter sequens *silentum.*—68 Berolin. pro *causas* habet *clausas.* Mox unus Bas. *et quæ nat.*—69 Barthius ad Stat. Sylv. v. III. 21. ex Mss. legit *Quis D.* ut etiam habent pr. Mor. sec.

NOTÆ

ejusque miranda contemplari queat?

64 *Oculis pectoris*] Ingenio.

66 *Silentum*] Quinquennale fuisse silentium a Pythagora discipulis suis præscriptum voluerunt; quanquam aliud aliis, æstimata cujusque sclertia, non minus tamen bienni, fuisse scripsit Gellius. Hodie vero, quod omnem fidem superat, tametsi passim conspicitur, vix alii, in certis quibusdam oris præsertim, ad aliquam disciplinam videntur divertere, quam qui ridiculo ineptorum atque insulsorum parentum instinctu, suoque ipsorum cæco atque superbo conatu, hoc aut illud, prout singula sunt minus idonea, ita vel ita pro sua ineptia doceri volunt. Quæ pecora, ut multa sunt, dubium non est, quin diu, communi omnium suffragio, bonas litteras illotis pedibus calcent, nisi aliquis exoriatur denique qui rudentibus silentium imponat.

67 *Primordia*] Unde ortus; quænam insuper ejus elementa. De quibus physici.

68 *Natura*] De ea loquuntur hodie Theologastri quidam, quasi inepta esset aliqua anus ætate delirans, aut vis quædam cæca quæ mundi molem versaret. Perversissime: namque ipsa Dei est Providentia, quæ singula sapientissime adversus omnem dæmonis impuri conatum ad præstitutos fines dirigit. Atqui multa in Natura prava, quæ ex perfectissimæ mentis instinctu oriri non possunt. Utique ego cognosco. Quid inde? Quod ipsi nolentes confitentur, Naturam seu Providentiam esse sanctissimam: neque vero illi rei obstare quod multa, contra illius nutum in aliam partem mali auctores detorserint, quos denique male perdet.

69 *Quid Deus*] Utinam vero deploratis istis temporibus aliquis surgeret Pythagoras, qui Supremi Illius atque Infiniti omnium rerum Arbitri naturam sanctissimam oblitis ita inculcare posset, ut ejus aliquo sensu ad vitam meliorem retraherentur! Plurima de eo plurimi quæ ad speciem; paucis-

Jupiter, an venti, discussa nube tonarent: 70
Quid quateret terras; qua sidera lege mearent;
Et quodcumque latet. Primusque animalia mensis
Arguit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem solvit, sed non et credita, verbis:

causa fulminis; an Jupiter, an venti tonitrua cierent nube disrupta; quid concuteret solum; qua lege astra moverentur; et quicquid secretum est. Atque is *primus prohibuit admovere animantia mensis: primus insuper aperuit equidem os eruditum hujusmodi vocibus, sed non etiam fide receptis: Nolite, homines, inquinare*

Pal. et octo alii.—70 Tres libri *nub. sonarent.*—71 Alii *Quo* pro *Quid;* et Thuan. *premeret.* Mox Bas. et Mor. *leg. micarent;* alius Bas. *manerent.*—73 Bernegg. pr. Bas. I. Barb. Arund. et unus Voss. *arcuit imponi,* i. e. vetuit, idque placet Heins. et recepit Mitsch.—74 Berolin. *cred. vobis.*—75 A. *mort.*

NOTÆ

sima paucissimi quæ ad rem spectent. Hoc saltem scire velim omnes, Deum non aliter unquam posse cognosci quam corde experiundo; eamque solam experientiam salutiferam, quæ est imitando. Caveant porro qui tam secure ejus benignitatem contemnunt, ne ejusdem iram acerbissimam experiantur.

70 *Jupiter, an venti*] Jupiter proculdubio qui omnia movet, modo ut, vocis sublata invidia, rem ipsam spectes. At enim physicorum est proximas rerum causas atque earum concatenationem persequi; donec per diversos earundem operandi modos ad primam atque ultimam illam deveniant: cujus denique altius theologi rimantur perfectissimam naturam.

71 *Quateret*] Terræ motus ex subterraneis flatibus, qui illius latera pulsant, volnerunt equidem: ceterum plurima sunt adhuc in hoc argumento, quæ prolixiori disquisitione indigent.

Mearent] Id est, quis et qualis esset cursus astrorum: quorum omnium cognitio spectat ad mathematicos.

72 *Quodcumque latet*] Ne ita accipias, quasi omnia cognoscere se Pythagoras professus sit. Illa tantum intelligenda sunt per istud 'quodcumque,' quæ ipse docebat alioqui hominibus incognita.

Latet] Ex eo, quod abdita Naturæ in lucem proferret, Pythagoras in tanto fuit honore, ut Dei vocem audire discipuli ejus existimarent. Hodie vero apud plurimos Christianos, quasi non vim tantum Spiritus Sancti eliminare, sed omnem insuper Naturæ facem extinguere vovissent, prava hæc consuetudo invaluit, cum nihil capiant, ut id omne quod non capiunt, qua jure quave injuria oppressum eant. Haud equidem facile dixerim superbiane, invidia, stupor, aut alia quæpiam vesania illos male afflaverit; quibus nequidem pervidere licet, de se actum esse, nisi certissimam rerum veritatem consequantur, cujus lumine illustrentur, cujus suavitate deliniantur. At certe ita sunt affecti, ut cane pejus et angue eos omnes aversentur quicumque efferos veritatis indagine adoriuntur. Quos quidem miseros esse libenter jubeo, quatenus id faciunt.

74 *Docta*] Neque vero ex primo fuit Naturæ instituto, ut homines dapibus sanguine quæsitis vescereu-

Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis 75
Corpora. Sunt fruges; sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidæque in vitibus uvæ:
Sunt herbæ dulces: sunt, quæ mitescere flamma,
Mollirique queant. Nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella thymi redolentia florem. 80
Prodiga divitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit: atque epulas sine cæde et sanguine præbet.
Carne feræ sedant jejunia: nec tamen omnes.
Quippe equus, et pecudes, armentaque gramine vivunt.
At quibus ingenium est immansuetumque ferumque, 85
Armeniæque tigres, iracundique leones,
Cumque lupis ursi, dapibus cum sanguine gaudent.

corpora epulis scelestis. Sunt fruges, sunt poma curvantia ramos sua gravitate, atque racemi turgidi in vitibus: sunt olera mitia; sunt quæ possint fieri dulciora igne atque emolliri: neque lac vobis tollitur, neque mel fragrans flore thymi. Terra benignissima præbet opes et cibos dulces; et exhibet delicias sine nece et cruore. Feræ leniunt famem carnibus; neque tamen omnes. Namque equi et greges et armenta rescuntur herbis. At tigres Armeniæ, et truculenti leones, et ursi cum lupis, quibus indoles est crudelis et sæva, amant epulas cum sanguine. Heu! quantum est nefas

opibus tem. Unus Mor. *tem. profanis.*—78 Quatuor cum Berolin. *mitesc. flammis;* et O. *ventrem:* Liber Cælest. et Briantii cum uno Ciofan. *mitesc. possunt:* et seq. vs. *Et mollire famem, nec vob.:* duo scripti *Emollire famem:* Genevens. *Et laxare queant;* Heidelb. etiam *queunt.*—80 *Florem* profert Heins. ex pr. R. Thuan. Bernegg. et decem aliis; vulg. *flore.*—81 Berolin. *alimentaq. dulcia tell.*—82 Arg. *sin. carne et.* Deinde pro *præbet,* quidam *tradit,* et unus *tradet.*—83 Pr. Mor. *fer. sedent jej.*—84 Mor. unus *gram. pascunt.* —86 *Armeniæque* ex quatuor Codd. cum Norico: vulg. *τὸ que* omittunt.

NOTÆ

tur: verum quis ausit ea mysteria in hellnones pervulgare, quales sunt hodie plurimi, qui nihil esse nisi quod gulam titillat brutorum more autumant? Bonos omnes recordari adhortor, sese jam pristina sede atque beatissima mansione exules, plurima in hoc exilio contraxisse, quæ exuamus denique, postquam de arbore vitæ redintegrati apud cœlites degustaverimus. Utemque nullam sperent neque cogitent, qui in carne atque sanguine sunt immersi, vitam tamen habemus pretiosissimam extra has spurcitias, qua brevi perfruemur.

75 *Temerare*] Id non esse Scriptura probat: Deoque fuerit concessum lapsis hominibus quædam indulgere, quæ nulla erant in priori statu, donec ea etiam vanitas penitus aboleatur.

86 *Armeniæ*] Sævissimæ dicuntur quæ in illis regionibus nascuntur. Est autem Armenia Asiæ perampla regio ad mare Caspium, quæ hodie Turcis paret: olim sub regibus propriis erat magni nominis.

Heu quantum scelus est, in viscera viscera condi,
Congestoque avidum pinguescere corpore corpus;
Alteriusque animantem animantis vivere leto! 90
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra parit, nil te nisi tristia mandere sævo
Vulnera dente juvat, ritusque referre Cyclopum?
Nec, nisi perdideris alium, placare voracis,
Et male morati poteris jejunia ventris? 95
At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen,
Fœtibus arboreis, et, quas humus educat, herbis
Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
Tunc et aves tutæ movere per aëra pennas;
Et lepus impavidus mediis erravit in agris: 100
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo:

præcordia devolvi in præcordia, et corpus famelicum pinguescere corpore devorato, et animantem vitam ducere morte alterius animantis. Nimirum in tanta copia, quam terra blandissima matrum profert, nihil tibi placet quam conterere crudeli dente luctuosas cædes, atque imitari mores Cyclopum? neque poteris sedare famem rapacis et prave instituti abdominis nisi pernicie alterius! At illa prisca ætas, cui dedimus nomen Aureæ, beata fuit fructibus arboreis, et graminibus quæ terra alit; neque infecit ora sanguine. Tunc et alites agitaverunt alas securas per aërem; et lepus intrepidus vagatus est per campos medios; neque sua credulitas corripuerat

---

—88 Vett. plurimi *in viscera;* at vulg. *viscere.* Mox unus Mor. et unus Heins. *visc. mergi.*—89 Cant. et tres alii *Conjectoque.*—90 Burm. malit *Alternisque,* ut est in Fr. Mox quidam Scholiastes citat *animam* pro *animantem.*—91 Tres libri *opt. mater.*—92 *Parit* Heins. dedit ex plerisque vett.; vulg. *creat;* et Voss. *parat;* et unus Med. *dedit.* Mox Gron. *mand. læto,* quod non displicet Burm., ut sit oppositio inter 'tristia vulnera,' et 'læto dente.'—93 Nonnulli legunt *rictusque.* Gron. Jun. et Exc. H. *ritusq. inferre C.;* et unus ex veterrimis *Cyclopis.*—94 Unus Heins. *pacare vor.*—97 Quidam legit *herbas* pro *herbis.*—99 Unus Heins. *Tunc volucres tutas mov.* Vulg. etiam legitur *tutas:* Heins. recepit *tutæ* ex Thuan. quart. Med. pr. Mor. I. et sex aliis.—100 Quart. Med. *lep. intremidus:* O. et Berolin. et quatuor alii *intrepidus.* Deinde tres

NOTÆ

88 *Scelus*] Si quis paulo attentius sana mente istud contemplatur, sentiet, sat scio, aliquid esse in ea animantium cæde quod a sapientis Naturæ instituto recedat. Atque adeo sæpius mirari subiit, plurimos conspici homines qui parata hac per strages vita tantopere gaudeant, ut de præcellenti illa, quæ in amabili Dei commercio atque societate est posita, nihil quicquam subolere liceat.

93 *Cyclopum*] Quos supra vidimus, Polyphemum præsertim, non sine horrore, obvios quosque laniantes.

96 *Aurea*] De qua ab initio libri primi, Saturno regnante.

101 *Credulitas*] Nimirum credulitate sua corripiuntur pisces, qui facile prædam esse autumant vermem hamo inductum, quo retinentur.

Cuncta sine insidiis, nullamque timentia fraudem,
Plenaque pacis erant. Postquam non utilis auctor
Victibus invidit, (quisquis fuit ille virorum,)
Corporeasque dapes avidam demersit in alvum; 105
Fecit iter sceleri: primaque e cæde ferarum
Incaluisse putem maculatum sanguine ferrum.
Idque satis fuerat: nostrumque petentia letum
Corpora missa neci, salva pietate, fatemur:
Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt. 110
Longius inde nefas abiit: et prima putatur
Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
Eruerit rostro, spemque intercceperit anni.
Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras

piscem humo; omnia erant sine dolis, et pace abundantia, nullam fraudem metuentia. Postquam pravus auctor, quisquis ille fuit hominum, invidit victibus, atque deroleit in abdomen voraginosum epulas ex carnibus, aperuit viam crimini; atque credam ferrum infectum sanguine tepuisse ex prima nece ferarum. Idque satis fuerat; et agnoscimus animalia insidiantia nostræ vitæ interfecta esse illibata pietate: verum quam interficienda fuerunt, tam non comedenda. Inde scelus latius grassatum est; et porcus creditur dignus fuisse mactari prima victima, quod evelleret semina curvo rostro, atque præverteret spem anni. Caper agitur jugulandus ad

---

libri *errabat;* unus *volavit*, unde Heins. *volitavit*. Heins. dedit ex vett. *agris* pro vulg. *arvis;* unus etiam *herbis*.—104 *Virorum*, ex Cant. altero Hamb. et duobus aliis, placet Heins. præ vulg. *Deorum;* conjicit etiam *priorum*. Burm. emend. *V. invidit (q. f. i.) ferorum;* quod Bothio arridet, nisi mallet *leonum*, quod putat propius veteri scripturæ.—105 Octo libri *avid. demisit in;* Mor. *congessit;* Gron. *conjecit*.—106 *Primaque* recepit Heins. ex uno suo et Arg. pro vulg. *primoque*.—107 *Putem* est ex tribus Codd.; vulg. *potest:* pr. R. et unus Mor. *putet;* unus Pat. *puto;* Bernegg. N. Urbin. pr. Hamburg. et Bas. et tres alii *putes*.—108 Quinque, in quibus pr. Hamburg., *nostrumq. potentia;* pr. Mor. *nostroque potentia leto:* itaque Heins. aut scribendum putabat, *nostroque nocentia leto*, aut, *nostrique potentia leti*, ut *poteas voti* et *mentis*.—112 Probus ad Virgil. agnoscit, *meruisse necem*.—113 Multi, *Eruerat* et *interceperat:* at Berolin. *interciderat*.—114 Heins. malit *rosa* pro *morsa;* sed. vid. Not. Var. Idem ex scriptis emendat *mactandus;* et in vs. seq. *Ducitur:* olim legebatur *mactatus*, [Berolin. *mactatur*] et *Dicitur*, sed multi *Ducitur:* Berolin. *Ultori*

NOTÆ

101 *Victibus invidit*] Non contentus facilitate vivendi pristina, et cibis ex vegetabili regno petitis.

105 *Corporeas*] Pro carneis posuit: quanquam omnes dapes sunt corporeæ.

109 *Corpora*] Feras intelligit, hominibus infestas.

111 *Longius*] Quia a feris ad cicurum animalium cædem, deinde et hominum strages, deventum est.

113 *Spem*] Namque erutis seminibus nulla speranda messis.

Ducitur ultoris. Nocuit sua culpa duobus. 115
Quid meruistis oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines, pleno quæ fertis in ubere nectar?
Mollia quæ nobis vestras velamina lanas
Præbetis, vitaque magis quam morte juvatis.
Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque, 120
Innocuum, simplex, natum tolerare labores?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curvi demto modo pondere aratri
Ruricolam mactare suum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renovaverat arvum, 125
Tot dederat messes, percussit colla securi.
Nec satis est, quod tale nefas committitur: ipsos
Inscripsere Deos sceleri; numenque supernum

altaria Bacchi vindicis, vite corrosa. Suum facinus obfuit duobus. Quid admisistis oves, mite pecus, atque creatum ad servandos homines, quæ portatis nectar in ubere distento? quæ nobis offertis lanas vestras in molles vestes, atque plus prodestis vita quam morte. Quid admiserunt boves, animal sine fraude atque insidiis, innoxium, simplex, factum ad ferendum labores? Ille denique est ingratus, neque dignus dono frugum, qui potuit jugulare suum agricolam detracto modo onere curvi aratri; qui afflixit bipenni illam cervicem tritam labore, qua toties prosciderat durum agrum, atque *dederat tot messes. Neque satis est, quod ejusmodi scelus patratur; ipsos Deos auctores fecerunt facinoris; atque arbitrantur Potentiam cæles-*

ductus.—116 Bernegg. pr. Bas. alter Hamburg. unus Mor. et unus Pal. *inq. tegendos*, quod Burm. putat glossam τοῦ *tuendos.*—118 Berolin. *vestris...lanis.* —120 Unus Leid. *dolique Innocuum.*—122 Omnes Edd. habent *demum;* at in uno Bas. pro var. lectione scriptum *Dicum*, quod Heins. et Bothio placet; et quod conjecerat olim Bochart. Hieroz. lib. II. c. 32.—123 Leid. *pond. rastri.*—124 Jun. et Leid. *mact. bovem: qui.*—125 Pr. Bonon. *longum* pro *durum*, et quinque *nudum.* Pal. et Boxhorn. Fragm. et alii decem *renov. annum.*— 126 Heins. cum tribus libris putat scribendum *Tot dederant mess.*, nisi mavis

NOTÆ

115 *Duobus*] Porco, scilicet, et capro.

122 *Demum*] Affectui servit hæc vocula, vimque auget orationis. Gall. dicimus, *Il faut bien que—*

124 *Ruricolam*] Bovem dicit.

125 *Renovaverat*] Renovari vero videtur ager, qui per culturam atque aratrum ad recipienda nova semina apparatur.

128 *Inscripsere*] Atque adeo homo Ethnicus ultra id quod est nefas collocat Deos prætendere auctores cædis in ipsa bruta. Annon ille judex jam diu sedet multorum nomine tenus Christi discipulorum, quos ab impia fratrum suorum cæde nulla ratio neque ulla misericordia potest retrahere? cum præsertim sese Veri et summe Boni Dei Sacerdotes, quales omnes esse decet, dictitent, cui gratas religionis titulo victimas offerant.

Cæde laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, et præstantissima forma, 130
(Nam placuisse nocet,) vittis præsignis et auro,
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem:
Imponique suæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percussaque sanguine cultros
Inficit in liquida prævisos forsitan unda. 135
Protinus ereptas viventi pectore fibras
Inspiciunt, mentesque Deum scrutantur in illis.
Unde fames homini vetitorum tanta ciborum?
Audetis vesci, genus o mortale? quod, oro,
Ne facite: et monitis animos advertite nostris. 140

tem delectari nece tauri laboriferi. Hostia sine vitio, et excellentissima specie, (nam obest gratam fuisse,) decora vittis et auro, sistitur ad altaria; atque nescia audit orantem, et videt farra quæ coluit spargi in suam frontem inter cornua, et afflicta tingit cruore cultros forte ante conspectos in aqua liquida. Continuo inspiciunt fibras extractas ex pectore viventi, et quærunt voluntatem Deorum in illis. Unde homini tantum desiderium epularum prohibitarum? Non veremini carnibus *vesci, o gens morti obnoxia? Quod, precor, ne facite, et attentas præbete mentes nostris*

tulerat.—130 *Præst. formæ* malebat Heins. ut IX. 451.—131 Multi libri *Jam plac.* Burm. conj. *Tam,* ut sæpe alibi. Mox Bas. *vittisque insignis.*—132 Ms. Bersm. *Sternitur ante,* et Bas. *auditq. ignota prec.;* at Berolin. *viditque.*—133 Berolin. *intra* pro *inter.*—134 Pr. Bas. in voc. *cultros* pro var. lect. *cistros.*—135 Thuan. unus *liquidas...undas:* unus Cod. *gelida.* Dein duo *præmissos;* et totidem *fortiter.*—136 Unus Heins. *Prot. erectas,* Burm. conj. pro *exsectas.* Tum Viviani *viventis;* et unus R. *liventi:* Voss. *ferventi e sanguine:* Fr. et plurimi alii *viventi corpore.*—137 Unus Mor. *mentemque.* Mox unus Voss. *rimantur;* et Berolin. *spectantur.* Unus etiam Mor. *in extis.*—138 Heidelb. *cib. est.*—139 Mss. Bersm. *genus immortale;* quod Grutero placebat ut ad metempsychosin respiciat. Bersmannus etiam accusativi casus esse tunc volebat. Bothius, recepta lectione Bersm. sic legendum censet: *scrut. in illis, Audet et his vesci genus immortale!* Vs. 38. *Unde, &c.* e loco suo motum existimat, et inseren-

NOTÆ

134 *Fruges*] Molam dicit, quæ ex farre molito atque salso victimæ fronti imponebatur.

135 *Unda*] Aqua, quæ sacrificiis adhiberi solita.

136 *Fibras*] Cordis et jecoris præsertim extrema eo nomine appellantur, quæ aruspices ad exquirendam Deorum voluntatem inspicere consueverant. Quæ omnia quam prava, quam ridicula, quam abominanda, nullus non videt cui mica sanæ mentis; nisi denique per lumen Gratiæ ex veris sacrificiis quæ olim Deus instituerat, carnis suæ crucifixionem in Christo Jesu voluntatem ejus esse, edoctus fuerit.

139 *Vesci*] Pro carnibus vesci simpliciter *vesci* posuit: quod notandum.

Cumque boum dabitis cæsorum membra palato,
Mandere vos vestros scite et sentite colonos.
Et quoniam Deus ora movet, sequar ora moventem
Rite Deum; Delphosque meos, ipsumque recludam
Æthera; et augustæ reserabo oracula mentis. 145
Magna, nec ingeniis evestigata priorum,
Quæque diu latuere, canam. Juvat ire per alta
Astra: juvat, terris et inerti sede relictis,

præceptis. Et cum faucibus admovebitis artus taurorum mactatorum, cognoscite et sentite vos comedere vestros agricolas. Et quandoquidem Deus os meum *agitat, sequar sedulo Deum os agitantem; et aperiam meos Delphos, atque ipsum cœlum; et recludam oracula mentis augustæ. Cantabo magna, neque perspecta animo priorum, et quæ diu incognita fuerunt. Placet ferri per excelsa sidera; placet, terris et*

dum supra post vs. 87.—140 Berolin. *advert. vestris.*—143 Med. *At quon.*—144 Genevens. *ipsumque reducam.*—146 *Evestigata* ex Thuan. Bernegg. pr. Mor. et decem aliis placet Heins. præ vulg. *investigata.*—147 Heins. putat, versum sublimem fore et sonorum, si rescribatur *per ardua Astra*, ut ultima litera *τοῦ ardua* elidatur ob sequentem vocalem: at Burm. putat vulgatam lectionem ex Manilii 1. 13. posse defendi, si, ut Scaliger in notis citat, legatur *per altum Æthera.* Sed Edd. habent per ipsum: et infra 875. 'super alta perennis Astra ferar.'—148 Jun. *terr. et inani sed.* Sixii, *mortali*, ut sit appositio, 'terris, mortali sede, relictis.' Jun. exhibet *relictis:* vulg. enim edebatur

NOTÆ

143 *Deus*] Apollo, scilicet, qui Delphis colebatur.

Sequar] Nostri vero homines plerique verba, atque id tantum esse, verba, rentur, quæ non ex fictitii cujusdam Apollinis, sed ex æterno Dei Verbo, rerum omnium inexhausto fonti, atque in sese Infinitæ Perfectionis audiverunt; crassissimam mundi fæcem unice amantes, in quam sese demergant. Mens tamen humana, si qua est originis suæ non immemor, neque quicquam cogitat, neque perspicit, neque agit quod sit gratum, neque ulla re fruitur, nisi quatenus cum Vero illo consentit, atque est quasi Echo quæ ejus voci respondeat.

144 *Delphos*] Delphi urbs Phocidis in Achaia, Apollinis oraculis clarissima, quæ hic pro iis ponitur.

145 *Æthera*] In quo Dii habitant, de quibus atque eorum rebus verba facturus est Pythagoræ nomine noster Poëta.

Augustæ] Divinæ scilicet. Ceterum Christianis solis peculiari quodam veri Dei beneficio contigit certa oracula, atque rerum indubitatas ideas habere, per quas ad æternas sedes assurgant: in quarum locum quando video superbia occæcatos nebulones quosdam sua somnia obtendere, patientiam demiror hominum, qui sibi eo modo salutis facem præripi patiuntur.

148 *Astra*] Hoc est, Mente cœlestia atque homine digna, spretis terrestribus, perlustrare. Juvat vero illud maxime: at illos duntaxat qui animam non habent in totum luto sepultam.

Terris] Namque fieri nequit, ut simul anima evanescentibus hujus mundi umbris sese committat, atque

Nube vehi; validique humeris insistere Atlantis:
Palantesque animos passim ac rationis egentes 150
Despectare procul, trepidosque, obitumque timentes
Sic exhortari; seriemque evolvere fati.

pigra habitatione destituta, vehi nube, atque inniti humeris fortis Atlantis; et procul despicere mentes passim errantes, et expertes rationis, et sic admonere timidos, et metuentes mortem, et aperire ordinem fati.

relicta.—150 *Animos* Heins. dedit ex vet. Cod. Politiani et uno Med. Vulg. *homines.* Mox unus Bas. *sparsasque a cardine gentes.* Ex vett. Codd. Heins. inserit *ac:* in vulgatis deest; in nonnullis *et.* Dein. plurimi *ratione carentes.*—151 Pro *trepidosq.* Cælest. *timidosq.* Dein Bernegg. pr. Hamburg. et tres alii *strepitumque.*—152 Ciofan. ex optimis quibusque scriptis libris pro vulg.

NOTÆ

æterna cœli bona complectatur. Diversissima sunt, quæ tanta mentis tenuitas non valeat comprehendere: imo ut plurimum societatem inter se inire non possunt.

149 *Nube*] Per nubem, mentis aciem intellige, aut vim quandam Spiritus, qui neque Ethnicos destituit, uti perfricta fronte mentiuntur nonnulli.

Validique] Istud non placet postquam de nube meminit.

Atlantis] Qui Mauritaniæ rex, ideo dictus cœlum sustinere humeris, quod astrologus fuerit eximius.

150 *Palantes*] Mire hoc verbo hominum declaravit vesaniam, qui, pecorum more, huc illuc nescii vagantur; nequaquam advertentes eo modo sibi vitam omniaque bona corripi. Ducimur atque auferimur omnes iis rebus, quibus cogitationes atque mentes nostras addicimus. Quo igitur nomine appellandi tot miseri terram nequicquam calcantes, sui usque adeo obliti, ut ne dignentur quidem, utcumque sæpius moniti, de fine suo cogitare, aut saltem animam suam pereuntibus vilissimis creaturis surripere? Scientes atque prudentes, immo contra omnem bene consulentium conatus, in malam rem abeunt. Mirum ni insuper illis perniciem machinentur.

Rationis] Quæ plura multo ad felicitatem confert, quam omnia quæ tantis laboribus, ea spreta, plerique mortales aucupantur.

152 *Seriem*] Non Ethnici hominis sententiam tantum, sed supremi omnium rerum arbitri Dei ter Optimi Maximi decreto, ordine quodam inter se continentur fata hominum: ut si quis ad optatum scopum velit pertingere, per media necesse habeat omnino transire; quibus spretis nequicquam Illius sero opem imploret: iratus infestusque est. Calamitatem irridet eorum, qui obseratis foribus insultant.

Fab. III. Euphorbus in Pythagoram.

Pythagoram eundem inducit referentem cuncta rerum temporibus mutari: siquidem ipse annus vertitur in quatuor species, veris, æstatis, autumni, et hyemis: et quæ nascuntur, quoniam in initio prodita teneras imminutasque species habeant; deinde crescendo robustæ ætatis, novissime senescentis fieri. Se quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Pantholdem fuisse: et postea quam a Menelao sit occisus in bello, animam ejus in se esse transfusam; clypeumque ejus, dum in ætates ductus sit, quo usus esset in bello, in templo Junonis Argivæ cognovisse.

O genus attonitum gelidæ formidine mortis!
Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
Materiem vatum, falsique piacula mundi? 155
Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

III. *O gens stupida pavore leti frigidi! quamobrem metuitis Stygem, quamobrem caliginem, quamobrem nomina inania, argumentum poëtarum, et piacula mundi decepti? Ne existimetis corpora posse pati ulla mala, seu pyra diripuerit igne, seu*

sortemque reposuit *seriemque* Dein. N. *revolvere.*—154 Heins. conj. *Quid S. quidve Erebum, quid.* Multi *tenebr. et nom.* Et uterque Hamburg. Cant. O. pr. Gron. tert. Med. et multi alii *numina van.*—155 *Piacula* ex N. et uno Voss. placet Heins. ceteri *pericula.*—157 Pr. A. *Abstulerint:* Med. *Sustulerint.*—

NOTÆ

154 *Styga*] Pro Inferis posuit eam paludem, de qua jam toties.

Vana] Vana equidem illa Ethnicorum. Ceterum mors ipsa terribilis immortali animæ, cui dies dicitur eo modo, ut se ad incorruptum Justitiæ Divinæ tribunal sine omni cunctatione sistat. Quicumque animum serio adjecerit, ita sentiet.

155 *Vatum*] Id est, Poëtarum, quibus quidlibet mentiri concessum: quanquam non omnia falsa dicere illos hic noster supra admonuit: neque temere.

Piacula] Apud Manes expiari crimina in Superis commissa credebant. ' Quæ quis apud Superos, furto lætatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem.' Virgil. Atque, si hic locus esset, aut pateretur quorundam nebulonum superba opinio, de statu animæ post mortem paucula aliter proferre quam illi somniarunt, scio equidem quod res esset bonis gratissima. Verum suo loco, cumque tempus dabitur, ringentibus illis, rem totam probare, id fiet. Prius, ineptum foret latratibus eorum sese objicere.

156 *Tabe*] Paulatim enim dissolvuntur et quodammodo liquescunt inanimata corpora.

157 *Non ulla*] Namque anima est quæ sensus et cognitionis est capax.

Morte carent animæ: semperque, priore relicta
Sede, novis habitant domibus, vivuntque receptæ.
Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli 160
Panthoides Euphorbus eram: cui pectore quondam

vetustas tabe. Animæ non moriuntur; et semper, priore habitatione omissa, recipiuntur novis sedibus, et receptæ vita fruuntur. Ego ipse, nam recordor, eram Euphorbus Panthoides tempore belli Trojani, in cujus pectore adverso valida hasta

159 Pro *Sede* unus Mor. *Sepe*, quod pro septo, aut claustro, capiendum esset; ut ita corpus *carcer* animæ vocatur. Mitscherl. inverso ordine *dom. hab.* Berolin. etiam *domibus inhiant habitantq. rec.*—160 V. *jam mem.*—161 In Be-

NOTÆ

158 *Carent*] Immo gravissima torquentur, quæ æterna, Pythagora ipso confitente; sua sacra aura, sua luce, sua vita Deo ter Optimo Maximo, quod ad illas spectat destituuntur. Quemadmodum arbor, quæ terræ succum non amplius digerit, mortua est, utcumque in eo natet; ita etiam mentes hominum quantumvis in Dei Majestate perdurent morti terribili sunt obnoxiæ postquam originem suam deseruerunt. Quæcumque suam non faciunt substantiam Arboris vitæ, seu Agni, qui idem est; illæ in tenebris atque Dei ira sine fine degent. Quam miseriam faxit Deus ut a nobis studeamus avertere, Agnum, dum licet, castissimo amore prosequendo.

159 *Domibus*] Commigratio animarum de corpore in corpus, seu μετεμψύχωσις, quam ab Ægyptiis mutuatus erat Pythagoras, res est equidem omnino vana, quam neque testimonio idoneo, neque experientia, neque ratione quisquam possit comprobare. At enim non pauca bonæ frugis, inde petita occasione, expiscabitur, qui altius circa corporum resurrectionem meditatus fuerit, quomodo impleatur istud quod testatur Spiritus Sanctus, nostra nos sequi opera. Namque pro certo transfigurati postquam corpus Ψυχικὸν exuerimus, Πνευματικὸν induerimus, utcumque ex eadem substantia, ita tamen diversum videbitur Animæ nostræ domicilium, ut jam quale esse possit vix aliter quam suspicando pertingamus: ut mirum non sit grunnientibus in luto porcis hæc omnia aniles esse, quas spernant, fabulas. Siquidem tamen ex illis aliqui has legunt Pythagoræ, hortor cogitent, quid sibi a dæmonibus metuendum, qui sepulcra atque immundorum porcorum corpora amant obsidere.

Vivunt] In corpore vivunt cogitationum seu idearum suarum, per Dei misericordiam vel iram, cum angelis vel diabolis, quæcumque animæ ab his terris omnino semotæ, sublato ævo, æternitatem adipiscuntur; donec corporis olim sui substantia de novo per supremi numinis potestatem, secundum id quod bene vel male sese ipsæ, obsequendo, vel aspernando, finxerunt, restituatur. Unicuique per hanc vitam aditus ad æternam paratur in corpore, quod aliud atque aliud pro ratione pristinæ virtutis aut dedecoris a Deo excitabitur. Ille nimirum cuique secundum ejus opera retribuet. Verum et hæ sunt fabulæ, siquidem plurimis non placent, quoad luctuosa sua experientia comprobaverint.

161 *Panthoides*] Non sine causa

Sedit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.
Cognovi clypeum, lævæ gestamina nostræ,
Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.
Omnia mutantur: nihil interit. Errat, et illinc 165
Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus
Spiritus: eque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster: nec tempore deperit ullo.
Utque novis fragilis signatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem; 170
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem

minoris Atridæ olim infixa est. Agnovi nuper clypeum gestamen nostræ sinistræ Argis Abantæis in fano Junonis. Cuncta mutantur: nihil perit. Anima vagatur, et illinc huc fertur, hinc illuc, et invadit quælibet membra; atque transit ex feris in corpora humana, et nostra in feras; neque unquam moritur. Atque ut cera mollis informatur novis figuris, neque perstat ut fuerat, neque retinet easdem species, verum tamen ipsa est eadem; ita doceo animam esse semper eandem,

rolin. *Eumolphus* scribitur.—162 *Sedit* ex Ms. Politiani Heins. recepit pro vulg. *Hæsit.* Mox Berolin. *hast. victoris A.*—164 Nonnulli *in agris;* et Berolin. *arvis.*—166 Langerm. *quosl. accipit art.*—169 *Fragilis* est ex pr. Gron. uno Voss. et uno Med. Vulg. *facilis.* Berolin. etiam *facilis celatur* [pro *cœlatur*] *cer.*—170 *Formas...easdem* ex vett. dedit Heins. pro

NOTÆ

Lucianus hanc Pythagoræ, Pyrrhi, Hermotimi, Euphorbi, Ætholidæ, aut quocumque nomine appellaveris, deridet transmigrationem: namque certe ea gravissimo Philosopho, propter ineptissimum mendacium præsertim, est maxime indigna.

162 *Minoris*] Menelai, scilicet, cujus major frater fuit Agamemnon: atque ille Menelaus Euphorbum Iliad. XVI. peremisse dicitur.

164 *Abanteis*] Ab Abante rege, qui Argis clarissima Peloponnesi urbe imperavit. Populi insuper Abantes ab Herodoto Iones inter et Achivos memorantur.

Templo] Stadia quindecim Mycenis distare hoc Junonis templum affirmat Pausanias in Corinthiacis; cujus inter alia donaria hunc etiam clypeum Argis celebratissimum, ut ex Hygini 273. fabula patet, nominatim recenset.

165 *Nihil interit*] Verissime istud; neque facilius est aliquid ad nihilum redigere quam ex nihilo producere: ut manifestum est attendenti.

167 *Spiritus*] Siquidem de universali aliquo loqueretur per omnia diffuso, sua huic sententiæ, suo modo intelligenda, constaret veritas: resque magna est. Ast animas maxime in se definitas ex corpore in corpus transmigrare, sibique massam adoptare, figmentum purum est. Immo siquidem ex vero ratiocinatus esset Pythagoras, omnibus omnino abstinendum, atque adeo hominibus moriendum perinde concludere debuisset.

168 *Nec tempore*] Esto istud; namque certissimum est: cetera ne simul transeant.

171 *Sic*] De Terra, aut communioribus elementis istud dici potest; fueritque comparatio elegans. Ad Spiri-

Esse, sed in varias doceo migrare figuras.
Ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris,
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare animas: nec sanguine sanguis alatur. 175
Et quoniam magno feror æquore, plenaque ventis
Vela dedi; nihil est toto quod perstet in orbe.
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu
Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen, 180
Nec levis hora potest: sed, ut unda impellitur unda,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem;
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur:
Et nova sunt semper: nam quod fuit ante, relictum est:
Fitque, quod haud fuerat: momentaque cuncta novantur. 185

sed transire in diversas figuras. Adeoque ne pietas sit superata desiderio alvi, nolite, prædico, ejicere animas cognatas nece horrenda; neque sanguis nutriatur sanguine. Et quandoquidem feror vasto mari, atque pandi lintea plena ventis, nihil est in toto mundo quod permaneat. Omnia labuntur, atque omnis species errans fingitur. Ipsa etiam tempora fluunt motu continuo perinde ac flumen: neque enim flumen nec levis hora potest stare; sed quemadmodum fluctus pulsatur fluctu, et prior premitur sequenti atque premit antecedentem; sic etium tempora dilabuntur, sic etiam sequuntur; et semper sunt nova. Nam quod fuit antea est omissum, et oritur quod non fuerat; et omnia momenta novantur. Vides etiam

vulg. *formam...eandem.* Unus Heins. *celat easd.*—173 Voss. *sit mota cup.*—175 Berolin. *ne* pro *nec.*—177 Idem *nihil toto perstet.*—178 Bernegg. *vaga* vel *vage* pro *vagans.* Burm. conj. *omnisque vagi formetur* vel *versatur imag.*—179 Plurimi vett. *ass. volvuntur temp.*—181 Ciofan. et Heins. probant, quod nonnulli habent *und. repellitur und.*—182 Olim edebatur *Urgeturq. eadem veniens: prior veniente* Heins. profert ex Thuan. I. pr. Hamburg. et Mor. unus Bonon. *eadem veniente.* Unus Med. *venienti.* Dein N. *urgetq. sequentem.*—184 In Berolin. omiss. *est.*—185 Bas. *quod ante fuit: mom.*—186 Vulg.

NOTÆ

tus seu animas, quæ individuam suam formam habent, aut formæ sunt, si transferas, ridicula est. Nihil obstat quin huic aut illi menti hoc aut illud corpus, brutum etiam, agitandum tradatur: at corpus illud non fuerit menti, quod figura est ceræ, neque parem habuerit rationem. Cogita modo. Ipsæ cogitationes, aut modi cogitandi, menti illud sunt quod figura est ceræ.

176 *Æquore*] Id est, de maximis atque abditissimis Naturæ mysteriis sermo incidit.

177 *Nihil est*] Istud falsum prima fronte visum, quod re accuratius pensiculata verissimum deprehensum est.

179 *Tempora*] Nihil aliud sunt quam res ipsæ, aut earum inter se durandi spatium; cumque jam de iis mentionem fecerit Poëta, hæc magis oratorie, quam solide, ad astruendam animarum transmigrationem, proferuntur: quanquam in se pulchra sunt.

Cernis et emersas in lucem tendere noctes,
Et jubar hoc nitidum nigræ succedere nocti.
Nec color est idem cœlo, cum lassa quiete
Cuncta jacent media; cumque albo Lucifer exit
Clarus equo: rursumque alius, cum prævia luci 190
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Ipse Dei clypeus, terra cum tollitur ima,
Mane rubet: terraque, rubet, cum conditur ima:
Candidus in summo est; melior natura quod illic
Ætheris est, terræque procul contagia vitat. 195
Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ

noctes eductas ferri in diem, et hanc puram lucem subesse caliginosæ nocti. Neque color est idem cœlo, cum omnia defessa strata sunt nocte media, et cum Lucifer splendidus prodit equo candido; rursumque alius, cum Pallantias antecedens diem, colorat mundum committendum Soli. Ipse orbis Dei, cum tollitur terra infima rubet mane, atque rubet cum conditur terra infima. In excelso est altus; quia illic natura æthcris est melior, et procul fugit commercia telluris. Neque figura Lunæ

Cern. et emensas. Nonnulli *ut* pro *et.* Olim Heinsio placebat *emeritas* ex O. Arund. et multis aliis; postea vero amplectebatur *emersas* ex Bernegg. altero Hamburg. Grævian. et aliis: octo libri *immensas;* et Bas. *immensas hyberno tempore noctes:* pr. Gron. etiam *condere noct.*—187 Pr. Mor. et Langerm. *nit. fulva nigrescere nube.*—188 *Cœlo* meliores, teste Heins. vulg. *cali.* Mox Berolin. *cum lapsa qui.*—189 Unus Heins. *Noct. tacent med.* Et idem Cod. *L. anteit.*—190 *Luci* est pr. Mor. Arund. et duobus aliis; vulg. *lucis:* Bothius *luce;* h. e. Prævia Iris luce inficit tradendum Phœbo orbem.—195 Duo libri *proc. confinia.* Vitat Burm. dedit ex Gron. Bas. Cælest. et aliis; pro vulg. *fugit.*—

NOTÆ

186 *Emersas*] Annon ista vox noctem, quamlibet maximo conatu, videtur denique ex Chao aut æterno quadam barathro protrahere? Maxima est voluptas per hujuscemodi verba rerum granditatem experiri.

In lucem noctes] Jucunditatem observa, quam parit vocum pugna. Quid mutari non possit, siquidem noctes in diem abeunt? Sed hæc sunt poëtice conficta, siquidem ex scopo spectes.

187 *Jubar*] Splendorem intellige solis.

189 *Lucifer*] Stella est Veneris, quæ etiam Phosphorus dicitur, ideo albis equis vecta quod Solis ortum præcedat. Cum autem ejus occasum subsequitur, Hesperus appellatur.

191 *Tradendum*] Ut radiis suis illum collustret.

Pallantias] Aurora est, Pallantis Gigantis filia.

192 *Dei clypeus*] Solis orbis, qui clypei instar videtur. Ceterum hujusmodi diminutio non placet.

194 *Quod*] Veram hujus rei causam pete ex physicis.

196 *Dianæ*] Lunæ, quæ nunquam eodem permanet vultu; crescit semper aut decrescit.

Esse potest unquam: semperque hodierna sequente,
Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.
Quid? non in species succedere quatuor annum
Aspicis, ætatis peragentem imitamina nostræ? 200
Nam tener, et lactens, puerique simillimus ævo
Vere novo est. Tunc herba nitens, et roboris expers
Turget, et insolida est, et spe delectat agrestem.
Omnia tum florent; florumque coloribus almus
Ridet ager: neque adhuc virtus in frondibus ulla est. 205
Transit in Æstatem, post Ver, robustior Annus:
Fitque valens juvenis: neque enim robustior ætas
Ulla, nec uberior, nec, quæ magis æstuet, ulla est.
Excipit Autumnus, posito fervore juventæ
Maturus, mitisque, inter juvenemque senemque; 210
Temperie medius, sparsis per tempora canis.
Inde senilis Hyems tremulo venit horrida passu;

nocturnæ potest unquam esse eadem aut æqualis: et hodierna est semper minor sequenti si crescit, major si decrescit. Quid? annon vides annum præbentem imaginem nostræ vitæ abire in quatuor formas? Nam Vere novo est mollis et lactens, atque simillimus ætati pueri. Tunc herba splendens, et destituta viribus est tumida atque debilis, et spe recreat colonum. Tunc omnia florent, et dulcis campus ridet coloribus florum; neque adhuc ulla est potentia in foliis. Annus firmior concedit in Æstatem a Vere; atque fit fortis juvenis: neque enim ulla ætas firmior, nec fertilior; neque ulla est quæ magis ferveat. Autumnus compositus omisso ardore juventutis, atque lenis inter juvenem et senem, medius temperie, canis sparsis per tempora, hunc sequitur. Tum Hyems senilis et aspera, vel destituta suis comis, vel albus habens quas gerit,

197 In plurimis *usquam* pro *unquam*; et mox *hod. sequenti.*—199 *Succedere* Heins. recepit ex vett. pro vulg. *secedere.*—202 Alii legunt *herb. recens*; et sic Berolin. cum pr. Hamburg. et aliis; multi *virens.*—203 Unus Med. *invalida est.* Mox Berolin. *del. agrestes.*—205 *Ridet* ex uno Leid. et uno Voss.; vulg. *Ludit.*—208 *Æstuet* Heins. suadet ex pr. Pal. qui habet *æstuat*; ceteri *ardeat.*—210 Berolin. *mistusque virum juv.*—211 Pr. V. et N. *Temperiem med.* Vulg. etiam legitur *sparsus quoque temp.* Heins. reposuit *sparsis per* ex Arund. Zulich. et tribus aliis.—212 Unus liber *Hyems solido venit.* Unus

NOTÆ

198 *Contrahit*] Minuit; quod ex opposito *crescit* intelligitur: non ut inepte quispiam commentatus est.

206 *Annus*] Pro anni parte, æstate scilicet: quomodo et locutus Horatius.

208 *Æstuet*] Ex diversis cupiditatibus, itemque sanguinis calore et copia, maxime fervent juvenes.

211 *Canis*] Qui ad senectutem vergentes occupant: hinc autem nostri homines plurimos loquendi modos derivaverunt, qui nives in caput, glaciem in sanguinem, atque alia ejus generis induxerunt.

Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.
Nostra quoque ipsorum semper, requieque sine ulla,
Corpora vertuntur: nec, quod fuimusve, sumusve, 215
Cras erimus. Fuit illa dies, qua semina tantum,
Spesque hominum primæ materna habitavimus alvo.
Artifices Natura manus admovit, et angi
Corpora visceribus distentæ condita matris
Noluit; eque domo vacuas emisit in auras. 220
Editus in lucem jacuit sine viribus infans:
Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum:
Paulatimque tremens, et nondum poplite firmo
Constitit, adjutis aliquo conamine nervis.
Inde valens veloxque fuit: spatiumque juventæ 225
Transit: et, emensis medii quoque temporis annis,

succedit gressu tremulo. Nostra etiam corpora ipsorum mutantur semper sine ulla intermissione; neque erimus cras quod fuimus aut sumus. Fuit illud tempus quo semina duntaxat aut spes primæ hominum mansimus in utero materno. Natura adhibuit manus doctas; neque passa est corpora abdita in præcordiis matris torqueri; atque eduxit domo in spatiosum aërem. Infans eductus in lucem jacuit sine viribus; mox quadrupes, et promovit suos artus more brutorum; atque paulatim tremens et nondum certo poplite constitit, nervis sustentatis aliquo adminiculo. Postea fortis et celer fuit, et pervalit spatium juventutis; atque annis etiam medii temporis

æmula pass. Alii *horrida visu.*—213 Tert. Med. et sex alii *spol. suis.*—214 Bas. et duo alii *specie* pro *semper:* et in Berolin. omiss. *que.*—216 Unus Med. *fugit* pro *fuit;* et unus Leid. *fluit.*—217 Liber meus, *primæ matrisque habitavimus alvo:* Cælest. *primo matrisque, &c.* Ciofan. Multi *matris habitavimus;* sed, *materna habitavimus alvo* verum est; quomodo Thuan. quart. Med. pr. Bonon. pr. Mor. et nonnullæ editiones ex vetustioribus: *matura* pr. Pal. sic Gratius de cane generoso: 'Affectat materna regna sub alvo.' *Spesque hominis* pr. V. *Heins.* Τὸ *que* redundat, quare Cl. Heinsius legit *materna:* poterat tamen minori mutatione legi: *Spesque hominum primæ matris latitamus in alvo.* Græce ex Callimacho diceres ὑποκόλπιοι ἐτύχομεν. *Schepper.* apud Tan. Fabr. Ep. II. 71. *Spes hominum fuimus primæ genitricis in alvo* R. *spesque hominis* quatuor.—218 Tres libri *man. apponit: et.*—220 Berolin. *vac. immisit in.*—222 Pro *tulit* unus Heins. *trahens.* Mox tert. Gron. *membr. ferino.*—224 *Adjutis* plerique præstantiores; et sic vulg. Edd.; at alii Codd. *adjunctis:* nonnulli *adjutisque.*—226 *Emensis* ex Thuan. uno Bas. et uno Med. placet Heins.

NOTÆ

217 *Alvo*] Pro utero posuit, qui et Loci matrix vero ab imperitis dicitur, cum potius fœminam fœtus gratia comparatam significet, quo sensu Columella de gallinis; 'Octies anno pullos educat, si est bona matrix.'

220 *Domo*] Utero, scilicet.

222 *Quadrupes*] Reptans: videturque allusum ad Sphingis ænigma, 'Qui quadrupes foret, et bipes, et tripes unus et idem.'

224 *Conamine*] Serperastro puta, aut ejusmodi adminiculo.

Labitur occiduæ per iter declive senectæ.
Subruit hæc ævi demoliturque prioris
Robora: fletque Milon senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidorum mole tororum 230
Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
Flet quoque, ut in speculo rugas aspexit aniles,
Tyndaris: et secum, cur sit bis rapta, requirit.
Tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas,
Omnia destruitis: vitiataque dentibus ævi 235
Paulatim lenta consumitis omnia morte.
Hæc quoque non perstant, quæ nos elementa vocamus:
Quasque vices peragant, (animos adhibete,) docebo.

præteritis, labitur per devexum callem caducæ senectutis. Hæc frangit atque evertit vires ætatis præcedentis: atque Milon senex lacrymatur, cum videt illos lacertos qui fuerant pares Herculeis soliditate firmorum tororum pendere exhaustos et *flaccidos. Lacrymatur etiam Tyndaris, simul ac vidit rugas aniles in speculo; et secum perpendit, quamobrem sit bis rapta. Tempus edax rerum, tuque, vetustas odiosa, cuncta subvertitis, atque paulatim absumitis omnia lenta morte vitiata dentibus ætatis. Hæc etiam quæ nos appellamus elementa non consistunt: atque attendite, dicam, quas vices subeant.*

---

præ vulg. *emeritis.* Genevens. et unus Heins. *emeritos...annos.* Unus etiam *quoq. corporis ann.*—227 Pr. V. tert. Med. et duo alii *Lab. exiguæ p.* Deinde pr. Gron. *per ver decl.* Berolin. *pariter decl.*—228 Plurimi libri *Surripit hæc.* Quatuor *hoc ævi;* O. et tres *hæc ætas.*—229 Alii scribunt *Milo.* Mox Berolin. sic: *sen. conspectat...inanes;* unde Bothius conj. *inanis,* quod cum *senior* jungendum. Heidelb. *inane.*—230 *Mole* de suo dedit Heins. plurimi *more;* at *morte* vulg. edebatur.—231 Berolin. inverso ordine *fluid. simil.*—232 *In speculum* plurimi Codd. et quædam Edd. sed Burm. ex Epist. IX. 118. præfert *speculo.* Nonnulli etiam *conspexit* pro *aspexit.*—234 Liber Cælest. *invid. senectus.*—235 Quia *omnia* mox sequitur, propterea hic *Optima* scribendum putat Bothius. Jun. et duo libri *Omn. destituis.*—236 Sec. Pal. cum Berolin. et duobus aliis *nigra* pro *lenta:* Med. unus *summa:* Heins. conj. *lento...morsu;* Codd. tamen nonnulli *tabe,* quod neque temere repudiandum idem censet.—238 Nonnulli pro *vices*

NOTÆ

227 *Declive*] Utpote quod in mortem ruit.

229 *Milon*] Athleta fuit Crotoniata, tantis viribus ut nudæ dextræ uno ictu taurum interfecisse tradatur; humerisque per stadium sine fatigatione portasse. Dicitur insuper totum solus devorasse.

233 *Tyndaris*] Helena Jovis, sed Tyndari credita et Ledæ filia, a Theseo novennis rapta, quæ a fratribus Dioscuris Castore et Polluce recuperata, tum Menelao in matrimonium data, mox a Paride rapta, belli atque excidii Trojani causa fuit.

Fab. IV. Elementa in varias species.

Ipsa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari motibus suis: resolutam enim tellurem in aquas abire; attenuatam aquam efficere; et aëra rursus per eundem ordinem retexi: spissatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire: ceteraque rerum perinde variari; quæ tempus aut natura acceptas ab initio facies cogit amittere: eadem fluminibus etiam, fontibus, ac terrenis locis accidere.

Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa, suoque 240
Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur:
Et totidem gravitate carent; nulloque premente
Alta petunt, aër, atque aëre purior ignis.
Quæ quanquam spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis; et in ipsa cadunt: resolutaque tellus 245
In liquidas rorescit aquas: tenuatus in auras
Aëraque humor abit: demto quoque pondere rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo.

IV. *Mundus æternus habet quatuor corpora genitalia. Ex illis duo sunt gravia; et terra et aqua tendunt deorsum sua gravitate: atque totidem carent pondere; et aër et ignis purior aëre sursum feruntur nullo cogente. Quæ tametsi dissita sunt loco, tamen omnia generantur ex ipsis, atque in ipsa resolvuntur Atque terra tenuata rorescit in aquas fluidas: aqua resoluta mutatur in ventos atque aërem: sublata etiam gravitate aër subtilissimus exsilit in ignes supremos. Inde retro*

****

habent *vias;* et mox *peragunt.*—239 Unus liber *æt. geniulia;* octo *generalia.* Dein Berolin. *tempora mund.*—244 V. Med. et multi alii *spatio distent.*—246 *Rorescit* ex Thuan. vulg. *rarescit:* unus Mor. *inarescit;* et Pat. *clarescit.* Mox *tenuatus* Mycillus reposuit pro vulg. *tenuatur.*—247 In quibusdam *hum. habet: demt.:* nonnulli *adit:* Genevens. *alit.* Berolin. etiam *quoq. robore rurs.*—248 Unus Heins. *tenuiss. evolat ignes.*—249 In Berolin. *Jam* pro *Inde.*—250

NOTÆ

239 *Æternus*] Ex falsa Aristotelis opinione.

Genitalia] Elementa dicit, ex quibus omnia generantur: quanquam hodie non sine gravissima causa de eorum numero inter philosophos disputatur.

242 *Nulloque premente*] Scilicet! Multo aliter atque melius Cartesiana philosophia docet.

245 *Cadunt*] In elementa resolvuntur.

Ignis enim densum spissatus in aëra transit; 250
Hic in aquas: tellus glomerata cogitur unda.
Nec species sua cuique manet: rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat Natura figuras.
Nec perit in tanto quicquam (mihi credite) mundo:
Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur, 255
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante; morique,
Desinere illud idem: cum sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc; summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim. Sic ad ferrum venistis ab auro, 260
Sæcula: sic toties versa es, Fortuna locorum.
Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum: vidi factas ex æquore terras:
Et procul a pelago conchæ jacuere marinæ:
Et vetus inventa est in montibus anchora summis. 265
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum

feruntur; atque idem ordo retexitur. Namque ignis coneretus concedit in spissum aërem; hic in aquas; terra concrescit ex aqua coacta. Neque forma sua perstat cuique; et natura novatrix restituit formas rerum alias ex aliis. Neque quicquam evanescit in tanto orbe, mihi fidem habete; sed diverse mutatur, et novat speciem: et incipere esse aliud quam quod fuit prius dicitur nasci, atque cessare esse illud idem, interire. Quanquam forte illa sint transluta huc, atque hæc illuc, omnia tamen toto constant. Arbitratus equidem fuero nihil perstare diu sub eadem forma. Sic ab auro venistis ad ferrum, sæcula: sic toties mutata es, sors locorum. Ego vidi esse mare quod fuerat olim terra firmissima. Vidi terras natas ex mari: atque conchæ marinæ sparsæ sunt longe a mari; et antiqua anchora reperta est in supremis montibus. Fluxus aquarum fecit vallem quod fuit planities; et mons est mutatus

Pro *densum* unus Med. *pressum:* Mor. unus *spissum densatus:* Genevens. *densum spiratus.*—251 Nonnulli *Hinc* pro *Hic.*—252 Unus Leid. *Nec facies su.* —253 Liber Ciofan. *alias reddit N.* et ita novem; unus Med. *repetit.*— 254 Plurimi scripti *in toto quicq.*—257 Heins. malebat *cumque huc sint fors.*— 258 Pro *summa* Scaliger volebat *summæ*, vel *summo.* Heidelb. *omn. constent:* Med. unus *perstant.*—261 *Es* ex Codd. Vivian.; vulg. *est.*—266 *Tumulus* pro

NOTÆ

252 *Species*] Per figuras, quæ mox sequuntur, quas supra vagantes dixit imagines, ea species intelligitur.

260 *Ferrum*] Ad ferream ætatem, de qua libro primo.

263 *Factas*] Plurimas insulas apud Historicos immo et alias terras invenias, quæ suo tempore emerserunt. Quin et conchæ in altissimis montibus reperiuntur; unde ibi etiam aliquando mare fuisse colligitur.

Fecit: et eluvie mons est deductus in æquor:
Eque paludosa siccis humus aret arenis:
Quæque sitim tulerant, stagnata paludibus hument.
Hic fontes Natura novos emisit, at illic 270
Clausit: et antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt; aut excæcata residunt.

Fab. V. Amnis Lycus, in Regionem mutatus.

Amnem Lyciæ consumtum ostendit alias apparuisse, alias non.

Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alioque renascitur ore.

Fab. VI. Erasinus amnis, in Regionem similiter aliam.

Erasinus in Arcadia fluere visus, modo latens, terræ voragine absumtus, postea Argis est redditus voluntate Junonis.

Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus 275
Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis.

in planitiem diluvio: atque terra riget siccis glareis ex paludosa; et quæ loca *passa erant sitim, stagna facta paludibus sunt humida. Hic natura patefecit novos fontes, at illic repressit; et fluvii excitati antiquis terræ motibus erumpunt, aut obturati residunt.*

v. *Ita postquam Lycus est absorptus hiatu terreno, erumpit hinc procul, et exundat alio ore.*

vi. *Ita magnus Erasinus modo absorbetur; modo fluens operto gurgite renascitur in campis Argolicis.*

campus in uno Bas.—267 Pro *decursus* Heins. mallet *devectus* cum uno Bonon. et uno Mor.—270 Arg. et N. *nov. admisit;* tres *immisit;* Med. *transmisit;* Mor. *demisit.* Mox meliores *at:* vulg. *et.*—271 Heins. conj. *et aut quædam stimulata trem. ortis.* Pro *tam multa* Sixianus *concussa,* non improbante Heins. qui et *convulsa* suadet. Burm. putat, *tam multa* per interrogationem capiendum. Heins. etiam conjecerat *mutata* vel *tumulata.* At nihil horum satis placet Bothio; neque dubitat quin sic potius scripserit Ovidius: *at illic Clauserat antiquos. Tum multa tremoribus orbis, &c.*—272 Nonnulli *aut exsiccata;* Berolin. *excitata.*—273 Idem *lacus* pro *Lycus.*—274 Heidelb. *aliquoque,* quod non spernendum Bothius putat. In plurimis etiam scribitur *orbe* pro *ore.*—275 Quin-

NOTÆ

269 *Stagnata*] Stagna facta.

273 *Lycus*] Plures eo nomine fueruut fluvii; hic vero de eo agitur qui et Marsias a Livio dictus, Laodiceam Lydiæ urbem præterfluit.

274 *Procul*] Post quinque stadia

Fab. VII. Caicus fluvius in Regionem aliam similiter.

Caicum flumen Mysiæ aliis nunc ripis, aliis in initio fluxisse fertur.

Et Mysum capitisque sui ripæque prioris
Pœnituisse ferunt, alia nunc ire, Caicum.

Fab. VIII. Amenanus fluvius in terræ speciem.

Amenanum flumen Siciliæ intumescere, refluens interdum siccari.

Nec non Sicanias volvens Amenanus arenas
Nunc fluit; interdum suppressis fontibus aret. 280

Fab. IX. Anigrus flumen dulce in aquæ amaritudinem.

Anigrum flumen jucundissimam aquam sitientibus præstitisse: posteaquam Centauri ab Herculeis sagittis confecti cruorem in eo abluerint, aspero advenientes fugasse odore.

Ante bibebantur; nunc quas contingere nolis

VII. *Dicunt etiam Mysum piguisse et scaturiginis suæ et prioris ripæ, nunc fluere Caicum alia.*

VIII. *Amenanus quoque trahens arenas Siculas nunc currit, nonnunquam est siccus fontibus retentis.*

IX. *Anigros antea potabatur; nunc emittit aquas, quas fugias tangere, ex quo*

que libri *Sic ubi comb.* In plurimis vett. *combibitur;* at vulg. *cum bibitur. Tacito* etiam nonnulli pro *tecto;* et in Fr. multisque aliis *modo toto gurg.*— 276 Tres libri *surgens* pro *ingens.*—277 Codd. multi *Emissum, Promissum, Et missum* vitiose.—278 Pro *alia* plurimi *alias,* vel *alio;* Bothius conj. *aliis;* i. e. capite et ripa.—279 Alii scribunt *Amasenus* vel *Amasenos;* in uno Mor. *Erasenis.* Vid. Heins. notam in Not. Var.—280 Unus Med. *Nunc furit.* Leid. *supremis* pro *suppressis.* Tert. Med. et unus Heins. *font. hæret.*—

NOTÆ

circiter. De quo fluvio Plinius et Seneca.

276 *Erasinus*] Fluvius est Arcadiæ, qui a Stymphalide palude ortus, unde et Stymphalus dictus, postquam terras subiit, rursus in Argolico agro erumpit, atque Erasinus dicitur.

277 *Mysum*] Mysiæ fluvius terra haustus, fontem, alveum, et nomen mutavit, nunc Caicus dictus.

279 *Amenanus*] Exiguus fluvius Siciliæ, ex Ætna monte per agrum Ca-

Fundit Anigros aquas: postquam (nisi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

FAB. X. Hypanis amnis in aquæ amaritudinem similiter.

HYPANIN Scythiæ amnem, marini factum liquoris ait, cum fuerit in initio dulcissimi, ob fontem regionis ejusdem in eum influentem.

QUID? non et Scythicis Hypanis de montibus ortus, 285
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

FAB. XI. Antissa, Pharos, et Tyros insulæ in Scopulos mutatæ.

ANTISSA et Pharos, item Tyros, in Phœnicia insulæ fuerunt, nunc vero continenti conjunctæ.

FLUCTIBUS ambitæ fuerant Antissa Pharosque,
Et Phœnissa Tyros: quarum nunc insula nulla est.

(nisi omnis fides est tollenda poëtis) bimembres illic laverunt plagas, quas arcus Herculis clavigeri inflixerat.

X. *Quid? annon Hypanis fluens ex montibus Scythicis qui erat dulcis, corrumpitur salibus amaris?*

XI. *Antissa et Pharus et Tyrus Phœnissa fuerant circumdatæ fluctibus, ex quibus nulla nunc est insula.*

281 Ex duobus Med. Burm. recepit *bibebantur;* ceteri *bibebatur.* Unus etiam Med. *quas attingere nol.*—282 Alii scribunt *Anigrus;* Leid. et quatuor alii *Anagros.*—283 Unus Bonon. *Surripienda fid.*—284 N. *quæ fixerat H.*—285 Bernegg. et septem alii *Scythiis;* pr. Hamburg. *Scythis.* Berolin. habet *et creticis hispanis mont.* Pr. Gron. *de fontibus.*—286 Bernegg. et Arund. pro var. lect. et Barb. *dulc. sale nunc vit. amaro.*—287 Tert. Bonon. *ambit. fuerunt.*

NOTÆ

tanensem fluens.

282 *Anigros*] Hic fluvius est Peloponnesi in Elide, de quo aliter quidem alii fabulantur, sed quæ referre non tanti duxeris.

283 *Bimembres*] Centauros dicit ab Hercule vulneratos atque profligatos.

285 *Hypanis*] Sarmatiæ est Europææ, qui in Borysthenem, deinde in Pontum Euxinum defluit: hodie *le Bog* dicitur.

287 *Antissa*] Insula fuerat, quæ Lesbo, Ægæi maris insulæ, contra Troadem fuit adjecta.

Pharos] Hæc quoque olim insula Ægypto annexa fuit; ubi celeberrima

Fab. XII. Leucades insulæ tres in Montium species, et Zancle insula in Scopulum.

Item Leucades insulæ tres in salo sunt nunc, a fluctibus olim relictæ. Item Zancle, olim conjuncta Italiæ, nunc freto discriminatur. Quod propterea contigit, quod Latonæ sedes est ibi negata.

Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circueunt. Zancle quoque juncta fuisse 290
Dicitur Italiæ: donec confinia pontus
Abstulit; et media tellurem repulit unda.

Fab. XIII. Helice et Buris oppida in Scopulos similiter.

Helice et Bura, Achaiæ urbes, ponto voratæ sunt.

Si quæras Helicen et Burin, Achaidas urbes,
Invenies sub aquis: et adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis. 295

xii. *Antiqui incolæ habuerunt Leucadem cohærentem, nunc maria circumfluunt. Zancle etiam dicitur fuisse connexa Italiæ, donec mare abripuit confinia, atque removit terram interjecta aqua.*

xiii. *Si quæras Helicen et Burin oppida Achaica, reperies sub aquis; et nautæ solent adhuc monstrare urbes depressas cum muris submersis.*

—292 Unus Heins. *tell. depulit und.*—294 Mor. unus *ostend. Nymphæ.*—295

NOTÆ

illa turris plurimis tabulatis excelsa, eodem nomine, quam quidam Sostratius Gnydius pro navigantium salute exstruxit.

288 *Tyros*] Urbs fuit Phœniciæ opulentissima, quæ Alexandri Magni tempore insula fuit, ut ex Curtio aliisque liquet. Hodie *Sur* aut *Sour* dicitur, quanquam in ruinis jacet, nisi forte paucæ supersunt domus.

289 *Leucada*] Nunc insula est maris Ionii quæ Gall. dicitur *de Sainte Maure*, Epiro ponte ligneo annexa.

290 *Zancle*] Messana est, quæ *Messine* Gall. urbs Siciliæ, quam, simul et totam insulam, pontus ab Italia divisit.

292 *Repulit*] Uti quidem videtur oculis: ceterum non repulsa insula, sed pars ea terræ ablata quæ Siciliam Italiæ committebat.

293 *Helicen*] Oppidum Achaiæ in ora sinus Corinthiaci, aquis propemodum absorptum.

Burin] Buris seu Bura urbs fuit

Fab. XIV. Area in Tumulum mutata.

Tumulum secundum Trœzena urbem ex area factum ait, eruptione spiritus qui terræ increverat.

Est prope Pittheam tumulus Trœzena, sine ullis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, cæcis inclusa cavernis,
Expirare aliqua cupiens, luctataque frustra 300
Liberiore frui cœlo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec pervia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet, aut derepta bicorni
Terga capro. Tumor ille loco permansit; et alti 305
Collis habet speciem: longoque induruit ævo.

xiv. *Est collis excelsus sine ullis arboribus prope Trœzenen Pitthæan, olim area campi planissima, nunc collis: nam, res horrenda relatu, vis sæva ventorum repressa obscuris speluncis, nitens aliqua expirare, atque luctata incassum frui cœlo ampliore, cum nullus esset hiatus in tota caverna, neque esset pervia flatibus, distendit terram tumefactam; sicut spiritus oris solet inflare vesicam, vel pellem detractam capro bicorni. Ille tumor permansit loco, et habet figuram excelsi tumuli; atque solidatus est longo tempore.*

Sec. V. et unus Heins. *oppid. versis.*—296 *Pitthean* in plurimis Codd. Burm. vero *Pittheam* scribit, quia adjectivum.—300 Barb. Gron. et alius *Et spirare aliq.*——302 Schepp. apud Tan. Fab. conj. *Null. foras tot.* Bothius malebat *nec par via flatibus isset.*—303 Med. Pal. Heidelb. et Thysii *Extensam:* et Pal. sec. et Med. unus *patefecit hum.*—304 Berolin. *Tend. vesicas.* Mox de suo Heins. dedit *derepta;* vulg. *direpta;* unus Mor. *erepta.* Dein Bernegg. Arund. N. et alii exhibent *bicorni;* et vs. seq. *capro,* pro vulg. *bicornis...capri.*—305 *Loco* ex

NOTÆ

etiam Achaiæ, superiori proxima, terræ motu etiam in aquas demersa.

296 *Pittheam*] Pitthei Æthræ patris patria fuit Trœzen, urbs Peloponnesi in ora meridionali sinus Saronici.

299 *Ventorum*] Atque ignis subterranei.

305 *Terga*] Utres dicit, quibus vinum atque oleum continetur. Vel folles ludendi gratia inflatos. *Des outres,* ou *des ballons.*

Fab. XV. Fons in Africa Ammonis in Glaciem convertitur.

Fons in Africa Ammonis solis ortu obituque calescit, postmodum in glaciem vertitur.

Plurima cum subeant, audita aut cognita vobis,
Pauca super referam. Quid? non et lympha figuras
Datque capitque novas? medio tua, corniger Ammon,
Unda die gelida est: ortuque obituque calescit. 310

Fab. XVI. Fons Athamanis lignum accendit.

Athamanis Thessaliæ regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.

Admotis Athamanis aquis accendere lignum
Narratur; minimos cum Luna recessit in orbes.

xv. *Cum plurima occurrant vobis audita aut cognita, pauca insuper narrabo. Quid? Annon aqua dat atque accipit novas figuras? Tua aqua, Ammon cornute, gelida est de die, accedente et recedente eo calescit.*

xvi. *Athamanis aquis admotis dicitur accendere lignum, cum Luna abiit in minimos orbes.*

uno Heins. vulg. *loci.*—306 A. *indur. usu;* Leid. *alvo.*—307 *Vobis* Heins. recepit ex quatuor scriptis; alii *nobis*, quod et Bothius rectum putat.—308 Heidelb. *repetam* pro *referam.*—311 Alii scribunt *Athamantis:* Tan. Faber censet legendum *Athamanes;* et vs. seq. *Narrantur.*—312 Exc. Calandr. et

NOTÆ

309 *Ammon*] Jupiter Ammon, si credis fabulæ, cornutus, a Baccho filio cultus, quod sitienti in Libyæ desertis aries quidam, quem ille Jovem est arbitratus, pedibus terram fodiens fontem monstravit: cui templum ibidem erexit. Ammon dicitur ab Hebræo *Hammah*, quod calere est: atque Sol intelligitur, qui, docente Macrobio, idem est qui Jupiter, cui pro radiis cornua, quæ eodem nomine ab Hebræis efferuntur, ab imperitis attributa sunt. Quanquam ab Hamo vel Chamo Noë filio, quem pro Deo ejus posteri coluerint, Jovem Ammonem, vel Hammonem dictum volunt.

310 *Unda*] De eo fonte Plin. l. II. c. 103. Curtius l. IV. Arrianus l. II. Lucret. l. VI. Miraculi autem illius rationem reddent physici, quam hic prolixum esset inculcare.

311 *Athamanis*] Fuerunt Athamanes populi Epiri, apud quos fons Dodonæus, qui accensas faces extingue-

Fab. XVII. Flumen Ciconum bibentes in Lapidem mutantur.

Flumen quoque apud Ciconas est, ex quo qui bibit in lapidem convertitur.

Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus.

Fab. XVIII. Crathis et Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.

Crathis amnis, et ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.

Crathis, et huic Sybaris nostris conterminus arvis, 315
Electro similes faciunt auroque capillos.

xvii. *Cicones habent fluvium, qui potus reddit præcordia lapidea; qui inducit saxum rebus tactis.*
xviii. *Crathis et Sybaris huic conterminus in nostris campis, reddunt crines similes electro atque auro.*

unus Med. *L. recrescit in.*—313 Med. *quod potu.* Bonon. etiam *sax. reddat:* et tunc seq. vs. *inducat* legendum; pro quo *indurat* est in Sixii Cod. et in uno Mor.—315 In uno Med. *et hic S.* at *huic* Heins. dedit ex pr. Pal. et uno Leid. vulg. *hinc:* et sic *nostris* pro *vestris,* et *arvis* pro *oris.*—316 In pr. Mor. et

NOTÆ

ret, extinctas accenderet. De eo Solinus, Plinius, Lucretius, alii.

312 *Minimos*] Quando ad defectum accedit.

313 *Cicones*] Thraciæ esse populos jam sæpe diximus. Fluminis autem, de quo hic agitur, nomen nuspiam apparet, quod sciam, nisi forte Hebrus est. Sic de eo Plinius, ‘ In Ciconum flumina et in Piceno lacu Velino lignum dejectum lapideo cortice obducitur.’ Ipse autem in agro quodam Miraballensi, Pictaviensis Provinciæ, fui, ex quo pyra collecta in lapidem concreta, quæ cum multis aliis exquisitis in videndo suo repositorio curiose servabat, ringentibus licet improbis calumniatoribus, clarissimus Dhuissæus, vir optimus, dum vixit mihi amicus. Immo segmentum ostendit naturæ lapideæ, in quod lignum, vetustate quasi consumtum, ferrum rubigine corrosum, lapis emortuæ mollitiæ in unam ponderosissimam atque durissimam massam coaluerant.

315 *Crathis*] Hic et Sybaris fluvii sunt Calabriæ in extrema Italia ortum versus.

Fab. XIX. Salmacis fontem qui contingit in mollitiem vertitur.

Salmacis fons in Caria contactu sui liquoris cogit in mollitiem corporis obscœni verti: quod beneficio Mercurii et Veneris dicitur esse factum.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores.
Cui non audita est obscœnæ Salmacis undæ?

Fab. XX. Lacum Æthiopiæ qui bibit in insaniam aut in soporem vertitur.

Lacus est in Æthiopia, qui, hausto liquore ad sitim sedandam, aut in insaniam aut in soporem vertit.

Æthiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit, 320
Aut furit; aut mirum patitur gravitate soporem.

XIX. *Et quod magis stupendum, sunt aquæ quæ possint vertere non tantum corpora sed etiam mentes. Cui non cognita Salmacis aquæ turpis?*

XX. *Et lacus Æthiopes? quos si quis duxit gutture, vel furit, vel patitur somnum stupendum gravitate.*

sec. A. *auroq. lapillos.*—317 Berolin. *mir. est.*—318 *Verum animos hominum* Leid. et tres alii: *Verum etiam mores possunt mut.* unus Mor. *soleant mut.* unus Heins.—319 *Undæ* pro vulg. *unda* Heins. reposuit cum Bernegg. N. pr. R. utroque Erfurt. pr. Mor. et Pal. et sex aliis.—320 Nonnulli *Æthiopumque.*

NOTÆ

319 *Salmacis*] De eo Cariæ fonte supra I. v. 285.

320 *Æthiopes*] Solinus locum etiam in Æthiopia esse dicit, quo perfusa corpora, velut oleo nitescunt. Sunt autem Æthiopes Africæ populi, vastissimam regionem cis et ultra Æquatorem extensam incolentes, qui se omnium hominum primos esse olim contenderunt.

321 *Gravitate*] Veternum dicit.

Fab. XXI. Clitorum fontem qui bibit odium vini capit.

Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit: quod Melampus Amithaonis filius, Prœtidas cum ab insania liberasset, novissime remedia in eum projecisse fertur.

Clitorio quicumque sitim de fonte levarit,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aqua calido contraria vino:
Sive, quod indigenæ memorant, Amithaone natus, 325
Prœtidas attonitas postquam per carmen et herbas
Eripuit furiis; purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

Fab. XXII. Lyncestium amnem qui bibit in ebrietatem convertitur.

Lyncestius amnis Thraciæ hanc vim obtinet, potestate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.

Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicumque parum moderato gutture traxit, 330
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

XXI. *Quisquis sedaverit sitim ex fonte Clitorio odit vinum, atque sobrius amat puras lymphas; seu virtus est in aqua contraria vino calido; sive, quod indigenæ referunt, filius Amithaonis, postquam abstulit furiis per carmen et gramina Prœtidas deliras, abjecit in illas aquas medicamenta mentis: et odium vini permansit in aquis.*

XXII. *Fluvius Lyncestius labitur dissimilis effectu huic, quem quisquis hausit faucibus avidis, non secus vacillat, quam si potasset vinum purum.*

Plurimi etiam *quos quisquis fauc.*—322 Libri quidam vett. *font. levavit.*—324 Berolin. *in aquis.* Mox Mor. unus *valido contr.*—327 Pr. Mor. *purg. cædis in.* —328 Sec. Pal. et duo alii *Mersit aq.*—329 *Huic* Heins. recepit ex castigationibus pro vulg. *Hinc.* Nonnulli etiam *Lynchestius,* vel *Lichestius.*—330 Non-

NOTÆ

322 *Clitorio*] Pausanias fluvium vocat Clitorem, juxta oppidum Clitorium; estque Arcadiæ in Peloponneso non longe a sinu Corinthiaco.

325 *Amithaone*] Melampus est medicus, qui Iphianassam, valetudini etiam restitutis sororibus Mera, Euryale, atque Lysippe, uxorem duxit.

326 *Prœtidas*] Filiæ fuerunt Prœti Argivorum regis, quæ, immissa a Ju-

Fab. XXIII. Aqua lacus Phenei nocte fuit noxia.

In Arcadia secundum Phenon urbem aquæ feruntur, quæ potæ nocte nocent, luce autem innocuæ cognoscuntur.

Est locus Arcadiæ (Phencon dixere priores)
Ambiguis suspectus aquis. Quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ. Sine noxa luce bibuntur.

Fab. XXIV. Symplegades cautes in Petras redactæ.

Ortygia insula olim mobilis erat. Symplegades quoque cautes in Ponto concurrentes, flatibus solitæ moveri, nunc fixæ fundamentis tenentur loco.

Sic alias aliasque lacus et flumina vires 335
Concipiunt. Tempusque fuit, quo navit in undis,
Nunc sedet Ortygie. Timuit concursibus Argo

XXIII. *Est locus Arcadiæ (veteres appellaverunt Pheneon) non tutus aquis ambiguis: quas nocte reformida; haustæ de nocte obsunt. Securæ potantur de die.*
XXIV. *Ita lacus et amnes habent alias atque alias virtutes. Tempus fuit, quo Ortygia fluitavit in undis, nunc stat. Argo reformidavit Symplegadas divisas con-*

nulli libri *gurgite* pro *gutture;* unus *carmine.*—331 Berolin. *Non alit.*—332 *Locus* Heins. dedit ex pr. Gron. tert. Med. Urbin. et aliis pro vulg. *lacus.* Alii etiam scribunt *Phencum:* multi etiam vett. *Phœnon,* vel *Phenon.*—333 Tert. Med. *Amb. spectatus aq.* Leid. *susceptus.* Mox Bas. pr. *noct. timete.*—334 Sec. V. *bibentur.*—336 Leid. et duo alii *Accipiunt: temp.*—339 Thysii *un-*

NOTÆ

none aut Venere vesania, sese vaccas esse crediderunt.

329 *Lyncestius*] Lyncestis aqua in Macedonia vini modo temulentos facit. Plin. l. II. c. 103.

332 *Phencon*] In Arcadia, quæ Achaiæ regio est maxime a mari remota, oppidum est eo nomine, e cujus paludibus Ladon profluere scripsit Plinius. Aquam autem, de qua hic Ovidius videtur intelligere, Pausanias Stygem vocari ait ab Arcadibus: quanquam de lucis atque noctis discrimine nihil meminit.

337 *Ortygie*] Delos est, maris Ægæi, Cycladum insula clarissima, a coturnicum copia Græce sic dicta, quæ olim fluitans, aut mari obruta, Latonæ locum ad pariendum quærenti ut commodaret repente constitit.

Argo] Nomen est navis, qua Argonautæ Colchos ad vellus aureum surripiendum profecti sunt.

Undarum sparsas Symplegadas elisarum;
Quæ nunc immotæ perstant, ventisque resistunt.

Fab. XXV. Ætna mons Siciliæ in Ignem.

Ætna mons Siciliæ in ignem verti cœpit, cum initio rignerit.

Nec, quæ sulfureis ardet fornacibus, Ætne 340
Ignea semper erit: neque enim fuit ignea semper.
Nam sive est animal tellus, et vivit, habetque
Spiramenta, locis flammam exhalantia multis;
Spirandi mutare vias, quotiesque movetur,
Has finire potest, illas aperire cavernas: 345
Sive leves imis venti cohibentur in antris;
Saxaque cum saxis, et habentem semina flammæ
Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem;

cursibus undarum fractarum; quæ nunc consistunt immotæ, et resistunt ventis.

xxv. *Neque Ætna, quæ flagrat fornacibus sulfureis, semper ardebit; neque vero fuit semper incensa. Nam seu terra est animal, et vivit, et habet æstuaria expirantia ignem multis locis, potest mutare vias expirandi, et quoties movetur obstruere has speluncas, aperire illas: seu subtiles venti coërcentur in infimis cavernis, atque jactant silices cum silicibus, et materiam continentem semina flammæ, ea rapit ignem*

disque resist.—340 *Ætne* ex Bernegg. Thuan. Arund. et duobus aliis: alii *Ætna.*—344 Nonnulli *vices* pro *vias.*—345 Med. unus *Has furare pot.* quod Burm. conj. pro *turare*, quod forte apud vett. in usu fuerit, quanquam ejus composito 'obturare' frequentius usi sint. Heins. volebat *Hac operire p. illac a.* Ms. Bersm. *alias aper.*—348 Alii *Materiam.* Dein unus Med. *captant.* Unus

NOTÆ

338 *Symplegadas*] Symplegades, quæ et Cyaneæ dicuntur, insulæ sunt contra Bosphorum Thracium, quæ, ut inquit Plinius, a poëtis olim concurrisse finguntur, quoniam parvo discretæ intervallo, ex adverso intrantibus geminæ esse videntur, paululumque deflexa acie coëuntium speciem præbebant. Qua ex fabula quantum ceteris confidendum quivis nemine admonente intelligat.

340 *Ætne*] Mons Siciliæ notissimus, de quo jam toties, qui flammas eructat. *Le mont Gibel.*

342 *Sire*] Confiteamur oportet nostram crassissimam ignorantiam, qui in dubia tam absurda incidamus, neque ea liceat satis expedire. Quanquam, utut et ab aliis sit istud serio propositum, neque inepte ventilatum, non amplius incertum quenquam retinere posse videtur.

348 *Materiem*] Sulfur, scilicet, et bitumen ex saxorum collisione excusso igne incendi possunt.

Antra relinquentur sedatis frigida ventis:
Sive bitumineæ rapiunt incendia vires, 350
Luteave exiguis arescunt sulfura fumis.
Nempe ubi terra cibos alimentaque pinguia flammæ
Non dabit, absumtis per longum viribus ævum,
Naturæque suum nutrimen deerit edaci;
Non feret illa famem: desertaque deseret ignes. 355

Fab. XXVI. In Pallene, urbe Tritoniacæ paludis, attactu vertuntur homines in Volucres.

In Pallene, quæ sub Aquilone jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem mersi sint.

Esse viros fama est in Hyperborea Pallene:
Qui soleant levibus velari corpora plumis;
Cum Tritoniacam novies subiere paludem.

conflictu; cavernæ destituentur frigidæ ventis compositis: sive vires bitumineæ concipiunt flammam, vel flava sulfura exsiccantur fumis exiguis; scilicet postquam terra non præbebit escam et fomenta pinguia igni, viribus exhaustis per longum tempus; atque suum alimentum destituet naturam voracem, illa non tolerabit famem, et destituta destituet ignes.

xxvi. *Dicunt esse homines in Pallene hyperborea, qui soleant habere corpus tectum levibus plumis, postquam ingressi sint novies paludem Tritoniacam.*

etiam *quæ* pro *ea*; Barb. *bis*; et quatuor *jam*.—349 Multi *Antr. relinquuntur*; unus *relinquantur*.—351 Berolin. *Luteaque*. Mox Heins. mallet *assiduis* vel *irriguis*. Plurimi etiam *ardescunt*. Unus Heins. *sulf. ventis*; complures alii cum Heidelb. et Berolin. *flammis*.—352 Gryph. Bersm. et aliæ Edd. *ut* pro *ubi*. Mox unus Mor. *alimentaq. mitia fl.*—354 Cod. Menard. *Materiæque*. Quidam alii *decr. nutr.* inverso ordine.—357 Alii *Quis sol.* Mox Cant. et alius

NOTÆ

350 *Bitumineæ*] Est bitumen limus quidam piceæ et sulfureæ naturæ.

354 *Naturæque*] Nempe bitumineæ et sulfureæ.

356 *Pallene*] Est quidam mons Thraciæ, seu Macedoniæ: verum de hac Hyperborea neque de Tritoniaca palude alibi quicquam extat, quod sciam. Herodotus in Melpomene pennas has interpretatur Hyperboreorum nives; quas pinnarum similitudine illic assidue cadere testatur Plinius. Namque Hyperborei, quanquam alibi ab aliis in Scythia, Sarmatia Asiatica, Moscovia, &c. ad Septemtrionem ab omnibus constituuntur, a quibus et ultra quos incipit flare Boreas.

Fab. XXVII. Scythides fœminæ attactu veneni in Aves mutantur.

Scythides, in Scythia fœminæ, venenis sparsæ, corpora immutant, se in aves transfigurantes.

Haud equidem credo : sparsæ quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur easdem. 360

Fab. XXVIII. Ex vitulis Apes nascuntur.

Ex vitulis apes nascuntur : quas Aristæus fertur invenisse.

Si qua fides rebus tamen est addenda probatis,
Nonne vides, quæcumque mora fluidove calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti ?
I quoque, delectos mactatos obrue tauros ;

XXVII. *Non equidem fidem adhibeo,* ceterum *Scythides habentes artus delibutos medicamine dicuntur exercere easdem artes.*

XXVIII. *Attamen si qua fides adhibenda rebus confirmatis, nonne cernis quæcumque corpora tabuerint tempore vel calore fluido mutari in exigua animalia ? Ito*

sol. niveis vel.—359 Malebat Heins. *eq. credas : sp.* Mox multi Codd. *membr. venenis.*—361 N. unus R. et unus Mor. *est adhibenda.*—362 In quibusdam *fluidoque.*—363 Plurimi *Corp. tabescunt,* et Barb. *tabescant ;* Med. et Bersm. *tabuerunt.*—364 Versus mendosissimus. Videamus diversas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque dilectos* N. *Hos quoque dilectos* Bernegger. *I tam delectos* Urbin. *I quoque dilectos* Cant. pr. Hamburg. et viginti circiter alii : tres, *Dis quoque delectos :* quatuor, *Hinc quoque.* Arund. et tres alii, *Hos quoque :* unus Sixii, *Huic :* alius, *Is :* quart. Med. *Hic :* unus meus, *Inque delectos :* unus Gronov. *Hic quoque dejectos :* pr. Pal. veterrimus *I quoque dilecto,* vel, *Dis :* unus Med. *I quoque delecto :* unus Vatic. *I nunc quoque delectos :* Jun. *I quoque delectas :* fragm. Boxhorn. *In quoque dilecto :* unus Ciofani, *dejectos :* Grævianus, *Hinc quoque dilectos.* Puto scribendum esse, *I scrobe delecto mactatos obrue tauros.*

NOTÆ

360 *Scythides*] Scythicæ mulieres, quæ se in aves mutare dicebantur : atque etiam hodie veneficæ insignes existimantur.

Easdem] Ut sese in aves convertant.

363 *Animalia*] Vermes scilicet, et ejus generis insecta. Quanquam hodieque ea de re nonnulli, frustra tamen, dubitant.

364 *Tauros*] Idem testatur Plinius, fimoque dicit obruenda viscera. Vir-

(Cognita res usu) de putri viscere passim 365
Florilegæ nascuntur apes. Quæ more parentum
Rura colunt: operique favent; in spemque laborant.

Fab. XXIX. Ex equo Crabrones.

Ex equo putrefacto crabrones nasci potuisse primum proditur.

Pressus humo bellator equus crabronis origo est.

Fab. XXX. Ex cancro Scorpius.

Cancrum, demtis brachiis si terræ subjicias, scorpius nascitur.

Concava littoreo si demas brachia cancro;

etiam, defodito tauros delectos jugulatos (res est comperta experientia) apes florilegæ nascuntur passim de corruptis præcordiis, quæ colunt agros more parentum, atque urgent opus, et laborant in spem.

XXIX. *Equus bellator terra obrutus est parens crabronis.*

XXX. *Si tollas brachia curva cancro littoreo, submittas reliqua terræ, scorpius*

vel, *delecta:* est enim communis generis *scrobs:* nam in Thuaneo optimo est, *His quoque.* Nihil equidem evestigare possum, quod propius accedat ad scripturam veterem. Possis etiam, *scrobe depresso.* Ausonius ad Paulinum, 'Depressis scrobibus vitium regale minister Credidit.' An *scrobe repleto?* ut apud Virgil. Georg. II. 235. 'scrobibus superatur terra repletis.' *Heins.* Certe, *delectos mactatos,* unico quasi spiritu dixisse Ovidium nunquam crediderim, licet duobus epithetis usos aliquando poëtas supr. ad vs. 229. viderimus: *mactatos* vero a glossatore profectum, qui *dejectos* ita interpretabatur, quæ vox deinde in textum reposita alteram exturbavit, quæ tellurem, qua obrui taurus debet, significabat. Ego, donec melius occurrat, legerem, *I scrobe sub tecta dejectos obrue tauros:* tectam enim fuisse scrobem Maro dicit Georg. IV. 294. ubi plura; vide et Fast. I. 377. de apium ex bove natalibus scripsit etiam opus, Βουγονίαν dictum, Eumelus poëta; de quo vide ad Euseb. Chron. MCCL. Scaligerum. Vide et Antigon. Caryst. Mirab. Hist. 23. ubi et de similibus generationibus alia habet. *Burm.* Bothius malebat *Inque loco lecto.*—365 Plurimi *visu* pro *usu.*—366 Multi Codd. cum Bersm. *Florigeræ.* Decem etiam vett. *nascentur;* quod si legeris, Heins. in seq. vs. sic conj. *R. colant: o. vacent; in s. laborent.* Leid. *in speque;* at Jun. *semperque.* Ms. Bersm. *laborent.*—368 Med. et Mor. *Press. humi.* Mox tres

NOTÆ

gilius idem. Ceterum haud equidem scio, anne illi vera prædicent. Plurima intra naturæ vires continentur, quæ temere respuere, ut solent nonnulli, quia non capiunt, maximæ mihi dementiæ esse videtur.

367 *Spem*] Tum mellis, tum futuri examinis.

368 *Crabronis*] Vespas atque crabrones ex equorum cadavere nasci

Cetera supponas terræ; de parte sepulta 370
Scorpius exibit: caudaque minabitur unca.

Fab. XXXI. Bombyces in Papiliones.

Bombyces, quæ folia filis intexunt, in papiliones vertuntur.

Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineæ, (res observata colonis)
Ferali mutant cum papilione figuram.

Fab. XXXII. Ranæ ex limo.

Ranæ nascuntur ex limo sine pedibus; mox natando pedes increscunt.

Semina limus habet virides generantia ranas: 375
Et generat truncas pedibus. Mox apta natando

prodibit ex parte defossa, et minabitur cauda recurva.

XXXI. *Tineæ etiam agrestes, quæ solent involvere folia candidis filis (res observata ab agricolis) mutant formam cum papilione ferali.*

XXXII. *Cœnum habet semina generantia virides ranas, et gignit pedibus mutilas:*

Codd. *scrabonis orig.*—370 H. vs. omittit Isidor. Etym. XI. 4. In præcedenti etiam habet *littorei...cancri.* Voss. *Cet. suppones;* et duo alii *terra.*—371 A. et Berolin. *Scorp. exiliet.*—372 Pro *canis* Thuan. et pr. Bonon. *cæcis;* pr. Mor. et duo alii *albis.* Mox unus Heins. *sylvis* pro *filis.* Leid. *foliis frondes* [vel *flores*] *intexere canis;* vel *foliis fila incanescere canis.*—373 Tert. Gron. *observ. Latinis.*—374 Unus *in* pro *cum:* duo etiam *papil. figuras.*—375 Bas. et quatuor alii *vir. gignentia ram.* unus *gravantia;* pr. Gron. *imitantia.*

NOTÆ

testatur etiam Varro.

371 *Cauda*] In qua aculeum habet et venenum.

373 *Tineæ*] Bene *agrestes* dixit; namque domesticæ vestes præsertim aut etiam alvum infestant, quanquam lumbrici magis appellantur posteriores vermiculi. Illas quod attinet passim conspiciuntur, quæ semen suum filis aranearum haud absimilibus involvunt, atque in foliis arborum ponunt, unde innumeri suo tempore erumpunt vermes.

374 *Ferali*] Papilio, inquit Plinius, lucernarum luminibus advolans, inter mala medicamenta numeratur. Cui contrarium jecur caprinum, sicut fel veneficiis ex mustela rustica factis.

375 *Semina*] Quæ ova esse videntur conglobata, pisorum magnitudine.

376 *Truncas*] Ita quidem videntur: ceterum pedes simul cum iis natos, at

Crura dat. Utque eadem sint longis saltibus apta,
Posterior partes superat mensura priores.

Fab. XXXIII. Ursa lambendo fingitur ex frusto carnis.

Ursæ carnem pariunt, eamque lambendo in figuram sui convertunt.

Nec catulus partu, quem reddidit ursa recenti,
Sed male viva caro est. Lambendo mater in artus 380
Fingit: et in formam, quantam capit ipsa, reducit.

Fab. XXXIV. Apes initio vermes, postea speciem suam accipiunt.

Apes initio truncæ, ut vermes, nascuntur: postea corporis partes ac pennas accipere produntur.

Nonne vides, quos cera tegit sexangula, fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci,
Et serosque pedes, serasque assumere pennas?

mox præbet pedes idoneos natando: atque ut ii sint utiles ad longos saltus, mensura posterior superat partes priores.

XXXIII. *Neque est catulus, quem ursa emisit recenti partu, sed caro male viva. Mater fingit in membra lambendo, atque reducit in formam qualem ipsa habet.*

XXXIV. *Nonne cernis fœtus apium melliferarum, quos cera sexangula obvolvit, exoriri corpora sine membris, atque capere tardos pedes, et tardas alas?*

———————

—376 Med. *Sed gen.* et Berolin. *generant.* Fr. *truncis ped.*—378 Berolin. *sup. part.*—379 Heins. malit *quod reddid.*—380 In Berolin. omiss. *est.*—381 Nonnulli *qualem* pro *quantam.* Arg. et Cælest. *cupit ips.*—382 Pro *tegit* Mor. *regit;* Pat. *gerit;* Leid. et Med. *capit.*—283 Unus Mor. *Melliferas.*—384 Unus Mor. *Mox serosq.* Berolin. *Seros atq. pedes.* Bas. et A. *et seras sumere*

NOTÆ

contractos et quasi in ceteris partibus delitescentes crediderim.

378 *Posterior*] Istud etiam in leporibus conspicitur.

379 *Nec catulus*] Istud falsum.

381 *Pennas*] Apium pennæ seu alæ nullus nescit quales sint, ex quadam quasi tela.

Fab. XXXV. Aves ex ovi medio.

Pavones, qui in tutela Junonis habentur; item aquilæ Jovis, columbæque Veneris, et ceteræ volucres, ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur nasci.

Junonis volucrem, quæ cauda sidera portat, 385
Armigerumque Jovis, Cythereiadasque columbas,
Et genus omne avium, mediis e partibus ovi
Ni sciret fieri, fieri quis posse putaret?

Fab. XXXVI. Ex medulla humana Angues nascuntur.

Ex medulla humana in sepulcris angues proseminantur.

Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulcro,
Mutari credant humanas angue medullas. 390

xxxv. *Quis, nisi sciret fieri, crederet avem Junonis, quæ fert stellas in cauda, et armigerum Jovis, et columbas Cithereiadas, et omne genus avium posse nasci ex mediis partibus ovi?*

xxxvi. *Sunt qui arbitrentur medullas humanas verti in serpentem, cum spina est putrefacta in clauso sepulcro.*

pennas.—386 Novem scripti *Armigeramq.* Nonnulli etiam *Cythereidasq.*—388 Genevens. *Ni scires.* Mox *fieri quis* est ex uno Mor. vulg. *quis nasci.*—389 Nonnulli *claus. putefacta est:* unus Bas. *putefacta.*—390 Pr. Gron. cum multis

NOTÆ

385 *Junonis*] Pavonem dicit, cujus cauda ex Argi oculis stellata; ut in superioribus vidimus.

386 *Armigerum*] Aquilam dicit, de qua sæpius.

Cythereiadas] Veneri, quæ a Cytheris insula contra Cretam Cytherea dicitur, dicatæ columbæ; propter libidinem, scilicet.

387 *Mediis*] Ex ovi vitello foveri primo pulli germen oculorum testimonio constat.

Fab. XXXVII. Phœnix avis ex sanie sua renascitur.

Phœnix in Assyriæ finibus nido ex odoribus facto, cum est senectute pressa, supra recumbit: ex cujus sanie alia renascitur: et viribus roborata, nidum in urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque ætatis sæcula replere.

Hæc tamen ex aliis ducunt primordia rebus:
Una est, quæ reparet, seque ipsa reseminet, ales.
Assyrii Phœnica vocant. Non fruge, neque herbis,
Sed thuris lacrymis et succo vivit amomi.
Hæc ubi quinque suæ complevit sæcula vitæ, 395
Ilicis in ramis, tremulæve cacumine palmæ,
Unguibus et pando nidum sibi construit ore.
Quo simul ac casias, et nardi lenis aristas,

XXXVII. *Hæc tamen sumunt initia ex aliis rebus; una est avis quæ se restituat, seque ipsa reseminet; Assyrii appellant Phœnicem. Non vescitur farre, neque graminibus, sed lacrymis thuris, et succo amomi. Postquam hæc implevit quinque sæcula suæ vitæ, struit sibi nidum unguibus et curvo rostro in ramis ilicis, vel in vertice palmæ tremulæ. Quo statim atque supposuit casias, et aristas suaveolentis*

aliis et Mss. Bersm. *Mut. credunt.*—391 Sic unus Leid. neque aliter O. quart. Med. Thuan. et decem alii; nisi quod in iis *rebus prim. ducunt:* vulg. *aliis generis prim. ducunt.*—394 Quidam *sicco* pro *succo.*—396 Heins. conj. *Ilicet in ram.* Plurimi etiam *tremulæque;* Sixii *tremuloque.*—397 *Pando* Heins. recepit ex pr. Gron. uno Bas. et Norico; vulg. *duro:* nonnulli etiam *puro:* Voss. *pulchro.* Langerm. *rostro...ore;* et V. et septem alii *rostro...ipsa;* Menard. *ipse;* Thuan. *ipsam.*—398 Pr. Pal. et V. et Bas. et O. cum multis aliis *nard.*

NOTÆ

393 *Phœnica*] Poëtarum figmentum esse Phœnicem nullus dubitaret, nisi ab Indis jactatam eam avem scripsisset Plinius, qui an fabulosa nescire se etiam profitetur.

394 *Amomi*] Frutex est inter aromata laudatissimus, in Assyria, Armenia, Ponto atque Media nascens: cujus a diversis diversæ exhibentur descriptiones: ut vix hodie, tametsi forte in pharmacis prostet, notum esse crediderim.

395 *Quinque*] Sexcentis sexaginta annis vivere scribit Plinius.

398 *Casias*] Casia frutex est qui, docente Plinio, juxta Cinnami campos nascitur, in Arabia. Illi vero specie exteriori ita est similis, ut suo ævo esse qui pro cinnamomo venderent testetur Galenus: atque ejusdem quidem sed minoris esse virtutis asserit.

Nardi] Frutex est etiam, qui ex Assyria aut India affertur; cujus cacumen in aristas sparsum ad unguenta præsertim fuit olim pretiosissimum.

Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrha;
Se super imponit: finitque in odoribus ævum. 400
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phœnica renasci.
Cum dedit huic ætas vires, onerique ferendo est,
Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ:
Fertque pius cunasque suas, patriumque sepulcrum; 405
Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Fab. XXXVIII. Hyæna modo mas, modo fœmina.

Hyæna fera ex fœmina in marem vertitur.

Si tamen est aliquid miræ novitatis in istis;
Alternare vices, et quæ modo fœmina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam. 410

nardi et cinnamoma fracta cum nigra myrrha, se super immittit, atque absolvit ætatem in odoribus. Inde dicunt parvum Phœnicem renasci de corpore patrio, qui debeat vivere totidem annos. Postquam ætas contulit huic vires, atque par est ponderi portando, levat ramos excelsæ arboris onere nidi, atque pius portat sua incunabula et sepulcrum paternum, et cum devenit in urbem Solis per levem aërem, deponit ante sacras valvas in templo Solis.

XXXVIII. *Si tamen est aliquid stupendæ novitatis in istis, miremur hyænam alternare vices, et quæ modo fœmina tulit marem tergo, nunc esse marem.*

levis arist.—399 Unus Bas. *Castaque;* duo Med. *Crassaque;* alter Hamburg. *Cassaque.* Dein Leid. *cum summa:* et unus Heins. *lustravit;* tres *subtraxit.*—401 Barthius ex duobus pervetustis codd. corrigit, *qui vincere debeat.*—404 Plurimi Codd. *Aptus tunc nidum ramis levat arb.* et nonnulli *Est aptus nidum.* Heins. adulterinum putat versum; et quidem tres sequentes ab aliena manu inculcatos fuisse. Burm. nil putat expungendum, modo hic legeris *arboris almæ;* i. e. quæ quasi aluit et eduxit Phœnicem.—405 Unus Heins. *patriumq. cubile;* Thuan. *cunasq. parentum.*—407 Burm. conj. *Ante aras sacras,* vel *sacras aras;* vel *focos sacros.* In uno Leid. et Thysii *orbe* pro *æde:* Schepper. malit *urbe* reponere.—410 In Berolin. *est* omiss. Mox Thuan. et Bonon. *mi-*

NOTÆ

399 *Cinnama*] *De la canelle.*

406 *Hyperionis*] Fuit Hyperion Cœli filius, Solis pater, qui sæpius pro ipso sumitur. Illius urbem quod attinet, de qua hic agitur, Plinius prope Panchaiam, quæ Arabiæ pars est ad sinum, cognominem esse scribit.

410 *Hyænam*] Aliud figmentum, quod tamen vulgi esse scripsit Plinius, cum sine mare parere hyænam dixit, jamdiu confutavit Aristoteles.

Fab. XXXIX. Chamæleon in varios colores vertitur.

Chamæleon ventis et aura nutritus, quodcumque contigerit coloris ejusdem efficitur.

Id quoque, quod ventis animal nutritur et aura,
Protinus assimulat tactu quoscumque colores.

Fab. XL. Lynces Liberi urinam vertunt in Lapidem.

Lynces, qui sunt in Liberi tutela, urinam vertunt in lapidem.

Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus (ut memorant) quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides; et congelat aëre tacto. 415

XXXIX. *Illud etiam animal quod alitur ventis et aëre statim imitatur tactu omnes colores.*

XL. *India subacta a Baccho racemifero obtulit lynces, ex quibus quicquid vesica emisit mutatur in saxa, et gelu concrescit aëre tacto.*

ramur: et pr. Gron. et Jun. *Hyænem*, et Arund. *hyænen.*—412 Unus liber *Proximus assim. Tactu* Heins. dedit ex pr. Bas. quart. Med. pr. Bonon. aliisque duodecim pro vulg. *tetigit.*—414 Septem libri *vesic. remittit.*—415 Med. et tres alii *in lapidem.*—416 *Curalium* recepit Heins. ex pr. Pal. veterrimo, et Calandr. Cod. pro vulg. *coralium:* pr. V. *caralium;* quatuor alii *corallum.* Schepper. etiam malebat *quo primas.*—417 Mor. et unus Heins. *moll. fit virga*

NOTÆ

Animal autem illud ex genere est luporum, sed magis hirtum, jubamque habet toto tergo perpetuam. Flecti non potest, nisi circumactu totius corporis.

411 *Id*] Chamæleontem dicit, qui colorem subinde mutat, eumque quem proxime attingit reddit semper, rubro tamen atque candido excepto. In India nascitur, figura et magnitudine lacertæ, de quo mira Plinius, quæ Agellius exsibilavit: quem vide.

413 *Lyncas*] Lynx animal est maculis distincta terga habens, ut pardus; quod in luporum genere esse scripsit Isidorus; falsum vero esse in Europam advectæ lynces prodiderunt.

415 *Congelat*] In gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes glaciari lyncum humorem scripsit Plinius, aliique: verum figmenta esse

Fab. XLI. Coralium ex molli durum.

Coralium lapis sub aqua mollis est, extra durescit.

Sic et curalium, quo primum contigit auras
Tempore, durescit: mollis fuit herba sub undis.

Fab. XLII. Gentes variantur in Species.

Significat gentes variari in species Deorum voluntate.

Deseret ante dies, et in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quam consequar omnia dictis
In species translata novas. Sic tempore verti 420
Cernimus, atque illas assumere robora gentes,
Concidere has. Sic magna fuit censuque virisque,
Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum. 425

XLI. *Ita etiam corallum riget, statim atque venit in aërem: fuit tenerum gramen sub aquis.*

XLII. *Dies prius deficiat, et Sol mergat equos exhaustos in profundum mare, quam attingam verbis omnia mutata in species novas. Ita videmus nationes mutari, atque illas confirmari tempore, has interire. Ita Troja fuit magna opibus et viris, et potuit præbere tantum cruoris per decem annos; nunc protrita ostendit tantum antiqua ru-*

sub.—418 Vetustiores Codd. *Deseret;* vulg. *Desinet:* Heins. autem *Desinat* malebat.—419 Duo libri *quam prosequar;* unus *persequar.* Plurimi etiam *omn. verbis.*—420 *Tempore* de suo dedit Heins. at plurimi codd. inter quos pr. V. pr. Gron. quart. Med. et quædam Edd. *tempora,* quod et Burm. censet retineri posse: vulg. legitur *omnia.*—421 Vulg. edebatur *atq. alias assum.* Heins. reposuit *illas* ex duobus Pal. pr. V. et Gron. et quart. Med. cum plurimis aliis. Med. et septem alii *illas sibi sumere rob.*—422 Unus Heins. et Mor. *Occidere.* Mox unus Bas. *cætuq. virisq.*—425 O. et Strozzæ unus *titulos*

NOTÆ

hæc omnia comprobavit experientia. *Lyncurium* autem dicitur ab illis lyncis urina in gemmam coacta.

416 *Sic*] Maxima est differentia: vere namque in aquis molle coralium, extra durescit.

418 *Phœbus*] Sol ante occiderit.

420 *Verti*] Mutari.

423 *Decem*] Decem annos durasse bellum Trojanum nullus nescit.

[Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ:
Nec non Cecropiæ, nec non Amphionis arces.
Vile solum Sparte est: altæ cecidere Mycenæ.
Œdipodioniæ quid sunt, nisi fabula, Thebæ?
Quid Pandioniæ restant nisi nomen Athenæ?] 430

Fab. XLIII. Omnia quæ nascuntur transmutantur in dissimiles Species.

Numa Pompilius propter scientiam rerum a populo Romano in regnum est receptus: cujus præcepta cum ante dictis hæc sunt: Quæcumque nascuntur, hæc crescendo et senescendo transmutari in dissimiles species: et post obitum sic consumi, ut aut in terram abeant, quæ corpora sunt; aut in aëra, quæ spiritu contineri videntur. Porro Helenus, Priami filius, refert ab Ænea urbis conditæ positionem.

Nunc quoque Dardaniam fama est consurgere Romam;
Appenninigenæ quæ proxima Thybridis undis

dera, atque sepulcra pro opibus majorum. Sparta fuit inclyta: magnæ Mycenæ floruerunt: itemque arces Cecropiæ, nec non Amphionis. Sparta est contemnendus ager; excelsæ Mycenæ jacent. Thebæ Œdipodioniæ quid sunt nisi fabula? Quid sunt Athenæ Pandioniæ nisi nomen?

XLIII. *Nunc etiam perhibent Romam Dardaniam extolli, quæ proxima aquis*

pro *tumulos*. Bas. V. et quatuor alii *magn. micuere M.*—426 Versus uncinis conclusos tollendos censet Heins.—427 Ex uno Voss. Heins. reponit *Cecropiæ* pro vulg. *et Cecropis.*—429 *Fabula* ex Bernegg. et altero Strozzæ: alii *nomina.*—430 Si retinendus esset versus, Heins. malebat *Quid Pandioniis restat, nisi nomen, Athenis.*—431 Berolin. *Hanc quoq.* Bothius conj. *Hinc.*

NOTÆ

426 *Sparte*] Quæ celeberrima fuit Peloponnesi civitas, Lycurgi legibus optime olim instituta.

Mycenæ] Alia urbs Peloponnesi, Agamemnonis regia.

427 *Cecropiæ*] Athenas dicit a Cecrope ædificatore sic dictas: de quibus satius est tacere quam pauca dicere.

Amphionis] Hunc jam supra Thebarum amplificatorem vidimus, a quo et nomen habuerunt.

429 *Œdipodioniæ*] Ab Œdipo rege Thebæ etiam ita denominatæ.

430 *Pandioniæ*] Ubi etiam Pandion regnavit, Athenæ.

Nomen] Falsissimum vero est Pythagoræ tempore nihil nisi nomen fuisse Athenas, quæ tunc ut cum maxime floruerunt. Quare adulterinos esse hos versus quinque parenthesi inclusos, non sine causa censuit clariss. Heinsius.

431 *Dardaniam*] A Trojanis ædificatoribus, qui a Dardano, Trojano rege, sic dicti, illud nomen consecuta est Roma. Supra autem vidimus Ænean cum suo Iulo Trojanos, Romanæ gentis conditores.

432 *Appenninigenæ*] Ex Appennino

Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam crescendo mutat, et olim
Immensi caput orbis erit. Sic dicere vates, 435
Faticinasque ferunt sortes: quantumque recordor,
Priamides Helenus flenti, dubioque salutis,
Dixerat Æneæ, cum res Trojana labaret:
Nate Dea, si nota satis præsagia nostræ
Mentis habes; non tota cadet, te sospite, Troja. 440
Flamma tibi ferrumque dabunt iter. Ibis; et una
Pergama rapta feres: donec Trojæque tibique
Externum patrio contingat amicius arvum.
Urbem et jam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis. 445

Tibridis Apenninigenæ jacit fandamenta rerum sub immenso pondere. Hæc igitur mutat formam crescendo; atque aliquando erit domina immensi mundi. Ita aiunt augures et oracula faticina dicere; et quantum memini Helenus Priamides dixerat Æneæ lacrymanti atque salutis ancipiti, cum res Trojana caderet, Fili Deæ, siquidem satis intelligis auguria nostræ mentis, Troja non tota jacebit te incolumi. Ignis et ferrum tibi præbebunt viam. Ibis; et feres simul Ilium ablatum, donec ager externus amicior patrio tibi et Trojæ obveniat. Video et nunc posteros Phrygiorum debere urbem, quanta nec est, nec erit, nec visa ævo anteacto. Alii optimates red-

Bas. *est assurgere R.* Sex etiam libri *Trojam.*—433 Gron. *Colle sub.*—434 Thuan. *mutando crescit;* quod placet Burm. si *crescet* legatur.—435 Fr. *sic ducere vate.*—436 Vulg. edebatur *Vaticinasque*, vel *Fatidicasque;* sed *vates* mox præcesserat; et Thuan. et tres alii *Faticanasque;* unde Burm. recepit *Faticinasque.* Mox Arg. *noces* pro *sortes:* Burm. conj. pro *voces.*—438 Huic versui ille præponendus, *Priamides Helenus*, ex fide unius mei et unius Mediceï. *Heins.* Fragm. Boxhorn. et Vivian. *T. labarat;* duo libri *periret;* Pal. sec. *laboret.*—442 Bas. et Sprotii *capta* pro *rapta.*—443 R. Bas. et Leid. *Externa patria cont.* Vivian. et duo alii *Externum patria*, et Berolin. *Externam:* Voss. *patriæ.* Vivian. etiam *cont. mitius arv.*—444 Tert. Gron. *Phrygibus* pro *Phry-*

NOTÆ

monte in urbem decurrere Thybrim notum est omnibus.

436 *Recordor*] Facile vero est eo modo vates esse, aut eos indueere ex præteritis. Apposite autem a Poëta Pythagoræ, qui se temporibus Trojanis Euphorbum fuisse prædicabat, hujusce prædictionis fictio attributa.

437 *Helenus*] Priami fuit filius vates insignis, ut ex carmine etiam Virgiliano constat.

439 *Nate*] Veneris filium fuisse Æneam tædet toties repetere.

441 *Flamma*] Utinam vero omnes, Christiani saltem, Deum ex suorum ærumnis, quantumvis urgentibus, sibi illisque gloriam parare, satis adverterent.

442 *Pergama*] Arces fuerunt Trojanæ, quas restitutum iri per Æneam prædicit Helenus.

444 *Debere*] Ex fatorum ordine, scilicet.

Hanc alii proceres per sæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli
Efficiet. Quo, cum tellus erit usa, fruentur
Æthereæ sedes, cœlumque erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Æneæ, 450
Mente memor refero: cognataque mœnia lætor
Crescere; et utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
Exspatiemur equis; cœlum, et quodcumque sub illo est,
Immutat formas, tellusque, et quicquid in illa est. 455

dent hanc validam per longa sæcula; sed filius de sanguine Iuli faciet *dominam orbis terrarum: quo cum terra usa fuerit, arces cœlestes gaudebunt, et cœlum erit illi finis. Memor recordor Helenum prædixisse hæc Æneæ penatigero; atque gaudeo muros affines augeri, atque Græcos vicisse in commodum Trojanorum. Ne tamen excurramus equis immemoribus festinandi ad metam, cœlum et quicquid sub illo est, terra et quicquid in ea est, immutat formas. Nos etiam pars mundi (quan-*

gios. Mox pro *debere* Heins. conj. *se efferre.*—448 Voss. *usa, fruantur.*—449 Unus Leid. *talisque erit.*—450 Berolin. *penatigeroque.*—451 In Pal. *mem. recolo:* unus Mor. *memoro.*—453 Quatuor libri *Nec tam.* Tres *met. tangere:* O. etiam *longo.*—454 Berolin. *sub illa,* omisso *est.*—455 Pr. Gron. *Et mutat*

NOTÆ

446 *Alii*] Reges videlicet, Consules, aliique toga et sago clari, per quos ante Cæsares res Romana crevit.

Longa] Septingentos annos.

447 *Natus*] Octavius est Augustus Julii Cæsaris adoptione filius, qui, docente Suetonio, maternum genus ad Ascanium seu Iulum Æneæ filium referebat; in cujus gratiam hæc omnia a Poëta referuntur.

448 *Usa*] Vide quam apposite voces deligat Naso; ut peculiari quodam Deorum favore terris ad tempus concessum Augustum innuat, quo ipsi denique fruantur.

450 *Penatigero*] Qui Deos Penates secum cum patre Troja abstulit.

451 *Cognataque*] Euphorbium enim Trojanum fuisse etiam Pythagoram supra vidimus.

452 *Phrygibus*] Trojanis, qui in Phrygia olim, nunc in Italia imperium obtinent.

Vicisse] Hoc dicit, quia ex eo quod Græci Trojanum imperium everterint, multo majus Æneadæ in Italia posuerint. Bonis vero maxime istud perpendendum, atque in maximis suis periculis cogitandum, ne ab hostibus victi animo despondeant. Mala omnia præter spem ex votis atque labore suo illis persæpe eveniunt: at bona opera æternæ virtutis semina esse scire debent, ex quibus, utcumque terra obrutis, fructus mitissimos, benedicente Deo, cum lætitia capient.

454 *Exspatiemur*] Id est, A scopo aliena proferamus. Omnia in fluxu esse concludit, atque adeo a carnibus abstinendum. Quæ Pythagoræ ratio si valeret, omnibus omnino cibo omni carendum esse sequeretur. Quanquam vero ex vanitate quam peccatum invexit carnium esum dimanasse credam, qui, restitutis rebus, nullus erit, minime dubitandum quin mo-

Nos quoque pars mundi, (quoniam non corpora solum,
Verum etiam volucres animæ sumus, inque ferinas
Possumus ire domos, pecudumque in pectora condi,)
Corpora, quæ possint animas habuisse parentum,
Aut fratrum, aut aliquo junctorum fœdere nobis, 460
Aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus:
Neve Thyesteis cumulemur viscera mensis.
Quam male consuescit, quam se parat ille cruori
Impius humano, vituli qui guttura cultro
Rumpit; et immotas præbet mugitibus aures! 465
Aut qui vagitus similes puerilibus hædum
Edentem jugulare potest; aut alite vesci,
Cui dedit ipse cibos! quantum est, quod desit in istis
Ad plenum facinus! quo transitus inde paratur!

doquidem non sumus tantum corpora, verum etiam animæ leves, atque possumus transmitti in sedes ferinas et abdi in pectora brutorum) patiamur esse secura atque decora corpora, quæ possint habuisse animas parentum, aut fratrum, aut conjunctorum nobis aliquo fœdere, aut certe hominum: neve repleamus præcordia epulis Thyestæis. Quam prave consuescit, quam se ille impius parat sanguini humano, qui aperit fauces vituli cultro, atque habet aures tranquillas ad mugitus! Quantum est quod absit ad integrum scelus, quo inde paratur transitus, in istis, vel qui potest

form.—458 Unus Med. *Poscimur ire.* Mox nonnulli *pecorumque.* Dein plurimi cum V. et Heidelb. *in corpora;* alii *in pectore:* duo libri *in pectora verti;* unus *credi;* alius *mergi.*—459 *Possint* recepit Heins. ex R. et uno suo pro vulg. *possunt.*—460 Gron. *aliq. votorum fœd.* pro quo Heins. conj. *notorum.* Unus etiam *sanguine nob.*—461 Malebat Heins. *tuta atque inadesa sin.;* vel, *tuta esse et inesa.*—462 *Cumulemur* est ex pr. Pal. pro vulg. *cumulemus:* unus Leid. et Grævian. *cumulentur;* Jun. *tumulemus.*—464 Pro *guttura* plurimi *pectora* vel *corpora.* Nonnulli etiam *ferro.*—465 Sex scripti *Rupit.* Berolin. *et ignotas.*—469 Vulg. *quam tr. ind. paratus.* Pr. Erfurt. et A. exhibent *quo...paratur;* plurimi etiam alii *paratur:* nonnulli *quis* vel *qua.* Berolin. *quis tr. in. per*

NOTÆ

deratus earum usus cum precibus et sanctitatis studio sit nobis concessus.

457 *Volucres*] Id est, Naturæ subtilissimæ atque velocissimæ. Poëtæ vero materiæ expertis animæ non satis perspecta videtur fuisse natura.

458 *Domos*] Ferarum dicit corpora.

462 *Thyesteis*] Illis similibus quas Atreo fratri Thyestes apposuit, qui filios decoctos ita illi epulandos obtulit, ut sanguinem quoque poculis immiscuerit.

463 *Quam male*] Hic vero fuit scopus Philosophi, gentem impiam a cæde retrahere.

469 *Plenum*] Quando a brutis ad homines cædes transfertur.

Inde] A brutorum cæde.

Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis: 470
Horriferum contra Borean ovis arma ministret:
Ubera dent saturæ manibus pressanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueosque, artesque dolosas
Tollite: nec volucrem viscata fallite virga:
Nec formidatis cervos includite pinnis: 475
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite, siqua nocent: verum hæc quoque perdite tantum.
Ora vacent epulis, alimentaque congrua carpant.

Fab. XLIV. Egeria in vallem Aricinam se confert.

Egeria post mortem mariti Numæ in vallem Aricinam se contulit lugens.

Talibus atque aliis instructo pectore dictis
In patriam remeasse ferunt, ultroque petitum 480
Accepisse Numam populi Latialis habenas.

jugulare hædum tollentem vagitus pares puerilibus, vel vivere avibus quibus ipse præbuit escam! Taurus vertat terram, aut ascribat mortem ætati provectæ: ovis præbeat arma adversus sævos Aquilones: capræ plenæ exhibeant ubera siccanda manibus. Abjicite plagas cum pedicis, et laqueos, et artes insidiosas: neque decipite avem calamo visco illito: neque fallite cervos pennis formidatis: nec tegite curvos hamos escis dolosis. Perimite, si quæ officiunt: verum perimite tantum hæc quoque. Ora abstineant dapibus, et sumant cibos idoneos.

XLIV. *Vulgo aiunt Numam rediisse in patriam animo exculto talibus atque aliis dictis; atque sponte arcessitum suscepisse administrationem reipublicæ Romanæ;*

artus.—470 Idem *et* pro *aut.*—471 O. et pr. Mor. *Horrificum.*—472 Berolin. *man. pensanda cap.*—474 *Volucrem* recepit Heins. ex plerisque scriptis pro vulg. *volucres.*—475 Plurimi Codd. *Nec formidantes;* quod Heins. conj. pro *formidandis.* Mox multi vett. *cerv. illudite p.* et pr. A. *eludite.* Heins. etiam reposuit *pinnis* pro vulg. *pennis.*—478 Vett. libri fere omnes *alimentaq. milia*

NOTÆ

470 *Bos aret*] Hoc est, Ad laborem cogere bovem equidem liceat: ceterum nullo alio malo prematur.

471 *Arma*] Lanam scilicet et vestes.

475 *Pinnis*] Pro sagittis positas scripsit Commentator; verum falsus est. Pennas ipsas intelligit Poëta, quibus plerumque puniceis aut versicoloribus, ustulatis etiam, funiculo intertextis, feras, visu aut odore territas in plagas impellere soliti erant. Quod pinnatum instrumentum formidinem vocitabant.

478 *Vacent*] Ne ab illis ad alias cædes grassetur.

Congrua] Quæ sine cæde, mitia, ut homines decet, comparari queunt.

481 *Habenas*] 'Illum Curibus Sabi-

Conjuge qui felix Nympha, ducibusque Camœnis,
Sacrificos docuit ritus, gentemque, feroci
Assuetam bello, pacis traduxit ad artes.
Quem, postquam senior regnumque ævumque peregit, 485
Extinctum Latiæque nurus, populusque, Patresque,
Deflevere Numam: nam conjux urbe relicta
Vallis Aricinæ densis latet abdita sylvis,
Sacraque Oresteæ gemitu questuque Dianæ

qui beatus Nympha uxore, et Musis ducibus, docuit ritus sacrificos, et addixit artibus pacis nationem assuetam sævo bello. Quem Numam, postquam senior peregit regnum et annos, et fœminæ Romanæ, et populus, et patres luxerunt mortuum: uxor enim, urbe deserta, latet abscondita in opacis sylvis vallis Aricinæ: atque

carp.—483 Unus liber *gentemq. ferocem;* alius *profanam.*—484 Duo *Consuetam bell.* Pro *traduxit,* unus *deduxit;* V. sec. *transmisit;* octo *traducit.*—485 *Quem* pro *qui* ex Cant. Sed tum Heins. porro vs. 487. volebat *Deflevere virum*

NOTÆ

nis agentem ultro petivere, ob inclytam viri religionem.' Verba sunt Flori; quæ facem ita præferre videntur plurimis Christianis, ut mirum sit, quod illos omni scelerum genere quandoque perditos sequi non pudeat.

482 *Nympha*] Egeria, scilicet, quacum congressus habere Numa fingebat, ut omnia quasi monitu illius Deæ magis barbari acciperent. Ille autem regibus exemplo esse potest, qui nunquam sibi atque populis melius possunt consulere, quam cum, non Egeriam nympham, sed ipsam Dei Sapientiam seorsum ab omnibus consulunt.

Camœnis] Musis; quibus, ut Livius narrat, lucum, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, consecravit; quod Dearum sibi consilia cum conjuge sua Egeria essent.

484 *Traduxit*] Religione, quæ lumen divinum in terras derivat, atque industria, quæ hominem Deo similem facit, orando atque laborando prospere omnia cedunt. Ast hodie inertiæ atque superbiæ, quæ Impietatis fons est, ita videtur traditus mundus, si quosdam excipias, ut vix diutius senium tolerare posse videatur, nisi resipiscant.

485 *Regnum*] Quadraginta annos postquam regnasset, obiit.

488 *Aricinæ*] Hæc fuit vallis, una cum Aricia urbe antiqua, tribus circiter leucis Laurento dissita ad Septentrionem, quinque Roma in ortum. Circa illam nemus ingens fuit Dianæ vel Egeriæ dictum, ubi hodie oppidum *Nemo;* itemque lacus, qui in agrum fœcundissimum mutatus.

489 *Sacra*] Ea in Taurica Chersoneso sanguine exterorum quotquot illuc appellebant absolvebantur: verum tanta apud Aricinos non fuerunt immanitate, ut in superioribus vidimus. Hic *nemorensis regis* titulo fugitivus aliquis servus tamdiu sacerdotio fungebatur, donec ab alio provocatus ab eodem occideretur.

Orestcæ] Eo nomine appellatur Diana, quod ab Oreste Agamemnonis filio Ariciam, ut placet quibusdam, ejus simulacrum translatum fuerit. Namque ille cum ex materna cæde

Impedit. Ah quoties Nymphæ nemorisque lacusque, 490
Ne faceret, monuere; et consolantia verba
Dixere! ah quoties flenti Theseius heros,
Siste modum, dixit: neque enim fortuna querenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus,
Mitius ista feres: utinamque exempla dolentem, 495
Non mea te possent relevare! sed et mea possunt.

obstat sacris Dianæ Orestææ fletibus et querimoniis. Ah quoties nymphæ sylvæ et lacus hortatæ sunt ne faceret, et verbis consolatæ sunt! Ah quoties heros Theseius admonuit lacrymantem ut modum faceret; Neque enim, aiebat, *sors tua sola est dolenda: vide damna aliorum non minora: tolerabis ista lenius: atque utinam exempla non mea possent tibi solatio esse, verum meæ etiam possunt.*

aut *simul:* Burm. conj. *Deflevere: Numæ num.*—490 Cant. *Impetit: ah.*—492 Vulg. *Dixerunt! quot.* ex Barb. qui habet *Dixerunt! ah quot.* Heins. recepit *Dixere! ah.* Mox unus Voss. *flendi*, probante Heins.—493 *Siste modum* displicet Heins. qui conj. *Sit modus o, dix.* nam Zulichem. *Siste modo;* et hoc Bothius retinendum putat, modo in præced. vs. legeris *fletum* pro *flendi*, quod sibi placet.—494 Pr. Mor. et duo alii *tibi* pro *tua.* Unus etiam Mor. *aliarum.* Duo deinde libri *prospice.*—496 Berolin. *Nunc* pro *Non* Voss.

NOTÆ

esset Furiis agitatus, atque expiandi sceleris causa jussus esset inter cetera Dianæ simulacrum ex Chersoneso efferre, illuc cum Pylade amico profectus, atque a sorore Iphigenia sacerdote agnitus, tantum non immolatus clam cum ea, sublato simulacro, se recepit. Quidam Mycenas, alii Athenas, transportatum illud volunt. Fabulæ; quas ad intelligendos bonos auctores, non ulterius opus est exquirere.

491 *Faceret*] Effuse in fletus se daret.

492 *Theseius*] Hippolytus Thesei filius, quem in superioribus novercæ insidiis, a phocis territis equis, discerptum vidimus. Indicis autem beneficio facilimum est singula inde repetere; frustraque circa eadem oleum atque operam absumeremus. Tempus omnium res est pretiosissima: neque et nos in illo esse minus providos admonere piget, ut sui maximam habere rationem condiscant, suaque omnia expedite et per paucissima exequi.

494 *Similes*] Apud ineptissimos et male sanos valere potest ea ratio in ærumnis suis, quod plurimos habeant socios: cordatis viris cumulus est doloris. Atque adeo ægre crediderim Poëtam in eum errorem incidisse, ut Nympham ex aliorum malis solatium sibi quærere voluerit. Huc tantum spectat ejus oratio, ut æstimatis illis aut etiam majoribus quibus ceteri vexati sunt, qui tamen æquo animo ea toleraverunt, Nympha pari animi fortitudine sua, minora forte, superaret.

Fab. XLV. Hippolytus in Deum Virbium.

Hippolytus, cum propter novercale odium propulsus esset patria, et Trœzena proficiscereturr, ex improviso mari elatus taurus, sicut parens optaverat, gravissimum ei objecit timorem: et exasperatis equis tractus interiit. Quem Æsculapius, Dianæ voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem Dea evocatus in nemus Aricinum, mortalitatem exuit; a converso itaque nomine Deus Virbius est appellatus.

Fando aliquem Hippolytum vestras (puto) contigit aures,
Credulitate patris, sceleratæ fraude novercæ
Occubuisse neci. Mirabere, vixque probabo:
Sed tamen ille ego sum. Me Pasiphaëia quondam 500
Tentatum frustra, patrium temerasse cubile
[Quod voluit, finxit voluisse, et crimine verso,]
(Indiciine metu magis, offensane repulsæ)
Arguit: immeritumque pater projecit ab urbe;

XLV. *Credo, dum narratur, audivistis quendam Hippolytum leto datum credulitate patris, dolo nefariæ novercæ. Mirabere, vixque probabo; sed tamen ille ego sum. Pasiphaëia olim detulit me incassum impulsum violasse lectum paternum; et crimine converso, timorene criminationis, an dolore repulsæ, simulavit me cupivisse quod optavit: atque genitor expulit urbe immeritum, et devovit prece infensa*

possint relev. et duo Burm. *mea possent.*—497 *Puto* ex plurimis Codd. vulg. *si.*—498 Edd. vulg. *scel. et fraud.* sed τὸ *et* plurimi vett. Codd. non agnoscunt.—500 Scalig. ad Manil. v. 536. legit *me quondam Pasiphaëa:* si quid mutandum Heins. vellet refingere *me Pasiphæidi quondam;* vel *Pasiphæias olim.*—501 Pr. V. et tert. Med. cum tribus aliis *Tentavit;* Heins. conj. *Tentato. Temerasse* est ex pr. Gron. et Bas. et multis aliis pro vulg. *temerare.*—502 Versus importune huc inculcatus a sciolo: multi veteres, *Quod voluit voluisse infelix crimine verso:* alii aliter. *Heins.* Berolin. *finxit infelix crim.* Heidelb. ut vulg.—503 Sic Heins. ex melioribus restituit. Nonnulli pro *ne* habent *ve* in utroque loco.—504 V. pr. *nihil* pro *pater.* Berolin. sic vs. fingit;

NOTÆ

498 *Credulitate*] Qui facile nimis Phædræ uxori de stupro ab Hippolyto oblato querenti auscultavit; siquidem ipsa ad nefas adolescentem frustra perducere conata esset; ut mox patebit.

500 *Pasiphaëia*] Phædra, Pasiphaës et Minois Cretensium regis filia, uxor Thesei, Hippolyti novercа.

502 *Quod voluit*] Ut Hippolytus patrium cubile temeraret.

503 *Indicii*] Ne Hippolytus prior novercæ crimen patri proderet.

Offensane] Dolens Phædra, quod scelus pariter atque amorem suum privignus contemisisset.

504 *Arguit*] Apud patrem accusavit quasi sese de stupro interpellasset.

Hostilique caput prece detestatur euntis. 505
Pittheam profugo curru Trœzena petebam;
Jamque Corinthiaci carpebam littora ponti;
Cum mare surrexit: cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curvari et crescere visus;
Et dare mugitus; summoque cacumine findi. 510
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
Pectoribusque tenus molles erectus in auras,
Naribus et patulo partem maris evomit ore.
Corda pavent comitum; mihi mens interrita mansit,
Exiliis contenta suis: cum colla feroces 515
Ad freta convertunt, arrectisque auribus horrent
Quadrupedes, monstrique metu turbantur, et altis
Præcipitant currum scopulis. Ego ducere vana
Frena manu, spumis albentibus oblita, luctor;
Et retro lentas tendo resupinus habenas. 520
Nec vires tamen has rabies superasset equorum;
Ni rota, perpetuum qua circumvertitur axem,

caput proficiscentis. Ibam Trœzenen Pitthæan curru exule; atque jam tenebam littora maris Corinthiaci, cum mare intumuit, et horrendus cumulus aquarum visus sinuari in modum collis, atque augeri; et boare, necnon dividi supremo fastigio. Hinc vitulus marinus cornutus prorumpit fractis fluctibus, atque sublatus in tenuem aërem pectore tenus emittit partem æquoris naribus et ore aperto. Corda comitum tremunt: animus mihi permansit impavidus, contentus suis exiliis: cum equi frementes torquent colla versus mare, et expavescunt auribus arrectis: turbanturque formidine monstri, atque præcipitem trahunt currum per sublimes scopulos. Ego contendo flectere, manu inutili, frena obducta spumis candidis; et resupinus retro traho lora flexilia. Neque tamen furor equorum vicisset has vires, nisi rota fracta atque excussa fuisset objectu trunci, qua volvitur circum axem continuum. Deji-

****

Damnavit, meritumque nihil pater ejicit urbe; et sic etiam plurimi alii Codd.—506 Pr. Pal. et R. et octo alii *Pittheam.* Deinde Berolin. *cursu* pro *curru.*—510 *Summoq. in acumine find.* nonnulli Codd. *fundi* V. et unus Ciofan.—512 Berolin. *moll. ereptus in.*—515 Med. quart. et unus Leid. *Exil. intenta;* unde Bothius emendat *Exitiis intenta.* Excerpt. Calaudr. *Exilii...sui.* Ex plurimis scriptis Heins. dedit *cum* pro vulg. *tum.*—516 Alii *erectisque.* Pro *horrent* Heins. malebat *hærent.*—517 Sec. V. et duo Med. *met. terrentur*—519 Pro *luctor* unus *nitor:* Regius notat et *lustro* legi; *tento* pr. Gron.—521 Berolin. *rab. superaret eq.*—522 *Qua* ex uno Heins. et Sixiano; vulg. *quæ:* nonnulli

NOTÆ

506 *Pittheam*] Pittheum Pelopis filium, Æthræ, Thesei matris, patrem, jam supra in hac Peloponnesi urbe regnasse vidimus: apud quem educatus Hippolytus.

511 *Taurus*] Phocan dicit, seu vitulum marinum.

Stipitis occursu fracta ac disjecta fuisset.
Excutior curru: lorisque tenentibus artus
Viscera viva trahi, nervos in stirpe teneri, 525
Membra rapi partim, partim reprensa relinqui,
Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres
Exhalari animam; nullasque in corpore partes,
Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus.
Num potes, aut audes cladi componere nostræ, 530
Nympha, tuam? Vidi quoque luce carentia regna,
Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in unda.
Nec, nisi Apollineæ valido medicamine prolis,
Reddita vita foret. Quam postquam fortibus herbis
Atque ope Pæonia, Dite indignante, recepi; 535
Tum mihi, ne præsens augerem muneris hujus

cior curru; atque habenis implicantibus membra, cerneres præcordia viva rapi, nervos retineri stipitibus, artus partim rapi, partim retracti omitti, ossa quassata reddere gravem sonum, atque animam lassam exspirari; neque ullas partes in corpore quas posses cognoscere; atque omnia erant unum vulnus. Anne potes vel audes conferre tuos casus cum nostris, o Nymphe? Aspexi etiam regna carentia luce, et lavi corpus mutilum in aqua Phlegethontide: neque vita esset reddita nisi potenti medicamento filii Apollinis. Cui vitæ *postquam restitutus fui efficacibus gramini-*

etiam *quo*. Plurimi Codd. *circumvolvitur ax*. Muretus, *circumflectitur*.—523 Duo libri *Stip. incursu*. Plerique *et* pro *ac*. Liber Ciofani *ac dejecta;* duo *disjuncta;* Pal. *lacerata*.—525 Vulg. *nervosque;* sed V. cum plurimis aliis omisit copulam. Mox sec. V. et Boxhorn. *in stipe ten*. Heins. putat *repre*.—526 Liber Ursin. *Membr. trahi*, quod probat Ciofan. octo libri *partimque repr*. unus Med. et alii *deprensa*. Heidelb. etiam *teneri* pro *relinqui*.—528 Ex plerisque scriptis *Exhalari* placet Heins. præ vulg. *Exhalare*. Berolin. *corp. vires*.—530 Liber meus, *Nunc potes;* unus V. *Non potes;* alius, *An potes:* in Cælest. est, ut in impressis, quod sequendum arbitror. *Ciofan*.—532 Pro

NOTÆ

526 *Rapi*] Equorum impetu.

Reprensa] Retenta a radicibus et stirpibus arborum.

531 *Regna*] Plutonis, scilicet.

532 *Phlegethontide*] Phlegethontis fluvii, qui ex infernis est unus, undis tumens igneis, fluctusque volvens flammeos.

533 *Apollineæ*] Æsculapii Apollinis filii.

535 *Pæonia*] Medica. Fuit enim Pæon medicus peritissimus, qui Plutonem gravissime ab Hercule vulneratum curasse dicitur. Iliad. v. Ab illo medicæ herbæ communiter 'Pæoniæ' Virgilio, itemque illa quæ in specie 'Pæonia' dicitur ab omnibus medicis.

Dite] Plutone, divitiarum Deo, qui ægre vitæ restitui homines sibi subditos videt. Ex eo autem orta fabula quod contra spem omnium misere discerptus Hippolytus convaluerit.

536 *Præsens*] Apud Athenienses, aut apud Inferos.

Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
Utque forem tutus, possemque impune videri,
Addidit ætatem, nec cognoscenda reliquit
Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam 540
Traderet, an Delon. Delo Cretaque relictis
Hic posuit: nomenque simul, quod possit equorum
Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
Hoc nemus inde colo: de Disque minoribus unus 545
Numine sub dominæ lateo, atque accenseor illi.

Fab. XLVI. Egeria in Fontem.

Egeria Nympha, Numæ Pompilii conjux, post viri interitum cum se in nemus Aricinum contulisset, ibi questu assiduo deflevit casum viri, fatigans Dianam, ejus regionis incolam, assiduo fletu. Novissime lacrymæ ejus ab eadem Dea transmutatæ sunt in fontem, qui ex ejus nomine nuncupatur Egeria.

Non tamen Egeriæ luctus aliena levare

bus, atque auxilio Pæonio, Plutone invito, tum Cynthia velavit opacis nubibus ne præsens augerem invidiam hujus doni; et ut essem securus, et possem tuto conspici, adjecit annos, neque reliquit mihi vultus agnoscendos. Atque incerta fuit diu præberetne Cretam colendam an Delon. Delo et Creta omissis hic sedem dedit, et jussit simul abjicere nomen quod possit in memoriam revocare equos: Quique fuisti Hippolytus, ait, nunc idem esto Virbius. Inde frequento hanc sylvam; et unus ex Diis minoribus lateo sub numine dominæ, atque illi ascribor.

XLVI. *Attamen clades alienæ non possunt lenire mœrorem Egeriæ: et pro-*

fori quatuor *lavi;* unus *vidi;* alius *vori.*—533 N. *medicam. mortis.*—540 Berolin. *Or. mei.*—541 Thuan. et octo alii *Creteque.*—546 Berolin. *lateoque assentior uni.* Vulg. etiam Edd. *assentior* habent: plurimi *acceptior;* alii *accer-*

NOTÆ

537 *Cynthia*] Diana, in Cyntho Deli monte nata, cujus favore Hippolytus venator fruebatur.

539 *Ætatem*] Ut natu major cum videretur, minus cognosceretur.

543 *Admonuisse*] Videtur sentire Poëta inde appellatum Hippolytum, quod ab equis solutus aut discerptus esset: ἵππος enim *equus* est, λύω *solvo.*

544 *Virbius*] Quasi *Vir bis:* quanquam alii *Virum bonum*, alii Deum qui *viribus* præsit, interpretantur.

545 *Nemus*] Aricinum, scilicet, de quo supra: quo allegatum deceptorem quendam volunt a Dianæ sacerdotibus, Hippolyti nomine, ut loco famam atque adeo sibi lucrum majus aucuparentur.

Damna valent: montisque jacens radicibus imis
Liquitur in lacrymas: donec, pietate dolentis
Mota, soror Phœbi gelidum de corpore fontem 550
Fecit; et æternas artus tenuavit in undas.

Fab. XLVII. Gleba in Pueri figuram mutata.

Cum in Tyrrhenia, quæ etiam Tuscia est, quidam arator justum opus in dies redderet, presso vomere glebam opinione sua ponderosiorem excitavit; cujus dum miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri esse transmutatam, qui Etruscorum lingua Tages postea nomine futurorum scientiam invenit.

At Nymphas tetigit nova res: et Amazone natus
Haud aliter stupuit, quam cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam mediis aspexit in arvis,
Sponte sua primum, nulloque agitante, moveri: 555
Sumere mox hominis, terræque amittere formam;
Oraque venturis aperire recentia fatis.

strata ad radices ultimas collis abit in fletus; donec soror Apollinis, tacta pietate mœrentis, fecit fontem frigidum de ejus *corpore; atque duxit membra in aquas æternas.*

XLVII. *At res nova movit Nymphas, et filius Amazonis non aliter stupuit quam cum agricola Tyrrhenus vidit glebam fatalem in mediis agris, primo ultro agitari nullo pulsante; deinde induere formam viri, et exuere terræ; atque aperire os*

sior: Heins. recepit *accenseor* ex pr. Strozzæ, uno Leid. et uno A.—547 Sec. Mor. *Nec tam.*—548 Malit Heins. *rad. imi;* scil. montis imi.—552 Berolin. *Et Nymph.*—554 *Mediis* ex plurimis vett. recepit Heins. pro vulg. *motis:* unus Mor. *gelidis. Conspexit* etiam Berolin. cum quinque libris et Bersm. Codd. Unus etiam *in antris.*—555 Berolin. *primo* pro

NOTÆ

546 *Accenseor*] Ut Veneri Adonis, Minervæ Erichthonius, Matri Deum Attys.

550 *Soror*] Diana.

552 *Amazone natus*] Hippolytus est, Hippolytes Amazonis atque Thesei filius.

553 *Tyrrhenus*] In agro Tarquiniensi visum hunc Tagem refert Tullius; cujus si vera est historia, dubium non est quin malus fuerit genius. Potius autem eum aliquem fuisse ex obscuro loco ortum crediderim, qui divinandi arte repente clarus factus sit.

554 *Fatalem*] Quia aruspex qui Tuscos divinandi artem docuit in ea latitans.

Indigenæ dixere Tagen: qui primus Etruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Fab. XLVIII. Jaculum Romuli in Arborem.

Romulus, Martis et Iliæ filius, cum venaretur, ex monte Aventino persequens aprum fugientem, jaculum jecit; quod cum protinus in colle Palatino hæserit, loco ejus montis scala facta; cujus ima pars adeo depressa terræ est, ut sit comprensa radicibus; effectum est novissime, ut in arborem cornum conversum sit.

Utve Palatinis hærentem collibus olim, 560
Cum subito vidit frondescere Romulus hastam;
Quæ radice nova, non ferro stabat adacto;
Et jam non telum, sed lenti viminis arbor,
Non expectatas dabat admirantibus umbras.

recens fatis venturis. Indigenæ vocaverunt Tagen, qui primus instituit nationem Tyrrhenam declarare sortes venturas.

XLVIII. *Vel ut Romulus, cum advertit olim jaculum impactum monti Palatino repente frondere, quod stabat nova radice, non ferro immisso; et jam non jaculum sed arbor flexilis virgulti præbebat umbras non expectatas stupentibus.*

primum.—557 Leid. *aper. rigentia;* Langerm. *ingentia.*—560 Pr. Pal. *hær. cornibus ol.*—561 Ms. Bersm. *vid. florescere.*—562 V. *cum* pro *non:* et liber Ciofan. *cum f. s. ademto:* Berolin. *adapto;* Leid. *acuto.*—564 Heins. *Haud*

NOTÆ

560 *Palatinis*] Antea vidimus Palatinum unum ex septem præcipuis Romæ collibus.

561 *Hastam*] Romulum scribit Plutarchus in Palatino colle, sui experiendi gratia, corneam lanceam fuisse jaculatum; illamque in terra defixam annitentibus multis convelli nunquam potuisse, sed emissis ramis in eximiæ altitudinis cornum increvisse. Adeoque hæc magis historia est quam fabula: quanquam hinc, sicut ex prodigio, imperii Romani statum armis florentem fore voluerunt.

Fab. XLIX. Cipus factus cornutus.

Cipus Genutius ab hoste victor revertens, priusquam triumphans portam intraret, animadvertit cornua sibi temporibus enata. Quo prodigio exterritus, haruspices cum consuluisset, responsum est, eum, si in urbem intraret, regnaturum: quod ille aversatus, patribus convocatis indicavit; ac cum perstitisset nunquam se tyrannum futurum, decretum est ei universorum consilio tantum agri, quantum uno die aratro posset circumdare: portaque, qua intraturus fuisset, in signi gratiam factum, ut aëneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam posterorum cornutum caput ejus exsculperetur.

Aut sua fluminea cum vidit Cipus in unda 565
Cornua, (vidit enim,) falsamque in imagine credens
Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis,
Quæ vidit, tetigit: nec jam sua lumina damnans
Restitit, ut victor domito remeabat ab hoste.
Ad cœlumque oculos, et eodem brachia tollens, 570
Quicquid, ait, Superi, monstro portenditur isto,
Seu lætum est, Patriæ lætum, populoque Quirini;
Sive minax, mihi sit: viridique e cespite factas
Placat odoratis herbosas ignibus aras:

XLIX. *Vel cum Cipus aspexit cornua in aqua fluvii, namque aspexit, et putans nullam esse fidem in imagine, tetigit quæ aspexit, digitis sæpius fronti admotis: neque jam arguens suos oculos restitit, cum victor rediret ab hoste subacto. Atque erigens oculos ad cœlum, eodemque lacertos, Quicquid, inquit, o Dii, prædicitur isto prodigio, sive faustum est, sit faustum patriæ et populo Quirini; seu ominosum,* sit *mihi: atque placat ignibus odoratis altaria graminea parata ex cespite viridi: infunditque vina pateris; et exquirit ex extis trementibus ovium jugulatarum quid*

pro *Non;* nam *non* his præcesserat.—565 Vett. Codd. plerique *Cipus,* vel *Cypus;* at vulgo *Cippus.*—566 Tres libri *falsaque.*—567 Cant. et A. *Effigiem, digitis.* Deinde Langerm. *sæpe rejectis.*—569 *Remeabat* Heins. recepit ex pr. et tert. Mor. Zulich. et uno Bonon. pro vulg. *veniebat.*—570 *Brachia* ex O. Politian. et aliis: vulg. *cornua.*—572 Sic Heins. vs. fingit ex plurimis scriptis: vulgo edebatur *S. l. e. aliquid patriæ populoque. Q.* nonnulli etiam *S. l. e. patriæ, lætum populove Q.* Pro *patriæ* Bentl. conj. *patribus.* Unus etiam Heins.

NOTÆ

565 *Cipus*] Eorum qui Cipi hujus vel Cypi legerint fabulam plurimi fuerint credo qui cornua metuerint, paucissimi qui dignitatem abnuerint. Modestiam tamen illius imitari cuivis pulchrum atque facile: dedecus suum effugere multis difficile.

574 *Odoratis*] Incenso thure.

Aras] Pro Diis, quibus aræ consecratæ.

Vinaque dat pateris; mactatarumque bidentum, 575
Quid sibi significent, trepidantia consulit exta.
Quæ simul inspexit Tyrrhenæ gentis haruspex,
Magna quidem rerum molimina vidit in illis,
Non manifesta tamen. Cum vero sustulit acre
A pecudum fibris ad Cipi cornua lumen; 580
Rex, ait, o salve: tibi enim, tibi, Cipe, tuisque
Hic locus, et Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe moram: portasque intrare patentes
Appropera: sic fata jubent. Namque Urbe receptus
Rex eris, et sceptro tutus potiere perenni. 585
Retulit ille pedem; torvamque a mœnibus Urbis
Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,
Talia Di pellant: multoque ego justius ævum
Exul agam, quam me videant Capitolia regem.

sibi portendant. Quæ statim atque aruspex generis Etrusci inspexit, vidit quidem magna molimina in illis, non tamen aperta; cum vero sustulit perspicaces oculos a fibris oris ad cornua Cipi, O rex, inquit, salve; tibi namque et tuis cornibus hic locus et arces Latinæ obsequentur. Tu tantum pelle moras, atque festina subire portas apertas: ita fata ferunt: namque urbe potitus eris rex, et securus tractabis sceptrum æternum. Ille repressit gradum; atque detorquens vultus sævos a muris Urbis, Longe, ah longe, inquit, Dii avertant ejusmodi præsagia: atque profugus exigam ætatem multo æquius, quam Capitolia aspiciant me regem. Dixit, et con-

populo Quiriti.—576 Leid. *Quæ* [Burm. conj. pro *Quid*] *sibi signa ferant trep.*—577 *Inspexit* Heins. reponit cum pr. Bonon. pro vulg. *aspexit.*—579 Unus Mor. *acrem;* et vs. seq. *vultum* pro *lumen.* Unus Heins. *sustul. augur;* Leid. et Mor. *alte.*—580 *Pecudum* ex Fr. alii *pecudis.*—581 Alii *tibi enim jam C.*—582 Pr. Bonon. *L. debebunt corn.* sed tum legendum Burm. censet *tibi enim se C.*—583 *Moram* Heins. dedit ex Thuan. quod et habent sex alii; vulg. *moras:* Menard. Cod. *rias.*—584 *Ha propera* est in octo codicibus: *oppropera* in uno: *at propera* in alio: *et*, et *ac propera* in aliis.—585 *Potier. per ævum* Thuan.—586 *Inde pedem* duo libri.—587 *Procul ah* veteres plerique; multi *o;* Leid. *hinc.*—588 Duo libri *multo quoque.* Dein Heidelb. et tres libri *tutius æv.*—589 Pro

NOTÆ

575 *Vina*] In pateras vina fundit sacrificiis adhibenda.

577 *Tyrrhenæ*] Nefario idolorum cultui addictissima fuit ea gens: ideoque ex Etruria acciti ad lustrationes et prodigia procuranda aruspices. Quin ex Romanorum principum filiis tradi sex in disciplinam singulis Etruriæ populis notum ex Cicer. I. lib. de Divinatione.

586 *Torvam*] Utpote omen atque tyrannidem aversantis.

589 *Capitolia*] In illud Jovis templum curru triumphantes deducebantur, qui lauream suam Deo consecrarent.

Dixit: et extemplo populumque gravemque Senatum 590
Convocat: ante tamen pacali cornua lauro
Velat, et aggeribus factis a milite forti
Insistit: priscoque Deos e more precatus,
En, ait, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,
Rex erit. Is qui sit, signo, non nomine, dicam. 595
Cornua fronte gerit: quem vobis indicat augur,
Si Romam intrarit, famularia jura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas;
Sed nos obstitimus: quamvis conjunctior illo
Nemo mihi est. Vos urbe virum prohibete, Quirites; 600
Vel, si dignus erit, gravibus vincite catenis:
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia succinctis, ubi trux insibilat Eurus,
Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos; 605

festim cogit populum et gravem senatum. Prius tamen tegit cornua lauro pacifero, et stat super aggere excitato a strenuis militibus; atque precatus Deos e more antiquo, Ecce, inquit, hic est unus, quem nisi vos ejicitis urbe, erit rex. Aperium indicio, non nomine, quis ille sit. Habet cornua in fronte: quem aruspex vobis prædicit dicturum jura servilia si Romam subierit. Ille quidem potuit inire portas patentes, sed nos prohibuimus; quanquam nullus est mihi propior illo. Vos Romani arcete virum aditu urbis; vel si erit meritus coërcete gravibus vinculis; aut solvite vos timore nece fatalis tyranni. Qualia murmura excitantur in substrictis pinetis, cum sævus Eurus insibilat; vel qualia undæ marinæ cient, si quis accipiat illas ex

Capitolia erat in Thuaneo, *depamina*, quod quid velit nescio. *Burm.*—591 Sic Heins. vs. refingit ex duobus Pal. tert. Med. Cant. Urbin. pr. R. Erfurt. et utroque Hamburg. nisi quod in nonnullis *placali:* olim edebatur *Ante tamen capitis nova cornua fronde.*—593 Alii *de*, vel *ex more.*—594 *En* dedit Heins. ex Thuan. et quibusdam aliis pro vulg. *Est:* et *ni* ex eodem Thuan. pro *nisi.*—595 Berolin. *hic* pro *is.*—596 Eutyches Grammat. II. citat *quæ vobis i. auctor.* Bas. et septem alii *quem nobis.*—597 Voss. *famulantia jur.* unus Heins. *popularia.*—598 Leid. *port. perrumpere.*—599 Bas. *nos obstruimus:* O. *institimus.*—600 Unus Heins. et Mor. *vir. removete*, Q.—602 Heidelb. *Vel*, Berolin. *Haud fin.* et hic cum tribus libris *fatali mort.* et unus R. *fatali more.*—603 Pro *succinctis* unus Leid. *Peliacis;* eleganter, judice Heins. unus Med. *sacratis;* Berolin. *subtractis;* Zulich. *substrictis.* Dein Leid. et Mor. *ut* pro *ubi.*—

NOTÆ

596 *Augur*] Qui hic pro aruspice positus, de quo supra.

597 *Famularia*] Leges quibus vos omnes oporteat servorum more obedire.

603 *Succinctis*] Quia, ut alibi noster, 'hirsuto vertice pinus,' minusque ramoso stipite a terra.

Tale sonat populus. Sed per confusa frementis
Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille ?
Et spectant frontes, prædictaque cornua quærunt.
Rursus ad hos Cipus, Quem poscitis, inquit, habetis :
Et, demta capiti, populo prohibente, corona, 610
Exhibuit gemino præsignia tempora cornu.
Demisere oculos omnes ; gemitumque dedere :
Atque illud meritis clarum (quis credere possit ?)
Inviti videre caput : nec honore carere
Ulterius passi, festam imposuere coronam. 615
At proceres, quoniam muros intrare vereris,
Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,
Quantum depresso subjectis bubus aratro
Complecti posses ad finem Solis ab ortu.
Cornuaque æratis, miram referentia formam, 620
Postibus insculpunt, longum mansura per ævum.

remoto loco ; talia reddit populus. Verum tamen unus sonus, Quis ille ? extollitur super voces confusas populi trepidantis. Atque intuentur frontes, et lustrant cornua prædicta. Cipus ad hos denuo, Videtis, ait, quem quæritis ; atque sublata corona ex capite populo obstante ostendit tempora conspicua duplici cornu. Omnes depresserunt oculos, atque ingemuerunt ; et, quis possit fidem habere ? nolentes aspexerunt illud caput inclytum beneficiis ; neque passi esse diutius sine honore imposuerunt festam coronam. At optimates, quandoquidem prohibearis subire mœnia, Cipe, præbuerunt tibi tantum agri honorifici, quantum posses comprehendere bobus submissis aratro impacto ab ortu Solis ad occasum. Atque insculpunt postibus æratis cornua imitantia stupendam figuram, duratura per longa sæcula.

606 Duo libri *vulgus* pro *populus*. Mox multi *conf. trementis ;* unus *timentis*. —607 Berolin. *ille est*.—609 Pro *poscitis* alii *quæritis*, vel *noscitis*. Mox O. *mq. habemus*.—610 Burm. conj. *pop. spectante*, vel *mirante ;* vel *nullo prohibente*. —613 Gron. V. et Arg. *mer. parcum*.—616 In Cælest. *portas* pro *muros*. *Vereris* Mor. quod rectius et meritis Cipi convenientius credit Burm. Vulg. edebatur *veturis*.—618 Alii *bobus* pro *bubus*, ut alibi.—619 *Solis* ex plurimis libris ; vulg. *lucis*.—620 Berolin. cum multis aliis *Cornuaq. auratis*. Deinde pro *miram*, unus Leid. *verum ;* quod non omnino damnandum censet Burm. nisi quis *veterem* malit. Mox Arg. *præstantia form.* a quibusdam etiam *testantia*

NOTÆ

612 *Demisere*] Tum ne boni civis dedecus aspicerent, tum ut animum a regia dignitate aversum patefacerent.

618 *Quantum*] Jugerum illud dicitur, quantum par boum uno die exarare possit : illudque hic videtur significari.

620 *Miram*] Quia humano capiti adnata cornua. Capitis autem effigiem æreæ portæ qua Cipus excesserat inclusam fuisse testatur Valerius.

Fab. L. Æsculapius in Draconem.

Gravis pestilentia Romanis cum incidisset, et maxima trepidatio urbem teneret, per legatos oraculum Apollinis consultum est. Ex quo responsum, ut Æsculapium Epidauro arcesserent: nobilissimique legati cum simulacrum Dei petitum ad Epidaurios fuissent, stupentibus admiratione Deus in draconem versus, per medium Epidaurum lapsus, navem legatorum conscendit: cum quibus vectus Romam ut delatus est, insulam Tyberis ingressus est, ibique se virgultis occuluit: qui locus draconis vocatur.

Pandite nunc, Musæ, præsentia numina vatum,
(Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas,)
Unde Coroniden circumflua Thybridis alveo
Insula Romuleæ sacris asciverit urbis. 625
Dira lues quondam Latias vitiaverat auras,
Pallidaque exsangui squallebant corpora tabo.
Funeribus fessi postquam mortalia cernunt

L. *Nunc, Musæ, numina faventia poëtis, aperite, namque vobis compertum est, neque remota antiquitas vos latet, unde insula circumdata fossa Tybridis addixerit Coroniden Diis urbis Romuleæ. Sæva pestis olim corruperat aërem Latialem, et corpora exsanguia diffluebant sanie. Postquam exhausti funeribus vident humanos conatus*

legitur.—623 Mor. *vos fallunt sp.* Mox duo libri *senectus.*—624 Heins. de suo dedit *alveo;* olim edebatur *alti;* in quibusdam vett. Codd. *undis:* Burm. conjicit *circumfl. Thybride flavo.*—625 *Asciverit* vel *adsciverit* Heins. recepit ex uno suo pro vulg. *adjecerit:* pr. Bonon. *acciverit;* unus *accenserit:* alii *accesserit,* vel *arcesserit,* vel *accerserit.*—626 Unus. V. *L. involverat aur.* tres etiam *intraverat.* Deinde Ursin. et alii *oras;* nonnulli *undas.*—627 Med. *Pallidaq. elangui sq.* Heidelb. *pallebant.* Mox *tabo* est ex Thuan. et aliis pro

NOTÆ

624 *Coroniden*] Æsculapium dicit, Coronei nepotem, Apollinis ex Coronide filium, medicum, et medicorum Deum.

625 *Insula*] Quia Æsculapius Romanis Deus non Indiges vel Indigena, sed Ascititius, in Thybridis insula draconis specie sibi sedes aptas delegit, ut postmodum patebit, ideo ea Romæ illum Deum, ejusque sacra, ascivisse dicitur.

626 *Lues*] Pestis, cujus paucissimis verbis Poëta egregiam dedit descriptionem. De hac vero etiam historici, qui Æsculapium quoque Epidauro accitum memorant.

628 *Postquam*] Sua equidem opera atque concessis a Deo mediis uti debent homines, neque temere nova semper, quasi numinis tentandi causa, ex cœlo arcessere: ceterum pessime atque perversissime illi faciunt, qui absque eo quicquam incipiunt; in mediis, neglecta Dei ope, hærent.

Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum;
Auxilium cœleste petunt: mediamque tenentes 630
Orbis humum Delphos adeunt, oracula Phœbi:
Utque salutifera miseris succurrere rebus
Sorte velit, tantæque urbis mala finiat, orant.
Et locus, et laurus, et, quas habet illa, pharetræ,
Intremuere simul; cortinaque reddidit imo 635
Hanc adyto vocem, pavefactaque pectora movit:

neque curas medicorum quicquam prodesse, se conferunt ad opem cœlestem; atque potiti Delphis terra media mundi consulunt sortes Apollinis, atque precantur velit subvenire rebus afflictis oraculo salutifero, et finem imponat cladi tantæ urbis. Et locus, et laurus, et pharetræ quas illa decorat, simul concussa sunt, atque cortina edidit hunc sonum ex ultimo adyto, et perculit corda trementia: Potuisses petere loco

vulg. *morbo.*—628 Berolin. et duo libri *Fun. pressi postq.*—629 Unus Mor. *poss. medentis;* et Thuan. *medendi:* Heins. malebat *medentes,* sed hoc, propter 'tenentes' in seq. vs. Burm. vix placet.—630 *Tenentes* Heins. protulit ex pr. Pal. et V. et Bas. tert. et quart. Med. Thuan. Urbin. N. et multis aliis; olim edebatur *tenentis.*—633 Menard. Cod. *captæque;* in uno Heins. *mtæque* scribebatur; quod ille credebat pro *meritæque* scriptum. R. alter *urbisque.*—634 Vulgo, *habet ipse pharetras.* Pr. Pal. alter Hamburg. et unus Med. *ipsa illa pharetras:* alii *ipsa pharetræ;* et hinc Heins. loc. constituit: Berolin. *ille,* et superscr. 'Apollo.'—635 Jun. *Contremuere:* unus *Intrem. una,* et duo *omnes.* Mox Barb. *redd. ictu;* unus *alto.*—636 Multi *Hanc aditu voc.* Deinde

NOTÆ

630 *Mediam*] Parnassum montem, sub quo Delphi Apollinis oraculo clarum oppidum, orbis umbilicum statuunt Strabo, Lucan. alii. Quam vere aut apposite nullus non videt. Ejusmodi nugæ quo fato hominum ora invaserint non satis apparet: ceterum usque et usque, quæ eliminare prorsus satius esset, repetuntur. Sicuti tamen vita corporis rejiciendo etiam sicut et assumendo continetur; pari modo quæ est animæ respuendo, non retinendo, tantum fovetur. Cur non ea quæ nullius sunt bonæ frugis negligimus, siquidem id unum sumus quod cogitamus?

633 *Sorte*] Responso seu oraculo salutem asserenti: namque vaticinia quædam sorte etiam et conjectis in mensam talis agebantur.

634 *Quas habet*] Phœbus ipse ad laurum supra Metam. I. 'Semper habebunt Te coma, te citharæ, te nostræ, laure, pharetræ.'

635 *Cortina*] Occiso Pythone, tripodis custode, inquit Jul. Scaliger, oraculum suum fecit: cujus corio obductus tripus, inde etiam cortina fuit appellatus. Illam vero poëtæ pro tripode usurpant unde oracula dabantur; sive ea mensa fuit, ut quibusdam videtur, sive alia quædam machina, tribus pedibus innixa, qua conscensa et numine afflata Pythias vaticinari solebat. Proprie vero Cortinæ, sive a rotunda cortis *d'une basse-cour* forma, sive usu quem in villaticis cortibus præstarent, ita dictæ sint: quid revera essent ex Catone et Plinio cognoscitur, qui de plumbeis oleo continendo loquuntur, sed maxime ex posterioris l. XXXIV. c. 3. cujus

Quod petis hinc, propiore loco, Romane, petisses;
Et pete nunc propiore loco: nec Apolline vobis,
Qui minuat luctus, opus est; sed Apolline nato.
Ite bonis avibus, prolemque arcessite nostram. 640
Jussa Dei prudens postquam accepere Senatus;
Quam colat, explorant, juvenis Phœbeius urbem:
Quique petant ventis Epidauria littora mittunt.
Quæ simul incurva missi tetigere carina,
Concilium Graiosque patres adiere: darentque 645
Oravere Deum, qui præsens funera gentis
Finiat Ausoniæ: certas ita dicere sortes.
Dissidet, et variat sententia: parsque negandum

propiore quod petis hinc; atque nunc pete loco propiore, o Romane, neque habetis opus Apolline, qui minuat luctus, sed filio Apollinis. Ite lætis auspiciis, atque avehite nostrum filium. Postquam gravis senatus audiit Dei monita, exquirunt in qua urbe juvenis Phœbeius habitet, et mittunt qui petant littora Epidauria ventis. Quæ statim atque missi tetigerunt cava navi, accesserunt ad concilium et patres Græcos, atque precati sunt, ut traderent Deum, qui præsens absolvat nationem Italam funeribus: sic monere certa oracula. Sententia est dissimilis atque varia; parsque non

meliores *pectora*; ceteri *corpora*.—638 Jun. *Sed pete:* unus Mor. A. et Med. *I.*—640 Pr. V. *bon. animis.*—641 Bas. Bonon. et Mor. *postq. cepere S.* Tres etiam libri *postq. accipit ille S.*—642 Ex melioribus Heins. dedit *explorant* pro vulg. *explorat.*—645 Alii *Consilium.* O. *Graios patres*, ut sit appositio. —647 Permulti *cert. addicere sort.* et sic vulg. Edd. ' In codicibus hic magna varietas: *certas id dicere; certunt adducere, adiscere, ediscere, addiscere, abdiscere, abdicere, hæc* vel *hoc dicere, subducere, adducere,*' *&c.* Burm.—

NOTÆ

hæc sunt verba: ' Ex ære factitavere et cortinas tripodum, nomine Delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.'

637 *Propiore*] Brevior est tamen navigatio Roma Delphos per Corinthiacum sinum euntibus, quam si Epidaurum usque, quæ magis ad ortum, pergerent. Sed λοξίας atque obliquus Apollo, interdum et vates ipsius. Admonitus facile quo modo vera sint Poëtæ verba intellexerit.

639 *Nato*] Æsculapio, scilicet.

640 *Bonis*] Ex avium volatu atque garritu quia futurorum aucupari scientiam nitebantur, ideo bonæ quæ læta dicebantur, malæ quæ adversa portendebant.

642 *Juvenis*] Æsculapius.

643 *Epidauria*] Plures fuerunt Epidauri, sed de Argia hic agitur Peloponnesi, ad sinum Saronicum, Æsculapii fano olim celebri.

647 *Ausoniæ*] Italæ: fuerunt namque Ausones antiquissimi populi qui Italiam tenuerunt.

Sortes] Apollinis oracula, ut supra.

648 *Sententia*] Epidaurii concilii, seu Græcorum patrum.

Non putat auxilium; multi renuere, suamque
Non emittere opem, nec numina tradere suadent. 650
Dum dubitant; seram pepulere crepuscula lucem:
[Umbraque telluris tenebras induxerat orbi:]
Cum Deus in somnis opifer consistere visus
Ante tuum, Romane, torum; sed qualis in æde
Esse solet: baculumque tenens agreste sinistra, 655
Cæsariem longæ dextra deducere barbæ,
Et placido tales emittere pectore voces:
Pone metus: veniam; simulacraque nostra relinquam.
Hunc modo serpentem, baculum qui nexibus ambit,
Perspice: et usque nota visu, ut cognoscere possis. 660
Vertar in hunc: sed major ero; tantusque videbor,
In quantum verti cœlestia corpora debent.

censet opem abnuendam; multi renuerunt, atque admonent non dimittere suum præsidium, neque dare suos *Deos. Dum incerti hærent, crepuscula fugaverunt serum diem: atque umbra terræ invexerat caliginem mundo; cum Deus propitius visus adesse in somnis ante tuum lectum, Romane, sed qualis solet esse in templo, et tractans baculum nodosum sinistra, mulcere crines prolixæ barbæ dextra, et proferre hujusmodi verba ex amico pectore: Desine expavescere, proficiscar, atque deseram nostras imagines. Intuere tantum hunc anguem, qui implicat spiris hunc baculum; atque accurate animadverte oculis, ut possis cognoscere. Mutabor in hunc, sed major ero; et tantus videbor in quantum cor-*

649 *Renuere* ex pr. Bas. et uno Voss. placet Heins. præ vulg. *retinere:* unus etiam Mor. *tenuere.*—650 O. et quart. Med. Arund. et septem alii *amittere op.* quod præfert Burm. quia mox 'emittere' sequitur: tres enim pr. Gron. *admittere;* totidem *dimittere.*—651 Tert. Med. *tardam* pro *seram:* Pat. *claram repulere.* Multi etiam *crepusc. noctem.*—658 *Metus* ex melioribus protulit Heins. vulg. *metum.* Unus R. *simulacraq. magna.*—660 Multi *Prospice: et;* quinque *Respice.* Mox vulg. legebatur *nota, visum ut cogn. poss.* Heins. *visu* ex castigatioribus.—662 Duo libri *cœl. numina;* et totidem *pectora.*

NOTÆ

650 *Numina*] Æsculapii, scilicet.

652 *Umbraque*] Expositionem esse frigidam superioris crepusculi, atque Ovidio indignum hunc versum, quivis agnoscat.

653 *Deus*] Æsculapius.

654 *Romane*] Plures fuisse legatos Epidaurum missos supra vidimus: sed unus princeps fuit.

655 *Agreste*] Neutro genere baculum dixit, qui masculini est. Ceterum non sine causa Æsculapii gestamen baculus agrestis, isque angue involutus: siquidem enim medici sanitatis fulcrum videri volunt, prudentia maxime uti debere utpote in maximis difficultatibus per illud gestamen intelligitur: neque aliter ad novam vitam, qualem, exuviis positis, serpentes videntur recipere, ægros possunt perducere.

656 *Longæ*] Longa namque experientia opus est medico, quam nisi per annos comparare non licet.

Extemplo cum voce Deus, cum voce Deoque
Somnus abit; somnique fugam lux alma secuta est.
Postera sidereos Aurora fugaverat ignes: 665
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conveniunt operosa Dei: quaque ipse morari
Sede velit, signis cœlestibus indicet, orant.
Vix bene desierant, cum cristis aureus altis
In serpente Deus prænuntia sibila misit: 670
Adventuque suo signumque, arasque, foresque,
Marmoreumque solum, fastigiaque aurea movit:
Pectoribusque tenus media sublimis in æde
Constitit: atque oculos circumtulit igne micantes.
Territa turba pavet: cognovit numina castos 675
Evinctus vitta crines albente sacerdos:
Et Deus en, Deus en; linguisque animisque favete,

pora cœlestia debent mutari. Continuo Deus recedit cum voce, sopor cum voce et Deo; et dies amabilis secutus est discessum soporis. Sequens Aurora disjecerat ignes sidereos; optimates dubii quid faciant coëunt in templum magnificis operibus exstructum Dei expetiti, atque precantur demonstret indiciis cœlestibus quo loco ipse cupiat manere. Vix satis absolverant, cum Deus splendidus in angue erectis cristis emisit sibila prænuntia, et concussit adventu suo et statuam, et altaria, et valvas, et stratum marmoreum, et cacumina aurea; atque constitit excelsus in medio templo pectore tenus; et circumspexit oculis igne radiantibus. Turba pavida timet. Sacerdos habens comam castam religatam vitta alba cognovit Deum; atque inquit, Ecce Deus, ecce Deus; et favete animis atque

Ex vett. Ciofanus corr. *debent* pro vulg. *possunt.*—664 Bothius delet periodum post *est*, et seq. vs. legit *sidereosque.*—665 Unus Heins. et Mor. *A. removerat ign.*—667 Alii *Perveniunt oper.*—669 Pr. Mor. *aur. albis.*—670 *Misit* ex plerisque vett. ceteri *morit.*—675 Sixii *turb. pavent.* Mox quidam Codd. *num. castus.* Cant. Noric. sex pro var. lect. *numen Acastus:* unus Bas. *Acastos.*—677 Liber Cælest. *En Deus, en Deus est.* Ciofan. Alii, *Et Deus est, Deus est:* N. et quinque alii, *En Deus, en Deus est:* unus, *En Deus et:* multi alii, *En Deus est, Deus est.* Scribe, *Et, Deus en, Deus en:* sic Sibylla apud Virgil. 'Deus, ecce Deus:' et Amphiarans apud Stat. Theb. III. 644. 'Deus ecce

NOTÆ

667 *Operosa*] Multa opera exstructa, quippe quæ excelsa atque superba.

Quaque] Epidauri an Romæ.

669 *Aureus*] Non tam, quia ejus simulacrum aureum, crediderim, ut scripsit commentator, quam ut splendidum fuisse serpentem, qualemque sese pollicitus erat Æsculapius, intelligamus.

671 *Signum*] Æsculapii statuam.

674 *Micantes*] Acutissimi visus et vividæ naturæ est serpens, ex quo optima parantur remedia. Quibus de causis Æsculapio sacer.

677 *Deus*] Turpissimos atque te-

Quisquis ades, dixit. Sis, o pulcherrime, visus
Utiliter: populosque juves tua sacra colentes.
Quisquis adest, jussum venerantur numen; et omnes 680
Verba sacerdotis referunt geminata, piumque
Æneadæ præstant et mente et voce favorem.
Annuit his: motisque Deus rata pignora cristis,
Ter repetita dedit vibrata sibila lingua.
Tum gradibus nitidis delabitur, oraque retro 685
Flectit, et antiquas abiturus respicit aras;
Assuetasque domos, habitataque templa salutat.
Inde per injectis adopertam floribus ingens
Serpit humum, flectitque sinus, mediamque per urbem
Tendit ad incurvo munitos aggere portus. 690

linguis, quisquis ades. Sis conspectus utiliter, o formosissime; atque opem feras populis venerantibus tua sacra. Quicumque adest adorant Deum jussum, atque omnes iterant voces repetitas sacerdotis; et Æneadæ favent pie animo atque verbis. Deus annuit his; et cristis agitatis emisit sibila ter iterata lingua vibrata, quæ essent *certa pignora. Tum descendit per gradus mundos, et retorquet caput, atque discessurus respicit altaria antiqua, et salutat domos assuetas et templa possessa. Hinc magnus obrepit per terram tectum floribus sparsis; atque agitat spiras, et petit portus vallatos incurvo aggere per mediam urbem. Hic substitit, et visus di-*

furentibus obstat, Ecce Deus.' Sic Silius lib. XI. 552. 'Dextra en, en dextera.' Mox, *linguisque animisque* pr. Bas. et tres alii; multi, *linguis animisque:* vulgo, *animis linguisque. Heins.*—678 *Ades* ex multis castigatioribus; vulg. *adest.* Deinde tres scripti *sisque o.*—679 Pr. Mor. *juv. pia sacra.*—680 *Jussum* habent pr. Hamburg. et duo alii; ceteri *visum.*—681 Tert. Med. *repetunt* pro *referunt.*—682 Alii *et voce et mente.*—684 *Et repet.* multæ Edd. et plerique scripti præter Thuan. ex quo Heins. reposuit *Ter.*—685 Pr. Bonon. *niveis* pro *nitidis.* Deinde *delabitur* Heins. dedit ex pr. Pal. Thuan. Urbin. Bernegg. N. pr. R, Cant. pr. Bas. Arund. et aliis; vulg. *elabitur:* tert. Med. et tres alii *collabitur;* pr. Gron. et duo *dilabitur.*—686 Thuan. *resp. arces.*—688 Genevens. *Ind. supervectis;* Cod. Sprotii, *superjectis:* pr. Gron. *per ingestis;* Leid. *inrectis.*—690 Berolin. *Tend. et incurv.*—691 Vivian. *turbæq. frequentis;*

NOTÆ

terrimos dæmonis cultus quando audimus, non exhorrescere tantum, sed vero Deo gratias ex intimo corde expromere debemus, qui nos a tantis malis liberos esse voluerit.

680 *Jussum*] Quod venerari sacerdos jusserat.

682 *Præstant*] Animo ad sacra attento præstant silentium, pia vota concipiunt, bona verba dicunt Romani Æneæ aut comitum ejus posteri.

685 *Nitidis*] O pari cura si corda saltem sua accedenti vero Deo ab impurissimis cogitationibus repurgata Christiani plurimi præstare satagerent!

689 *Sinus*] Quippe in spiras contorto tergo sese angues promovent.

Restitit hic: agmenque suum, turbæque sequentis
Officium placido visus dimittere vultu;
Corpus in Ausonia posuit rate. Numinis illa
Sensit onus: pressaque Dei gravitate carina
Æneadæ gaudent; cæsoque in littore tauro 695
Torta coronatæ solvunt retinacula navi.
Impulerat levis aura ratem. Deus eminet alte:
Impositaque premens puppim cervice recurvam,
Cœruleas despectat aquas: modicisque per æquor
Ionium Zephyris sexto Pallantidos ortu 700
Italiam tenuit; præterque Lacinia templa
Nobilitata Deæ, Scylaceaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, levisque Amphissia remis

mittere turbam suam et officium agminis prosequentis leni facie; demisit corpus in navi Itala. Illa sensit pondus Dei; et Æneadæ lætantur navi onusta pondere numinis; et bove mactato in littore solvunt vincula torta navis coronatæ. Levis ventus egerat navim. Deus sublimis extat, et innixus pandæ puppi capite demisso, despicit aquas cæruleas; et zephyris modicis per mare Ionium sexto exortu Pallantidos pervenit in Italiam, et vehitur præter littora Lacinia inclyta templo Deæ, atque Scylacæa. Omittit Iapygiam, et vitat petras Amphissias expolitis remis: præterit a parte

unus Med. *sequenti;* pr. V. *loquentis.*—693 Voss. *misit* pro *posuit.*—694 Berolin. *carina est.*—695 Unus Med. *in littora.*—696 *Tort. coronati,* scil. ut ad Æneadas referatur. Ex multis Heins. protulit *navi;* vulg. *puppis:* Pat. et Mor. *classis.*—697 Pr. Mor. *Imp. gravis aur.* Voss. *levis unda.*—699 Berolin. *Cæruleam...aquam.*—700 Alii *Z. sextæ P.*—701 Heins. suadet *L. templo.*—702 *Deæ* est ex Thuan. Politian. pr. Pal. et V. Arund. et sex aliis: vulg. *Dea;* et unus *Deo.* Alii *Scyllæaque.*—703 Quidam etiam *Amphrysia.*—704

NOTÆ

692 *Placido*] Istud ex Principum more equidem, qui benignis verbis comites solent dimittere. Ceterum quid placidi habere possit horrendus draco nunquam ego assequor, qui serpentes quoscumque abominor.

696 *Coronatæ*] Ut decuit illam esse, scilicet, quæ tam pretiosam mercem veheret.

700 *Ionium*] Illud namque, quod Siciliam inter et Græciam patet, Romanis Epidauro Romam redeuntibus fuit enavigandum.

Pallantidos] Auroræ, quam Pallantis filiam nonnulli scripserunt. Per illam autem sex dies hic intelliguntur.

701 *Lacinia*] In Lacinio promontorio fuisse Junonis templum ex Virgilio intelligitur: sanctumque fuisse omnibus circa populis testatur Livius.

702 *Scylacea*] Scylacei sinus aut oppidi in extrema Calabria.

703 *Iapygiam*] Calabriam, ab Iapyge Dædali filio sic dictam.

Amphissia] Frustra, ut videtur, in his detegendis viri magni desudarunt; atque adeo in illis non hærebimus.

Saxa fugit: dextra prærupta Ceraunia parte,
Romechiumque legit, Caulonaque, Naryciamque, 705
Evincitque fretum, Siculique angusta Pelori,
Hippotadæque domos regis, Themesesque metalla;
Leucosiamque petit, tepidique rosaria Pæsti.
Inde legit Capreas, promontoriumque Minervæ,
Et Surrentino generosos palmite colles, 710
Herculeamque urbem, Stabiasque, et in otia natam

dextra fragosa Ceraunia, et Romechium, et Caulonem, et Naryciam, atque superat fretum, et angustias Pelori Siculi, et domos regis Hippotadæ, et ærifodinas Themeses; tum tendit Leucosiam, et rosaria calidi Pæsti. Hinc legit Capreas, et promontorium Minervæ, et montes nobiles vite Surrentina, et urbem Heracleam, et Stabias,

---

Celennia libri veteres majori ex parte: nonnulli, *Celemnia, Celempnia, Celenia, Cilenia, Cylennia, Cilemnia:* Arund. *Celamnia:* Zulich. *Celeunia,* cum tribus aliis: Turnebus, *Columnia,* ut *Columna Rhegia* intelligatur, quæ Græcis στηλίς. —705 In multis veterum, *Plemiriumque:* in aliis, *Romethiumque, Remethiumque, Remechiumque, Rometheumque, Remotiumque, Prothitonque:* primus Basil. *Ramethiumque:* quare Vossio nostro assentior, *Lametum* scribenti: *Plemyrium* Ortelius. Turnebus *Remigioque,* oblitus *remis* paulo ante præcessisse. *Heins.* Mox etiam habent alii *Naritiamque,* vel *Naritiasque,* vel *Naritiamque.*— 708 Edd. vulg. habent *Leucosiamq.* et sic etiam nonnulli vett. codd. Unus Ciofan. *Leuconiamq.* duo V. et alter Ma. *Leucoriamq.* alii volunt *Leucorumq.* pr. Pal. *Leucoriunq.* N. *Yecoriamq.* alter Hamburg. *Leucotoamq.* Arund. *Leuconiamq.* pr. Hamburg. *Leuconamq.* unus *Leuthariumq.* alii *Leutoriamq. Leucericamq. Leucothoemq. Leusesiamq.* Hein. vellet *Leucasiamq.*—709 Quidam

NOTÆ

704 *Ceraunia*] Neque hæc in Italia quisquam alius scriptor indicavit.

705 *Romechium*] Nullum quoque hujus uspiam vestigium.

Caulona] Fuit Caulon seu Caulonia urbs magnæ Græciæ in Brutiis, vel, quod idem est, oppidulum Calabriæ ulterioris in monte cognomine.

Naryciam] Narycia, Naricia, aut Naritium Calabriæ est etiam, quam in extremo ejus angulo Locri Narycii ædificaverunt.

706 *Pelori*] Quod ex tribus Siciliæ promontoriis est unum, in Italiam vergens.

707 *Hippotadæ*] Æolias dicit insulas, in quibus regnavit Æolus, Jovis filius ex Acesta, Hippotæ Trojani filia: de quo jam sæpius.

Themeses] *Temeser,* Latinis Tempsum, Brutiorum oppidum, ærifodinis nobilem, quas suo tempore defecisse narrat Strabo.

708 *Leucosiam*] Lucaniæ est parva insula in sinu Pæstano.

Rosaria] Pæstum Leucaniæ oppidum semper vernans, cujus etiam rosaria Virgil. commendat his verbis: 'biferique rosaria Pæsti.'

709 *Capreas*] Insula est regni Neapolitani contra promontorium Minervæ, Tiberii secessu nota.

Promontorium] In illius extremo est Athenæum, seu Minervæ sacellum, quod Ulysses dicitur ædificasse.

710 *Surrentino*] Surrentum urbs est Campaniæ vino maxime nobilis.

711 *Herculeam*] Heraclea etiam,

Parthenopen, et ab hac Cumææ templa Sibyllæ.
Hinc calidi fontes, lentisciferumque tenentur
Liternum, multamque trahens sub gurgite arenam
Vulturnus, niveisque frequens Sinuessa columbis; 715
Minturnæque graves, et quam tumulavit alumnus,
Antiphatæque domus, Trachasque obsessa palude,

et Parthenopen factam ad otia, et post hanc templa Sibyllæ Cumææ. Inde tepidi fontes, et Linternum lentisciferum superantur, atque Vulturnus ducens sub aquis multam glaream, et Sinuessa abundans albis serpentibus; et Minturnæ insalubres, et quam alumnus sepelivit, et sedes Antiphatæ, et Trachas circumdata palude, et

scribunt *Caprias;* et mox *promuntoriumq.*—713 *Tenentur* ex Urbin. pr. Bas. et quinque aliis: vulg. *tenetur.*—714 Plurimi scribunt *Linternum.*—715 Pr. Pal. et sex alii *Volturnus.*—715 Berolin. *S. colubris.*—718 Unus V. *et sparsi l. Ancon;*

NOTÆ

Heracleopolis, Herculaneum insuper hic vocatur vicus, Cluverio *la Torre del Greco:* estque regni Neapolitani, ad radices montis Vesuvii.

Stabias] Oppidum Campaniæ bello sociali a Sylla deletum, dein restauratum: hodie *Castella mare di Stabia.*

712 *Parthenopen*] Neapolim dicit a Parthenope una Sirenarum ibi sepulta cognominatam; quo se Romani otiaturi, propter locorum amœnitatem, conferre solebant.

Cumææ] Cumas Campaniæ urbem a Sibylla nobilitatam supra vidimus. Funditus fuit excisa, diciturque hodie *Cuma distrutta.*

713 *Calidi*] Baias innuit, fontibus calidis maxime celebres. Hodie ibi exiguum castrum tantum superest nomine Baia cum balneis.

Lentisciferum] Lentiscus arbor est in Chio præcipue nascens, mastichen exudans in modum gummi.

714 *Liternum*] Campaniæ fuit oppidum, Scipionis majoris secessu et sepulcro nobile, quod hodie in ruinis jacet.

715 *Vulturnus*] Fluvius Campaniæ, qui ex Apennino Capuam præterlabitur, atque in mare Tyrrhenum ad Vulturni excisæ urbis rudera devolvitur.

Sinuessa] Hæc etiam fuit Campaniæ, quæ hodie prorsus excisa jacet.

Columbis] Verissime, ni graviter fallor, *columbis* pro *colubris* reponi debere censuit claris. Heinsius. Mihi quidem sicut et illi colubri hice nivei sunt nugæ.

716 *Minturnæ*] Urbs fuit Latii, quæ hodie nulla est, in Campaniæ confinio, paludibus adjacens in quibus septies Consul Marius delituit. Ex illis autem aër gravis atque noxius.

Quam] Caietam dicit, Æneæ nutricem, a qua Caietam urbem Latii denominatam volunt. Quanquam ex eo quidam dictam putant a Laconibus, quod in littore curvo sit posita: illi namque curva omnia Caietas vocabant.

Alumnus] Æneas.

717 *Antiphatæ*] Formias dicit, quas tenuisse Antiphaten Læstrygonum crudelem tyrannum supra vidimus.

Trachas] Tarracina seu Terracina, quæ et Anxur prius dicta, itemque Trachina, hoc est, aspera, utpote in colle sita, urbs Volscorum in Latio. Deficit in dies propter adjacentium

Et tellus Circæa, et spissi littoris Antium.
Huc ubi veliferam nautæ advertere carinam,
(Asper enim jam pontus erat,) Deus explicat orbes; 720
Perque sinus crebros et magna volumina labens,
Templa parentis init, flavum tangentia littus.
Æquore pacato patrias Epidaurius aras
Linquit; et hospitio juncti sibi numinis usus
Littoream tractu squamæ crepitantis arenam 725
Sulcat; et, innixus moderamine navis, in alta
Puppe caput posuit: donec Castrumque, sacrasque
Lavini sedes, Tiberinaque ad ostia venit.
Huc omnes populi passim, matrumque patrumque

terra Circæa, et Antium firmi littoris. Postquam nautæ huc direxerunt navem veliferam, namque jam mare erat iratum, Deus evolvit spiras; atque obrepens per frequentes flexus et ingentes orbes subit templa patris tangentia fulvum littus. Epidaurius descrit altaria paterna mari composito; et usus hospitio Dei sibi conjuncti, scindit arenam littoream tractu squamæ stridentis; et insistens gubernaculo navis demisit caput in excelsa puppe, donec appulit ad Castrum et sacras domos Lavinii ad ostia Tiberina. Omnes populi passim, et agmen occurrens fœminarum

in libr. Cælest. et Briant. *et spissi l. Anxur;* Berolin. *passi...Anchon;* in libro Ursin. *spissi...antrum;* in uno V. *Antium:* vulg. Edd. *Ancon:* Heinsio *Antium* ex V. placebat.—719 Med. unus *ubi velivolam,* ut sæpe Ennius, Lucretius et alii.—721 Strozzæ lib. *vol. serpens.*—722 Sex libri *adit* pro *init.* Dein unus *magnum tang.* duo *fulvum;* unus *latum:* et tert. Med. *cogentia littus.*—723 Pr. Mor. N. et plurimi *pacato;* vulg. *placato.* Berolin. *placidus* pro *patrias.*—724 Idem Cod. *sib. nominis hujus.*—725 Pr. Mor. et septem alii *squam. trepidantis aren.*—726 Berolin. *et innexus moder.*—729 Idem Cod. *Hunc omn.* Thuan. Cant. Jun. et tres alii *Huc.* Tum Ro. *omnis populus pass.* Dein pr. Bonon. et unus Med. *juvenumque senumque:* Thuan. pr. V. O. et sex alii *matrumq. senumque,* et duo *nurumque.* Heins. censet ab Ovidio scriptum fuisse

NOTÆ

Pomtinarum paludum exhalationes, aërisque intemperiem.

718 *Circæa*] Mons est Latii, mari ac paludibus ita cinctus ut insula videatur, a Circe quæ illum tenuit cognominatus: in quo olim urbs Circæi aut Circæum, hodie in ruinis.

Antium] Hæc olim Volscorum caput fuit, xxv. mill. pas. ab Urbe in hortum hybernum.

720 *Explicat*] Discessurus, scilicet: namque quiescentes solent angues in multos orbes sese convolvere, ut vidi sæpius.

722 *Parentis*] Apollinis, scilicet.

723 *Epidaurius*] Serpens, aut Æsculapius, aut Dæmon Epidauro avectus.

727 *Castrum*] Castrum dicit Inui seu Panos, Rutulorum oppidulum in Latio.

728 *Lavini*] Urbs fuit Latii ab Ænea conditá, in qua Veneris templum nomini Latino commune.

Ostia] Ubi Ostia civitas ab Anco Martio constituta.

Obvia turba ruit; quæque ignes, Troica, servant, 730
Vesta, tuos; lætoque Deum clamore salutant.
Quaque per adversas navis cita ducitur undas,
Thura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraque sonant, et odorant aëra fumis;
Ictaque conjectos incalfacit hostia cultros. 735
Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem;
Erigitur serpens, summoque acclinia malo
Colla movet, sedesque sibi circumspicit aptas.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis:
Insula nomen habet: laterumque a parte duorum 740
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc se de Latia pinu Phœbeius anguis
Contulit: et finem, specie cœleste resumta,
Luctibus imposuit; venitque salutifer Urbi.

atque virorum, et quæ custodiunt tuos ignes, Vesta Troica, huc ruunt, et salutant Deum festiva vociferatione. Et qua velox navis ducitur per undas adversus, thura crepitant ab utraque parte, altaribus structis ex ordine ad ripas, atque perfundunt aërem fumis odoriferis; et victima percussa calefacit cultros immissos. Jamque subierat urbem Romam caput rerum; anguis tollitur, et movet colla annitentia supremo malo; et sibi circumspicit domum congruam. Fluvius circumlabens dividitur in duas partes: Insula habet nomen; et mittit brachia æqualia a parte duorum laterum, terra media. Serpens Phœbeius huc concessit ex navi Latia; et finivit luctus forma cœlesti recepta; atque accessit opifer Urbi.

Huc omnis populus p. matresq. patresq. Obvia turba ruit.—730 *Troia* malebat Heins. *Servant* est ex multis vett. vulg. *servat.*—732 Leid. *per eversas nav.* Tert. Med. *cita puppis ducitur:* et unus lib. *vertitur.*—734 Octo libri *et adorant aër.* Dein pr. Strozzæ *fumo;* duo *fumum;* unus Heins. *fumi.*—735 R. *Jactaque;* pr. Pal. *Tactaque;* unus liber *Lætaque.* Tum quatuor *congestos.*—737 *Acclinia* dedit Heins. ex scriptis melioribus pro vulg. *accliria:* pr. Bas. *inclinia.*—738 Mor. et unus Heins. *sedesq. procul circumsp.*—739 Berolin. *circumfl. humor.*—740 *Laterum de part.* habent alii.—742 Berolin. *de lata pin.*

NOTÆ

730 *Quæque*] Vestales virgines Æsculapio etiam obviam processisse ait.

Troica] Vestam namque atque Ignem æternum Imperii custodem Æneas Troja avexerat.

739 *Amnis*] Tyberis, scilicet, qui Romam alluit.

741 *Lacertos*] Perinde dicimus Gallice *les bras d'une rivière.*

742 *Huc*] In insulam Tyberis, quæ erat extra urbem: quia scilicet, ibi aër salubrior, neque aliud præsentius remedium adversus luem quam secessus.

Phœbeius] Quia Æsculapium Phœbi seu Apollinis filium exhibebat.

743 *Cœleste*] Pro, cœlesti: quæ tamen species humana est, et barbati senis laurea redimiti, nodoso in manu baculo.

Fab. LI. Julius Cæsar in Cometen.

Ovidius opere peracto docet se a Chao principium cepisse, et ad Cæsarem deduxisse: quem, gentibus orbis devictis, Venus post suorum insidias in cometen vertit.

Hic tamen accessit delubris advena nostris: 745
Cæsar in Urbe sua Deus est: quem Marte togaque
Præcipuum, non bella magis finita triumphis,
Resque domi gestæ, properataque gloria rerum
In sidus vertere novum, stellamque comantem,
Quam sua progenies. Neque enim de Cæsaris actis 750
Ullum majus opus, quam quod pater extitit hujus.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos,

1.1. *Hic tamen peregrinus ascriptus est nostris templis: Cæsar est Deus in Urbe sua; quem pace et bello principem, non magis bella absoluta triumphis, et res peractæ tempore pacis, et gloria accelerata rerum mutaverunt in novam stellam et cometam crinitam, quam sua soboles. Neque vero de factis Cæsaris ullum est majus opus, quam quod parens fuit hujus. Nempe amplius est vicisse Britannos æquo-*

—744 Novem Codd. *salut. orbi.*—747 Tres libri *fin. tropæis.*—749 Tres *stellamq. cometem*; unus *cometen.*—750 Alii *nec* pro *neque.* Berolin. C. *aptis.*—752 A. *æq.*

NOTÆ

746 *Cæsar*] Julius Cæsar, primus Imperator.

Marte togaque] Pace et bello: namque certe ille in utrumque fuit ita paratus, ut ex quibus virtutibus majorem laudem consecutus sit, difficile sit dicere.

748 *Properata*] Properanter et brevi tempore comparata.

749 *Comantem*] Cometæ crinitæ etiam stellæ dicuntur.

750 *Progenies*] Octavium Augustum dicit, Julii Cæsaris adoptione filium et hæredem, Juliæ, Julii Cæsaris sororis, nepotem, quem C. Octavio peperit Attia Juliæ ex M. Attio Balbo filia. *C'étoit son arrière-neveu, fils de la fille de sa sœur.* Atque istud ultra quam satis est ideo inculcandum credidi, quia in eo graviter nonnulli decepti sunt.

751 *Majus*] 'Gratulandum,' inquit Florus, 'in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octav. Cæsarem Augustum summa rerum rediit; qui, sapientia sua atque solertia, perculsum undique et perturbatum ordinavit Imperii corpus: quod ita haud dubie nunquam coire et consentire potuisset, nisi unius præsidis nutu, quasi anima et mente, regeretur.'

751 *Pater*] Namque ita illum rerum summæ præfecit, et causa fuit eorum omnium quæ sapienter Augustus administravit.

752 *Scilicet*] Præstantissima quæque Cæsaris gesta cum quadam ironia

Perque papyriferi septemflua flumina Nili
Victrices egisse rates; Numidasque rebelles,
Cinyphiumque Jubam, Mithridateisque tumentem 755
Nominibus Pontum, populo adjecisse Quirini;
Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos;
Quam tantum genuisse virum, quo præside rerum
Humano generi, Superi, cavistis abunde.

reos, et duxisse naves victrices per septemfluos alveos Nili papyriferi; atque addidisse populo Quirini Numidas ab officio desciscentes, et Jubam Cinyphium, et Pontum superbum nominibus Mithridateis; et dignum fuisse multis triumphis et agitasse multos; quam genuisse tantum virum, quo arbitro rerum satis consuluistis

minus est. Mox unus Thuan. *domuiss. tyrannos.*—755 Heins. suadet *Mithridateisq.* pro vulg. *Mithridatisq.* et sic etiam scriptum in uno Mor. et Edd. Aldi, Gryphii, Mycilli, et aliis. Berolin. *Mithridatisq. timentem.*—757 Pr. V. et duo alii *aliq. tetigisse tr.*—759 *Cavistis* Heins. recepit ex pr. Bonon. et quart. Med.

NOTÆ

enumerat Poëta, ut Augusti adoptionem illis anteferendam esse ostendat: atque ita hujus laudem callide inculcet.

Britannos] Illos vero victos, quibus ante Cæsarem ne nomen quidem Romanorum cognitum erat, stipendiarios fecit.

753 *Papyriferi*] Papyrus planta est nascens in palustribus Ægypti, ex qua fiebant chartæ, tunicis papyri acu seu scalpello diductis atque separatis.

Nili] Fluvium esse Ægypti maximum, per septem ostia aut alveos in mare Mediterraneum se exonerantem, jam sæpe diximus.

754 *Victrices*] Devicto Ptolemæo rege, qui et Cæsari, sicuti antea Pompeio, insidias paraverat. Ille namque victus in Nilo periit.

Numidas] Numidæ Africæ populi admodum feroces, qui cum Juba Mauritaniæ rege, Pompeianarum partium duces Catonem, Scipionem, Petreium, aliosque secuti, adversus Cæsarem in Africa dimicaverunt, ibidemque victi sunt. De industria autem neque Pompeii neque ceterorum mentio nulla, quia execrandum atque lacrymabile bellum Romanis.

755 *Cinyphium*] Juba rex Mauritaniæ Cinyphius a Cinypho seu Cinype Libyæ fluvio, in Mediterraneum prope Lebedam defluente, dicitur.

Mithridateis] Namque Mithridates rex Ponti, cum quatuor Pyrrho, decem et septem anni Annibali suffecerint, ille per quadraginta annos restitit; donec tribus ingentibus bellis subactus, felicitate Syllæ, virtute Lucullí, magnitudine Pompeii consumeretur.

756 *Pontum*] Regio est minoris Asiæ ad Septemtrionem a Pontico mari cognominata. Pharnacem autem Mithridatis filium Ponti regem, infesto in Cappadociam agmine ruentem, uno, et, ut sic dixerim, non toto prælio Cæsar obtrivit: de quo etiam triumphavit.

Quirini] Eo nomine appellatum Romulum supra diximus.

757 *Aliquos*] Quatuor superbo apparatu a Floro designatis: 'quanto,' inquit, 'majora erant de quibus non triumphabat?'

759 *Superi*] Deorum benignitate

Ne foret hic igitur mortali semine cretus, 760
Ille Deus faciendus erat. Quod ut aurea vidit
Æneæ genitrix; vidit quoque triste parari
Pontifici letum, et conjurata arma moveri.
Palluit: et cunctis, ut cuique erat obvia, Divis,
Aspice, dicebat, quanta mihi mole parentur 765
Insidiæ: quantaque caput cum fraude petatur,
Quod de Dardanio solum mihi restat Iulo.
Solane semper ero justis exercita curis?
Quam modo Tydidæ Calydonia vulneret hasta,
Nunc male defensæ confundant mœnia Trojæ: 770
Quæ videam natum longis erroribus actum,

humano generi, o Dii. Ne ergo hic esset genitus semine mortuli, ille erat faciendus Deus. Quod cum splendida mater Æneæ cognovit, advertit etiam lugubrem necem parari pontifici, et arma conjurata concuti. Palluit: atque dicebat omnibus Diis, ut in quemque incidebat, Vide quanto conatu insidiæ mihi struantur: et quanta cum perfidia caput quod solum mihi superest de Iulo Dardanio appetatur. Solane semper ero vexata justis solicitudinibus? Quam nunc hasta Calydonia Tydidæ vulneret; modo muri Trojæ male protecti turbent: quæ cernam filium jac-

pro vulg. *furistis:* Langerm. *caruistis.*—760 Plurimi scripti *Ni* pro *Ne.* Mox Gron. et sex alii *mort. sanguine cr.*—763 Nonnulli *let. conjurataque arm.* unus A. *et jurataque;* Heins. putat *jurataque.*—764 Pr. Gron. *obv. Dirum.*—767 Unus Heins. *rest. alumno.*—768 Heins. ex plerisque vett. emendat *justis;* vulg. *injustis:* Gron. *multis;* unus *duris;* unus etiam *vastis;* et alius *justis exerc. rebus.*—769 Berolin. *C. vulnerat hast.*—771 Pr. Strozzæ *nat. tantis.*

NOTÆ

dignum censet Naso quod Cæsar fecit, cum Augustum per adoptionem suam generi humano præfecit. Quæ laus cujus sit generis illis cogitandum relinquo qui sapiunt; insulsis inculcare nolim, quales vidi non ita pridem, non alia re quam multo pipere condita offa deliniendis.

760 *Hic*] Augustus, scilicet.

761 *Ille*] Cæsar.

762 *Æneæ*] Venus.

763 *Pontifici*] Cæsari, qui Pontifex erat, quo tempore jugulatus est.

Conjurata] Bruti duo, Cassius, aliique patricii atque equites in Cæsarem, quod insolentius agere inciperet, conjuraverunt; qui tribus et viginti vulneribus in curia illum confoderunt.

765 *Mihi*] Quia Cæsari, ex gente Julia a Venere per Iülum atque Æneam derivata ultimo.

766 *Caput*] Pro Cæsare ipso, aut ejus vita.

768 *Solane*] Quam optime ex fœminæ ingenio istud prolatum.

769 *Tydidæ*] Diomedis, Tydei filii, qui Venerem Æneæ suo faventem, ipsumque nube operientem, vulneravit.

Calydonia] Quia Calydon Ætolorum civitas, quibus imperavit Diomedes.

771 *Natum*] Æneam; cujus ex Vir-

Jactarique freto, sedesque intrare silentum,
Bellaque cum Turno gerere; aut, si vera fatemur,
Cum Junone magis. Quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminisse priorum 775
Non sinit. In me acui sceleratos cernitis enses.
Quos prohibete, precor; facinusque repellite: neve
Cæde sacerdotis flammas extinguite Vestæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo
Verba jacit, Superosque movet. Qui rumpere quanquam
Ferrea non possunt veterum decreta Sororum, 781
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes,
Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo
Præmonuisse nefas. Phœbi quoque tristis imago 785

tatum longis erroribus, et agitari mari, et subire habitationes mortuorum, et bello congredi cum Turno, vel potius cum Junone, si vera agnoscimus. Quamobrem nunc refero præteritas clades meæ sobolis? Hic metus non patitur recordari antiquorum. Videtis nefarios gladios parari in me. Quos, oro, arcete, atque avertite nefas; neve supprimite ignes Vestæ nece sacerdotis. Venus solicita frustra profundit sermones toto cœlo, et tangit Deos. Qui tametsi nequeunt frangere fata ferrea antiquarum Sororum, tamen præbent indicia haud dubia cladis venturæ. Perhibent arma sonantia inter atras nubes, atque tubas horrendas, et cornua audita in cœlo portendisse scelus. Solis etiam lugubris species mittebat lumina pallida terris anxiis.

Tum sec. Mor. *erratibus act.*—772 Unus lib. *Luctarique fr.*—780 Med. et Jun. *Superosq. monet.*—781 Pro *veterum* Fr. pr. Bas. et duo Med. *vetum;* unde Heins. faciebat *nentum.*—783 Berolin. *int. nigr.* inverso ordine.—785 In eo-

NOTÆ

gilio vel ipsis pueris nota historia.

772 *Sedes*] Duce Sibylla ad Inferos descendisse supra vidimus.

773 *Turno*] Hunc Rutulorum regem habuimus etiam in præcedentibus.

774 *Junone*] Quæ usque Turno favit.

775 *Hic*] Quo Cæsaris causa percellebatur.

776 *Me*] Quia in Julium Cæsarem.

778 *Sacerdotis*] Pontificem maximum fuisse Cæsarem modo diximus.

Extinguite] Id est, Ne religionem atque Deorum cultum omnem ex terris tollite. Ad illud vero alludit Poëta, quod 'in primis focum Vestæ virginibus Numa colendum dedit, ut ad similitudinem cœlestium siderum custos imperii flamma vigilaret:' ut loquitur Florus.

779 *Nequicquam*] Namque trucidatus tamen Julius Cæsar.

781 *Veterum*] Parcas dicit, Nocte et Erebo satas, penes quas fata aut a Deo constituta et designata ut eveniant, si fabulis credimus.

785 *Præmonuisse*] Hæc quoque prodigia Tranquillus atque Plutarchus

Lurida solicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces visæ mediis ardere sub astris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ.
Cœrulus et vultum ferrugine Lucifer atra
Sparsus erat: sparsi Lunares sanguine currus. 790
Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo:
Mille locis lacrymavit ebur: cantusque feruntur
Auditi, sanctis et verba minacia lucis.
Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
Fibra monet; cæsumque caput reperitur in extis. 795
Inque foro, circumque domos, et templa Deorum
Nocturnos ululasse canes; umbrasque silentum
Erravisse ferunt, motamque tremoribus Urbem.
Non tamen insidias, venturaque vincere fata
Præmonitus potuere Deum: strictique feruntur 800
In templum gladii: neque enim locus ullus in Urbe

Sæpe faces visæ flagrare sub mediis sideribus. Sæpe guttæ sanguineæ ceciderunt inter imbres. Lucifer cæruleus infectam habebat faciem nigro colore: currus Lunares tincti cruore. Bubo feralis fecit præsagia luctuosa mille locis; mille locis ebur flevit; atque cantus et voces minantes dicuntur auditæ in sacris lucis. Nulla hostia litat; et fibræ testantur ingentes tumultus adesse; atque caput invenitur ablatum in extis. Dicunt canes noctivagos ululasse circum domos et templa Deorum, atque umbras mortuorum vagatas esse, et Urbem concussam terræ motibus. Attamen præsagia Deorum non potuerunt superare fata futura et insidias; et enses evaginati feruntur in ædem: neque enim ullus locus in Urbe præter Curiam placet

dem Cod. *Solis* pro *Phœbi*.—792 Cod. Sprotii *loc. lacrymantur aves: cant.* Pro *cantusq.* Brouckhusius malebat *planctusq.*—793 V. et decem alii *Aul. sacris et.* Tum Berolin. *verb. minantia:* et unus liber *sylvis*.—797 Pr. Twisden. *Nocturnas.* Pr. Erfurt. et Med. chartaceus *umbrasq. silentes*.—798 Urbin. *Eripuisse*, Heins. conj. pro *Erupisse fer*.—799 Gron. unus, et Heinsii *noctur-*

NOTÆ

Cæsaris necem dicunt denuntiasse.

790 *Currus*] Pro ipsa Luna.

791 *Stygius*] Feralis, atque pessimi ominis: Styx namque Inferorum palus.

792 *Ebur*] Simulacra Deorum eburnea.

794 *Nulla*] Id vero Cæsari evenisse quo die fuit trucidatus scribit Tranquillus. Introiit tamen Curiam spreta religione.

795 *Fibra*] Victimarum exta.

Caput] Pessimi erat ominis, si jecur, quod a corde inspiciebant, sine capite aut eo imminuto esset.

797 *Umbrasque*] Mortuorum animas: de quibus hodieque plurimæ fabulæ, maxime a Doctoribus quibusdam, qui ea proferunt quæ prorsus non intelligunt: ut cautione maxima opus sit cum de iis agitur.

801 *Templum*] Quod curia Pompeii, ubi Senatus habitus. Curiæ enim loca erant ubi res publicæ seu

Ad facinus, diramque placet, nisi Curia, cædem.
Tum vero Cytherea manu percussit utraque
Pectus: et ætherea molitur condere nube,
Qua prius infesto Paris est ereptus Atridæ, 805
Et Diomedeos Æneas fugerat enses.
Talibus hanc genitor: Sola insuperabile fatum,
Nata, movere paras? Intres licet ipsa Sororum
Tecta trium, cernes illic molimine vasto
Ex ære, et solido rerum tabularia ferro: 810
Quæ neque concursum cœli, neque fulminis iram,
Nec metuunt ullas tuta atque æterna ruinas.

ad scelus et crudelem necem. Tum vero Cytherea planxit pectus utraque manu, atque nititur tegere Æneaden nube, qua antea Paris est ademtus terribili Atridæ, et Æneas vitaverat gladios Diomedæos. Pater affatur *eam ejusmodi* verbis: *Filia, cupisne sola mutare fatum invictum? Potes ipsa subire domos trium Sororum: ibi videbis tabulas rerum ex ære et rigido ferro ingenti molimine; quæ tutæ atque æternæ neque reformidant collisionem cœli, neque impetum fulminis,*

naque; unde hic conj. *nocituraque.*—803 Pro *manu* plurimi vett. *suum:* et pro *utraque*, quidam *utrumque*, *utroque*, *utrimque*, *uterque.*—804 Pr. Hamburg. *Pect. sed tandem mol.* Pr. R. Urbin. pr. Erfurt. alter Hamburg. Pal. Pr. et decem alii cum Bas. *et interdum mol.* Cant. *hunc densa;* unus Voss. *illa Deum:* deinde unus Gron. *in terram...nubem;* at pr. V. *aënea...nube;* quinque *aëria:* unus Voss. *Æneaden;* unus Bas. *Æneadem:* Arund. *ætheri:* duo alii *obscura.* —805 *Ereptus* ex uno V. vulg. *arreptus.*—806 Pr. V. Urbin. et Arg. *Qua D.* —807 Pr. et quart. Mor. *Tal. hinc gen.* et pro *Sola*, pr. Pal. Bernegg. pr. Hamburg. et Arund. *solio.*—808 Plurimi Codd. *mov. putas? intr.* duo *putes;* totidem *potes.*—809 Pat. *ill. molimina magna;* et R. *vasta:* tres alii *molimine magno.*—810 Pro *solido* Arg. *valido.* Deinde Berolin. *stabularia ferr.*—811 *Concursum* Heins. recepit ex Calandr. pr. Hamburg. multisque aliis pro vulg.

NOTÆ

divinæ, ut sacrificia, seu humanæ, ut consilia, curabantur: quas singulis Curiis, in quas Populi Romani tribus divisæ, Romulus primus assignavit.

803 *Cytherea*] Venus.

Atridæ] Menelao, scilicet, Atrei filio, cum quo congressus Paris occubuisset, nisi auxilio Veneris, quæ nube ipsum operuit, mortem effugisset: ut narrat Homerus.

806 *Diomedeos*] Æneæ etiam suo nisi succurrisset Venus, Diomedes illum facile peremisset, referente eodem Homero: namque ille inter Græcos fuit fortissimus, Ulyssi præsertim amicitia conjunctus.

807 *Genitor*] Jupiter.

808 *Sororum*] Parcarum; de quibus supra.

810 *Tabularia*] Tabulas ipsas æneas intelligit, in quibus immutabilia fatorum decreta Parcæ Jovis scribæ indelebili charactere perscribunt.

811 *Concursum*] Tonitrua intelligit, quibus aër non concutitur modo, sed quasi concurrere videtur. Sic sæpe Lucretius.

Invenies illic incisa adamante perenni
Fata tui generis: legi ipse, animoque notavi:
Et referam: ne sis etiamnum ignara futuri. 815
Hic sua complevit (pro quo, Cytherea, laboras)
Tempora, perfectis, quos terræ debuit, annis.
Ut Deus accedat cœlo, templisque colatur,
Tu facies, natusque suus, qui nominis hæres,
Impositum feret Urbis onus: cæsique parentis 820
Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.
Illius auspiciis obsessæ mœnia pacem
Victa petent Mutinæ: Pharsalia sentiet illum,

neque ullas ruinas. Illic reperies sortes tuæ sobolis sculptas adamante inviolabili. Ipse legi, atque signavi mente: et narrabo, ne sis adhuc nescia futuri. Hic, cujus causa solicita es, Cytherea, cumulavit suam ætatem, exactis annis quos debuit terræ. Tu una cum suo filio, qui hæres nominis feret pondus injectum Urbis, curabis, ut superveniat Deus cœlo, et honoretur in templis: et ille *vindex generosissimus patris interfecti habebit nos suos in bella. Muri superati Mutinæ obsidione pressæ ejus auspiciis petent pacem: Pharsalia sentiet illum,*

concussum.—813 *Inclusa* est ex Urbin. Bernegg. pr. Hamburg. Arund. et multis aliis pro vulg. *incisa:* pr. Bas. *insculptu.*—815 Unus Heins. *Et refero.* Deinde pr. V. *ne sis et nunc ign.* unus Heins. *ut nunc;* quatuor *etiam haud;* Berolin. *vel non;* unus *etiam non gnara.*—816 Unus Heins. *Is sua compl.*—818 Plurimi vett. *templisq. locetur.*—819 *Suus* Heins. dedit ex plurimis scriptis pro vulg. *tuus:* nonnulli etiam *simul.* Mox multi cum pr. Pal. Cant. O. et Arund. *qui numinis hær.* et Zinzerling. et unus Leid. *muneris.* Unus etiam Med. *nominis hujus.*—820 *Urbis* Heins. recepit ex duobus Med. pro vulg.

NOTÆ

816 *Sua*] Sibi a fatis assignata, LVI. annos, scilicet.

818 *Templis*] Non modo Sen. Cons. ei divina simul atque humana omnia decreta, aut in Deorum numerum decernentium ore relatus est, sed et persuasione vulgi: creditumque est stellam crinitam, quæ per septem dies fulsit, ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat, Cæsaris esse animam in cœlum recepti; ut refert Tranq. In foro Romano ædem habuit.

819 *Nutus*] Augustus, per adoptionem.

823 *Mutinæ*] In ea Galliæ Cisalpinæ urbe Antonius, Cæsaris testamento prælatum sibi Octavium furens, Decimum Brutum suis motibus resistentem obsidebat. Illum Octavius liberavit, atque Antonium castris exuit.

Pharsalia] Postquam animum in partes omnes versavi, nihil aliud videre me hoc in loco fateor, quam errorem eorum auctorum qui Pharsalum Thessaliæ urbem, ubi Cæsarem inter et Pompeium depugnatum est, cum Philippis Thraciæ, ubi victi Brutus et Cassius ab Octavio et Antonio, confuderunt; nisi, ut Poëtarum mos est, vicina, vel ejusdem ditionis loca, pro iisdem usurpare, hic promiscue Pharsalum atque Philippos, quæ ur-

Emathiaque iterum madefacti cæde Philippi:
Et Magnum Siculis nomen superabitur undis: 825
Romanique ducis conjux Ægyptia, tædæ
Non bene fisa, cadet: frustraque erit illa minata,
Servitura suo Capitolia nostra Canopo.
Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes

itemque Philippi iterum irrigati strage Emathia; et inclytum nomen vincetur fluctibus Siculis: et uxor Ægyptia ducis Romani male fisa conjugio occidet; atque illa erit frustra minata nostra Capitolia obtemperatura suo Canopo. Quamobrem tibi recenseam Barbariem et *nationes sitas ab utroque Oceano? Quicquid terra*

unus.—824 *Emathiaq.* est ex Urbin. N. pr. Hamburg. Arund. et multis aliis: *Emathiæque* pr. Pal. et V. et Mor. Cant. utroque Erfurt. pr. R. et Bernegg. cum aliis compluribus: vulg. autem edebatur *Emathiique.* Deinde *madefacti* etiam est ex Heins. emendatione, prolatum ex uno Arg. vulg. *Madefient;* nonnulli etiam *madescent.*—829 Cant. aliique multi *Barbariam:* nonnulli *Barbariæ.* Mox vulgo legebatur *gentesque;* at copulam omittunt pr. Pal. et Zu-

NOTÆ

bes eidem Macedonum regi olim parebant, pro una atque eadem belli arena Naso noster cum aliis sumserit. Certe Florus Brutum et Cassium illam quæ Cnæo Pompeio fatalis fuerat, Pharsalum scilicet, insedisse testatur, cum tamen ex constanti historiæ fide apud Philippos Thracios illi devicti sint. Quod ut minus ineptum videatur, meminisse oportet non uno loco semper acies aut castra consistere.

824 *Emathia*] Eo nomine Macedonia locaque proxima ab Æmathione vel Emathione rege est dicta. Macedoniæ autem fuerunt Philippi, in confinio Thraciæ, ubi Brutus et Cassius cum partibus suis devicti.

825 *Magnum*] Quia tanquam ex fatis hæc proferuntur, Jove ipso futurorum seriem evolvente, ideo obscura esse debuerunt, quæ tamen Nasoni difficile non fuit prædicere, cum jam essent præterita. Magnum vero nomen de quo hic agitur est Pompeii, cujus alter filius, secum piratas navales agitans, ita in Siculo freto oppressus est, ut modo trecentarum quinquaginta navium dominus cum sex septemve fugere coactus fuerit.

826 *Romani*] Antonii, qui Cleopatræ libidinum pretium Romanum imperium cum stultissime promisisset, ab Augusto ad Actium Epiri promontorium navali prælio devictus est.

Conjux] Cleopatra, quæ, se triumpho ubi ab Augusto servari sensit, in cautiorem nacta custodiam, in Mausoleo, juxta suum Antonium, admotis ad venas serpentibus, quasi somno soluta est.

Tædæ] Pro conjugio; ut sæpe alibi.

828 *Nostra*] Jovi namque dicatum Capitolium, qui et inde Capitolinus dictus.

Canopo] Urbs est Ægypti, ad ostium Nili occidentale, quod ab ea Canopicum dictum.

829 *Barbariem*] Pro barbaris, quos Augustus domuit, inter quos Mysos ipsorum etiam barbarorum barbaros vocat Florus; quem vide c. 12.

Utroque] Orientali et Occidentali. Immo, ut ait Florus, ‘ Omnibus ad

Oceano, numerem? quodcumque habitabile tellus 830
Sustinet, hujus erit: pontus quoque serviet illi.
Pace data terris, animum ad civilia vertet
Jura suum, legesque feret justissimus auctor:
Exemploque suo mores reget: inque futuri
Temporis ætatem, venturorumque nepotum, 835
Prospiciens, prolem sancta de conjuge natam
Ferre simul nomenque suum curasque jubebit.
Nec, nisi cum senior similes æquaverit annos,

habet habitabile erit hujus. Mare etiam illi obsequetur. Pace præbita terris conferet ingenium suum ad jura civilia, et æquissimus auctor statuet leges; et componet mores suo exemplo; et consulens sæculo futuri temporis et venturorum nepotum, curabit progeniem ortam de sancta uxore sumere simul nomen et curas. Ne-

lichem. cum tribus aliis. Heins. vult *Q. t. Barbariæ gentes ab u. j.*—830 Med. *O. enumerem;* duo alii *referam.*—833 Cod. Menard. *legesq. sciet just.* —834 Liber Ciofan. et unus V. *geret* pro *reget.* Heins. malebat *inde futur.*— 836 In quibusdam Edd. *de virgine nat.*—837 Cant. et plurimi alii *curasq. videbit.*—838 Pro *senior* Bothius conj. *senio.* Dein pr. Mor. Bernegg. Ro. et plurimi alii *patrios* pro *similes:* at Thuan. aliique quatuor *Cum patruo senior*

NOTÆ

occasum et meridiem pacatis gentibus, ad Septemtrionem quoque duntaxat intra Rhenum atque Danubium, item ad Orientem intra Taurum et Euphraten; illi quoque reliqui, immunes imperii qui erant, sentiebant tamen magnitudinem, et victorem gentium Populum Romanum reverebantur.'

831 *Hujus*] 'Ubi cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio, ausus tandem Cæsar Augustus septingentesimo ab Urbe condita anno Janum Geminum claudere.' Florus.

832 *Civilia*] 'Conversus ad pacem, pronum in omnia mala et in luxuriam fluens sæculum gravibus severisque legibus multis coërcuit. Ob hæc tot facta ingentia Dictator perpetuus et Pater Patriæ dictus.'

833 *Exemplo*] Isthæc res est; non, ut plurimi solent cavillatores, qui non alia gratia videntur aliis bene dicendi aut bene faciendi studium inculcare, quam ut soli calumniandi et male faciendi locum quasi jure obtineant.

836 *Prolem*] Tiberium dicit, ex Livia Drusilla uxore, quam Augustus matrimonio Tiberii Neronis, et quidem prægnantem, abduxit, dilexitque et probavit unice ac perseveranter: ut refert Tranquillus. Illum autem, Tiberium dico, adoptione filium suum fecit; cui successori beatissimam Rempublicam reliquit.

838 *Similes*] Rerum gestarum gloria, interpretor: neque aliorum quos vidi placet explicatio.

Æquaverit] Non numero, siquidem anno ætatis LVI. extinctus Julius Cæsar, ad LXXVI. Augustus pervenerit; verum hujus æquandos annos voluit Vates quotquot seniori obtingerent præclare gestarum rerum laude.

Annos] Pro Vita seu ejus Ratione et Instituto.

Æthereas sedes cognataque sidera tanget.
Hanc animam interea cæso de corpore raptam, 840
Fac jubar, ut semper Capitolia nostra Forumque
Divus ab excelsa prospectet Julius æde.
Vix ea fatus erat, media cum sede Senatus
Constitit alma Venus, nulli cernenda, suique
Cæsaris eripuit membris, nec in aëra solvi 845
Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris.
Dumque tulit, lumen capere, atque ignescere sensit;
Emisitque sinu. Luna volat altius illa,
Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
Stella micat, natique videns bene facta, fatetur 850
Esse suis majora, et vinci gaudet ab illo.
Hic sua præferri quanquam vetat acta paternis;
Libera fama tamen, nullisque obnoxia jussis,

que, nisi cum senior æquaverit similes annos, veniet in mansiones cœlestes et ad conjuncta astra. Interea facito stellam animam sublatam ex corpore interfecto, ut Divus Julius prospiciat semper nostra Capitolia et forum ex sublimi sede. Vix ea dixerat cum alma Venus, nulli videnda, constitit in medio consessu Senatus; atque abstulit artubus animam recentem sui Cæsaris, nec passa disjici in aërem immisit stellis cœlestibus. Et dum tulit sensit assumere lucem atque ardere; et emisit sinu. Illa volat sublimius Luna; et fulget ducens comam flammiferam longo tractu; atque cernens præclara facinora filii, agnoscit esse præstantiora suis; lætaturque superari ab illo. Tametsi hic prohibet facta sua præponi paternis, nihilominus libera fama,

similes æq. et unus Strozzæ *Cum patrios senior similes æq.* Heins. legere malebat *Nec nisi cum senior Pylios æq.*—839 Gron. *cognataq. numina tang.* Med. *littora:* Thysii *sidera servet.*—840 Unus liber *de nomine rapt.* Quatuor *corpore natam.*—842 Thuan. *J. arce.*—843 Malebat Heins. *medii cum.*—844 Septem libri *ipsa* pro *alma:* et mox Mor. *null. conspecta.*—845 *In aëre* plurimi; *in æthera* duo.—846 Unus Med. *anim. radiantibus intul.*—847 Mor. *Dumq. volat.* Mox *lumen* Heins. dedit pro vulg. *lucem* ex pr. Gron. et Hamb. et decem aliis: multi etiam vett. *numen.*—848 Ita emend. Heins. ex Bernegg. Thuan. et aliis Codd. vulg. *Emisitq. simul: simul evolat.*—849 Berolin. *Flammigerumque,* et sic Caut. et O. et multi alii. Deinde Vivian. et quatuor alii *lumine* pro *limite.* Thuan. et Heins. Codd. *limite callem.*—850 Unus Med. *Stell. nitet.*

NOTÆ

839 *Cognata*] Quia Divum soboles Augustus, cujus pater Cæsar inter sidera.

841 *Jubar*] Vide quæ supra annotavimus ad vs. 818.

846 *Recentem*] Recens a corpore liberatam.

849 *Crinem*] De crinita stella quæ per ludos Cæsari consecratos fulsit, supra ex Tranquillo dictum.

852 *Hic*] Augustus, Cæsaris adoptione filius.

Invitum præfert; unaque in parte repugnat.
Sic magni cedit titulis Agamemnonis Atreus: 855
Ægea sic Theseus, sic Pelea vincit Achilles.
Denique, ut exemplis ipsos æquantibus utar,
Sic et Saturnus minor est Jove. Jupiter arces
Temperat æthereas, et mundi regna triformis:
Terra sub Augusto: pater est et rector uterque. 860
Di, precor, Æneæ comites, quibus ensis et ignis
Cesserunt, Dique Indigetes, genitorque, Quirine,

nullisque mandatis subdita, præponit nolentem; atque obnititur una in re. Ita Atreus cedit laudibus clari Agamemnonis: ita Theseus superat Ægeum, ita Achilles Peleum. Denique ut sumam exempla paria ipsis, sic quoque Saturnus inferior est Jovi. Jupiter moderatur sedes æthereas, et regna mundi triformis: tellus sub Augusto. Uterque est Parens et Moderator. Dii, oro, Æneæ comites, quibus ferrum et flamma cesserunt, Diique Indigetes, et Pater Urbis, Quirine, et Gradive,

—854 Quatuor libri *hac* pro *in:* unus Voss. *et in una part.*—855 Bernegg. Thuan. pr. R. uterque Erfurt. pr. Mor. cum pr. V. O. pr. Gron. et multis aliis *Sic magnus ced.* Heins. placet vulg. *magnis:* at Pal. pr. *Sic magni cecidit.*—860 *Sub Augusto est* plerique veteres. Lege, *es;* ut vitetur *τοῦ est* concursus

NOTÆ

854 *Una*] In ceteris morigeros habet omnes Augustus; hac in parte tantum repugnant, quod cum sua facta patris actis præferri nolit, fama tamen ea magis approbat.

855 *Atreus*] Agamemnonis pater, cujus tanta laus non fuit quanta hujus omnium Græcorum ad Trojam ducis.

856 *Theseus*] Cujus Ægei filii fortia facta passim in superioribus vidimus.

Pelea] Qui Achillis pater tanta non gessit quanta hujus fuisse omnibus notum.

857 *Ipsos*] Julium Cæsarem et Augustum.

859 *Triformis*] Cœli, Ætheris, Aëris, ut terræ marisque imperium Augusto relinquatur. 'Divisum Imperium cum Jove Cæsar habet.'

860 *Pater*] Quod nomen summæ est dignitatis atque venerationis. At nostri plerique Christiani, qui nihil sentire neque cognoscere didicerunt, quia terra obruti atque luto addicti, neque etiam quicquam aut Patris sui æterni, aut suæ dignitatis, atque adeo officii et reverentiæ recordantur. Nihil pudet.

861 *Æneæ comites*] Penates dicit, aut Deos domesticos, quos in Italiam secum Æneas deportavit. Alii alios esse censuerunt: ut frustra in re tam dubia tamque inutili operam suam quisquam perdiderit. Dionysius Halic. sese illos ait vidisse Romæ in templo, duorum juvenum hastatorum sedentium forma. Alii Jovem, Junonem, ac Minervam fuisse aiunt: neque de Pallade Vestaque quisquam dubitare possit, cui lectus Virgilius. Alii Neptunum et Apollinem; namque suam etiam Trojam illi profitebantur. Alii alios. Quid id nostra?

Ensis et ignis] Ducente Deo omnia pervia.

Urbis, et invicti genitor, Gradive, Quirini,
Vestaque Cæsareos inter sacrata Penates,
Et cum Cæsarea tu, Phœbe domestice, Vesta, 865
Quique tenes altus Tarpeias, Jupiter, arces,
Quosque alios vati fas appellare piumque;
Tarda sit illa dies, et nostro serior ævo,
Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat cœlo; faveatque precantibus absens. 870

pater invicti Quirini, et Vesta consecrata inter Penates Cæsareos, tuque, Phœbe domestice, cum Vesta Cæsarea, et, Jupiter, qui excelsus habes templa Tarpeia, et quos alios fas atque pium vocare Poëtæ, illa dies sit sera, atque tardior nostro sæculo, qua caput Augustum admoveatur cœlo, destituto mundo, quem regit; atque absens sit propitius orantibus.

ingratus. *Heins.*—861 Berolin. *ignis et ensis.*—863 Idem *G. tyranni.*—866 Pro *altus* Regius malebat *Latius:* nonnulli Codd. *celsus.*—868 In Berolin.

NOTÆ

862 *Indigetes*] Dii sunt patrii, qui ita ab *indu*, pro *in*, et *ago*, dicti sunt.

Quirine] Romulum eo nomine appellatum Urbisque fuisse conditorem tædet toties repetere.

863 *Gradive*] Mars est Romuli pater, qui vel a *gradiendo*, vel a κραδαίνειν, quod *vibrare* est, sic dictus.

864 *Cæsareos*] Quia ejus templum in Palatio, ubi habitabant Imperatores.

Penates] Deos domesticos, qui ex eo dicti quod in penitissima seu maxime secreta domus parte colerentur. A *Penus*, quod res maxime necessarias ad victum quotidianum in intima domus parte servatas significat, fit *Penas Penates;* sicut a *Magnus Magnas Magnates*, *&c.* Quanquam neque inepti videntur qui *Penates*, cum Macrobio, quasi *Penes nos natos* dici volunt.

865 *Phœbe*] Jam supra, ni fallor, Apollini in Palatinæ domus parte ab Augusto excitatum templum diximus, addita portico, cum bibliotheca Græca et Latina.

866 *Tarpeias*] Capitolium dicit in Capitolino monte exstructum, qui antea Tarpeius a Tarpeia virgine Vestali ibidem Sabinorum scutis obruta, itemque Saturnius dicebatur.

867 *Quosque*] Sibi, ut vides, maxime cavebant Ethnici, ne quenquam ex suis fictitiis atque inutilibus Diis neglectum haberent. Ita quidem de solo vero atque æterno Deo ter Optimo Maximo omnium rerum Conservatore cogitare dignantur plurimi qui se maxime probos et sanctos videri volunt: ne scilicet Illum suis omnibus votis atque inceptis adversum habeant: quos tandem tamen male perdet et longe a Gratia sua rejiciet.

870 *Absens*] Quasi præsentem Deum laudat Poëta: quod quidem si adulandi exquisitissimam artem spectes, optime; pessime, si rem ipsam atque nefas, dum hominibus gloria Dei tribuitur, cogites.

Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.
Cum volet illa dies, quæ nil nisi corporis hujus

Jamque absolvi opus, quod neque ira Jovis, neque flammæ, neque ferrum, neque rapax antiquitas poterit delere. Illa dies, quæ nullam habet potestatem nisi in hoc

Tarda dies illa, et nostro tardior ævi. multi etiam alii *tardior* pro *serior.*—

NOTÆ

871 *Jovis ira*] Ne ita accipias, quasi in Jovis contemtum ista a Poëta prolata sint. Quanquam impius maxime fuisset, insanus noluit videri, qui simul et veneraretur et contemneret Jovem. Hæc dixit quia vera sunt; neque fieri potest ut quisquam Deum infensum habeat qui bene facit, atque Illius imitatur naturam. Non equidem dico in omnibus inculpatum Poëtam, nequidem in iis quibus maxime laudabilis. Cum Christianus ego sim Dei peculiari misericordia tale quid ut credam nunquam eveniet: namque et multa sunt detestanda atque procul a cogitatione ableganda. Verum enimvero plurima optimæ notæ, quæque maxime ad probitatem morumque elegantiam spectant in ejus operibus passim conspici nullus non confiteatur, cui capitis loco non sit putrida cucurbita. Quia illa bona sunt Jovis ope quæ in lucem protulit, ideo Poëta in hæc eadem Jovis iram nunquam insurrecturam confidit. Splendidum fuerit peccatum si voles quisquis ita ad Dei gratiam confugis semper, ut nullius boni in te vestigium appareat. Ceterum neque prius discedas velim quam probe monitus, nihil quicquam amplius collaturum Deum illis Pestibus qui nihil habent; immo omnia ablaturum. Ne nescias, est inter superbiam et nullius boni conscientiam aliquid sine quo nullus regnum Dei penetrare possit. Si quidnam sit illud ignoras, quære et invenies, modo ne sis quem minime cupis videri superbia invicta protritus.

873 *Cum volet*] Pecora video quotidie humano habitu atque Christiana larva, quæ cum nullo neque post obitum neque dum vivunt laudis aut gloriæ stimulo sese urgeri certo sciant, ea omnia quæ ab Ethnicis ea gratia dicta aut facta sunt non negligunt modo, sed insuper quasi cautissimi essent aperte exsibilant. Undiquaque fortiter per fas et nefas nummos corradere atque ex protritorum medullis delicias suas parare, abdominis voraginem inexpletam suffarcinare semper, apud illos laus est summa, supremaque sapientia. Quia nempe nihil est quod ad illos attineat, quodcumque bene vel male post fata fama prædicat; quod insuper dicunt aut cogitant de superstitibus qui sibi ablata bona queruntur, eadem bona nihil imminuunt; ineptissimum illis foret de nihilo tantopere esse solicitos, cum sibi plaudere atque genio indulgere liceat. Sibi plaudant strenue, modo longe a me; neque illos alloquor. Hortari subiit ingenuos adolescentes, si qui sint qui ista perlegant, ne in eam ruant pravitatem, exemplo pravo illecti. Solent illi turpissimi, quos jam appello, non aliter de Ethnicis verba facere quam si dæmones essent, quia scilicet etiam

Jus habet, incerti spatium mihi finiat ævi:
Parte tamen meliore mei super alta perennis 875
Astra ferar: nomenque erit indelebile nostrum.
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Ore legar populi; perque omnia sæcula fama
(Si quid habent veri vatum præsagia,) vivam.

corpus, finem imponat spatio dubiæ vitæ cum libebit: nihilominus immortalis ferar super excelsa sidera parte potiore mei; et nomen nostrum erit æternum. Atque legar ore hominum, qua potestas Romana porrigitur in terris subactis: et vivam fama per omne ævum, siquidem vaticinia Poëtarum habent aliquid certi.

875. 876 Berolin. *sup. astra perenn. Alta fer.*

NOTÆ

in illis stultissimi atque pessimi idolorum aut verius *diabolorum* cultores fuerunt. Propterea quod JESUM servatorem non cognoverunt illi; sibique qui cognoscunt ea gratia licet esse beatis; Ethnicorum omnia proculcata habent. Miserrimos ea ipsa causa esse admoneo, quicumque Christi discipulos se esse jactitant, nisi id ipsum, quod in illis splendidum vocant dum damnant, consequantur. Usque adeo inepti non fuerunt Ethnicorum sapientes, ut defunctis inutili linguarum jactatione sese beaverint. Ast hic fuit sensus, quanquam totidem verbis non expresserint, Deum aut Deos (uti male in sua cæcitate loquebantur) socordes atque inertes, stolidos atque desipientes, malos denique et improbos quicumque perverse bonis et donis suis abuterentur, neque quicquam ex iis promoverent, omni porro Ejus favore atque auxilio indignos esse: atque adeo quærendo sedulo, providendo caute, beneque agendo Ejusdem parari opem atque præsidium. Plurima in eam sententiam blaterant equidem multi; sed nihil agunt. Frustra illi; auferantque sua *Oportet* necesse est prorsus, ut ad Opus sese accingant, nisi oblatam Gratiam de qua gloriantur, in suam perniciem collatam volunt. *Exegi*, inquit Poëta; neque prius vitam sponte, quam qua causa ingressum esse opinabatur eam, exuit. Utcumque in aliis falsus, judex sedet plurimis hac in parte; quod eam veram laudem idemque certum solatium credit *Bene fecisse*, non quod illis usu esse solet *Omnibus abusum esse*. Salutis namque quæ a Deo est non illud est gaudium quod oblata, quæ res plurimis sua culpa male vertet; sed quod bene faciendo atque Illi obsequendo certo Nostra.

876 *Ferar*] Animæ suæ immortalitatem atque actorum suorum conscientiam retinebant Ethnici Philosophi, deque illis cogitabant. Eadem porro suadet Scriptura. Nostri vero homines plerique, quasi inculcata ab aliis habere sit revera obtinere, ista omnia ne per somnium quidem intueri volunt.

878 *Legar*] Atque adeo sese laudat, sibique plaudit Naso. Quid tum? An quenquam bene facere posse credis, qui nequidem sese bene facere sciat, fatue? Verum istud con-

NOTÆ

tra Christianæ humilitatis leges. Uti quidem dicis: ceterum quando aliquid facis tu, vis scilicet credere omnes tibi persuasum esse te nihil nisi male agere? Quod tamen secus evenit: namque ineptissime te qua non dignus es, siquidem alienæ invides, captantem laudem omnes vident. Sciunt omnes boni alieno suffragio sibi nihil opus esse, neque ut bene faciant neque ut sua voluptate perfruantur: atque adeo non inani putidaque jactantia neque futilis et ineptæ gloriolæ ambitione sese suaque commendant; sed ut cum aliis bona sua communicent.

P. OVIDII NASONIS

FASTORUM

LIBRI SEX PRIORES

GERMANICO CÆSARI

INSCRIPTI.

FASTI

KALENDARES ROMANI

EX OVIDIO.

JANUARIUS. (LIB. I.)

1. A.		KAL.	F.	Novi consulatus initia, 75. Jani festum, 89. Æsculapii et Jovis templa in insula Tiberina consecrata, 289.
2. B.	IV.	NON.	F.	
3. C.	III.	NON.	C.	Cancri occasus, 311.
4. D.	PR.	NON.	C.	
5. E.		NON.	F.	Lyræ ortus, 315.
6. F.	VIII.	ID.	F.	
7. G.	VII.	ID.	C.	
8. H.	VI.	ID.	C.	
9. A.	V.	ID.		Agonalia celebrata, 317. Delphini ortus, 457.
10. B.	IV.	ID.	EN.	Hyems dimidia, 459.
11. C.	III.	ID.	NP.	Carmentalia, 461. Juturnæ ædes in campo Martio ad aquam Virginem dicata, 463.
12. D.	PR.	ID.	C.	
13. E.		ID.	NP.	Jovi Statori ovis semimas immolabatur, 587. Populo provinciæ redditæ, 589. Octaviano Augusti nomen cum imperio datum, 590.
14. F.	XIX.	KAL.	FEBR.	EN.

15.	G.	XVIII. KAL.	Carmentalia relata, 617. Porrimæ et Postvertæ festum, 631.
16.	H.	XVII. KAL. C.	Concordiæ templum prope ædem Junonis Monetæ dedicatum, 637.
17.	A.	XVI. KAL. C.	Sol Aquarium ingreditur, 651.
18.	B.	XV. KAL. C.	
19.	C.	XIV. KAL. C.	
20.	D.	XIII. KAL. C.	
21.	E.	XII. KAL. C.	
22.	F.	XI. KAL. C.	
23.	G.	X. KAL. C.	Lyra occidit, 653.
24.	H.	IX. KAL. C.	Stella in medio Leonis pectore occidit, 655. (Sementivæ feriæ circa hoc tempus indictæ, 657. Paganalia, 669.)
25.	A.	VIII. KAL. C.	
26.	B.	VII. KAL. C.	
27.	C.	VI. KAL. C.	Castori et Polluci templum ad Juturnæ stagnum dedicatum, 705.
28.	D.	V. KAL. C.	
29.	E.	IV. KAL. F.	
30.	F.	III. KAL. C.	Pacis ara dicata, 709.
31.	G.	PR. KAL. C.	

FEBRUARIUS. (LIB. II.)

1.	H.	KAL. N.	Templum Junoni Sospitæ positum, 55. Lucus Asyli celebratus, 67. Jovi in Capitolio bidens mactata, 69.
2.	A.	IV. NON. N.	Lyra occidit, 73. et Leo medius, 77.
3.	B.	III. NON. N.	Delphinus occidit, 79.
4.	C.	PR. NON. N.	
5.	D.	NON.	Augustus Pater Patriæ dictus, 129. Aquarius oritur, 145.
6.	E.	VIII. ID. N.	
7.	F.	VII. ID. N.	
8.	G.	VI. ID. N.	
9.	H.	V. ID. N.	Veris initium, 149.
10.	A.	IV. ID. N.	
11.	B.	III. ID. N.	Arctophylax oritur, 153.

12. C. PR. ID. N.
13. D. ID. NP. Fauni sacra, 193. Fabianæ cladis memoria, 195.
14. E. XVI. KAL. MART. N. (C.) Corvus, Anguis, Crater oriuntur, 243.
15. F. XV. KAL. NP. Lupercalia Fauno sacra, 267. Aquarius occidit, 457. Sol Pisces ingreditur, 458. (Ventorum inconstantia per sex dies, 453.)
16. G. XIV. KAL. EN.
17. H. XIII. KAL. NP. Quirini festum, 475. Stultorum festa dies, 513. Fornacalia, 527.
18. A. XII. KAL. C.
19. B. XI. KAL. C. Feralia, i. e. ultimus placandis Manibus dies, 567. Deæ Mutæ sacra facit anus, 571.
20. C. X. KAL. C.
21. D. IX. KAL. F.
22. E. VIII. KAL. C. Charistia, cognatorum festa, 617.
23. F. VII. KAL. NP. Terminalia, 639.
24. G. VI. KAL. N. Regifugium, 685. (Hirundo advenit, veris prænuntia, 853.)
25. H. V. KAL. C.
26. A. IV. KAL. EN.
27. B. III. KAL. NP.
28. C. PR. KAL. C.

MARTIUS. (LIB. III.)

1. D. KAL. NP. Matronalia festa, 170. et Saliorum, 259. (Ad hæc in flaminum domibus, regia, curia, Vestæ æde, novas adhibitas fuisse laureas, et ignem Vestæ refectum, ex v. 137. repetendum.)
2. E. VI. NON. F.
3. F. V. NON. C. Alter e Piscibus occidit, 399.
4. G. IV. NON. C.
5. H. III. NON. C. Arctophylax occidit, 403. Vindemitor oritur, 407.

6.	A.	PR.	NON.	NP.	Vestæ sacrum, 415.
7.	B.		NON.	F.	Vejovis templum consecratum, 429. Pegasi collum oritur, 449.
8.	C.	VIII.	ID.	F.	Corona oritur, 459.
9.	D.	VII.	ID.	C.	
10.	E.	VI.	ID.	C.	
11.	F.	V.	ID.	C.	
12.	G.	IV.	ID.	C.	
13.	H.	III.	ID.	EN.	
14.	A.	PR.	ID.	NP.	Equiria altera in campo Martio, 517. vel monte Cœlio, 521.
15.	B.		ID.	NP.	Annæ Perennæ festum, 523. Julii Cæsaris cædes, 697.
16.	C.	XVII.	KAL.	APR. F.	Scorpius ex parte occidit, 711. Itum ad Argeos, hac et sequenti die, 791.
17.	D.	XVI.	KAL.	NP.	Liberalia, Bacchi festum, 713. toga libera data, 771. Milui ortus, 793.
18.	E.	XV.	KAL.	C.	
19.	F.	XIV.	KAL.	N.	Quinquatria Minervæ sacra, 809. Minervæ natalis, 811. Delubra Minervæ Captæ dedicata, 835. Minerval magistris solutum, 829.
20.	G.	XIII.	KAL.	C.	Alter Quinquatruum dies gladiatoriis certaminibus cum tribus sequentibus celebratus, 813.
21.	H.	XII.	KAL.	C.	(Tertius Quinquatruum dies.)
22.	A.	XI.	KAL.	N.	(Quartus Quinquatruum dies.) Sol ingreditur Arietem, 851.
23.	B.	X.	KAL.	NP.	Quintus, idemque ultimus Quinquatruum dies, et Tubilustrium Minervæ sacrum, 849.
24.	C.	IX.	KAL.	Q.	REX. C. F.
25.	D.	VIII.	KAL.	C.	
26.	E.	VII.	KAL.	C.	
27.	F.	VI.	KAL.	NP.	Æquinoctium vernum, 877.
28.	G.	V.	KAL.	C.	
29.	H.	IV.	KAL.	C.	
30.	A.	III.	KAL.	C.	Jani, Concordiæ, Salutis, Pacis festum, 879.

31. B. PR. KAL. C. Lunæ sacra in monte Aventino, 883.

APRILIS. (LIB. IV.)

1. C. KAL. N. Veneris sacra, 133. mulieres lavantur, 139. Fortuna Virilis, 145. et Venus Verticordia placari solitæ, 151. Scorpius occidit, 163.
2. D. IV. NON. C. Pliades occidere incipiunt, 165.
3. E. III. NON. C.
4. F. PR. NON. C. Festa Idææ Parentis, s. Megalesia Matri Deum, 179. (Ludi per plures dies celebrati, 187.)
5. G. NON. Festum Fortunæ Publicæ, 373.
6. H. VIII. ID. NP. Juba a Cæsare victus, 377. (Libræ occasu imminente imbres, 385.)
7. A. VII. ID. N.
8. B. VI. ID. N.
9. C. V. ID. Orion occidit, 387.
10. D. IV. ID. N. Ludi Cereales in Circo, 389.
11. E. III. ID. N.
12. F. PR. ID. N.
13. G. ID. NP. Jovi Victori ædes dicata, 621. Atrium Libertatis instructum, 623.
14. H. XVIII. KAL. MAI. N. Augusti Cæsaris victoria Mutinensis, 627.
15. A. XVII. KAL. NP. Fordicidia Telluri sacra. 629.
16. B. XVI. KAL. N. Augustus Imperator salutatus, 675.
17. C. XV. KAL. N. Hyades occidunt, 677.
18. D. XIV. KAL. N.
19. E. XIII. KAL. N. Equestria certamina in Circo in Cereris honorem, 679. Vulpes combustæ ultimo Cerealium die, 681.
20. F. XII. KAL. N. Sol in Taurum abit, 713.
21. G. XI. KAL. NP. Palilia, 721. Romæ natalis, 806.
22. H. X. KAL. N.
23. A. IX. KAL. NP. Vinalia, 863. Veneri sacra, 865. et Jovi, 878.
24. B. VIII. KAL. C.

25. C. VII. KAL. NP. Ver medium, 901. Aries occidit, 903. Canis exoritur, 904. Robigalia, 905.
26. D. VI. KAL. F.
27. E. V. KAL. C.
28. F. IV. KAL. NP. Floralium initium, 943. Vesta in Palatium recepta, 949.
29. G. III. KAL. C.
30. H. PR. KAL. C.

MAIUS. (LIB. V.)

1. A. KAL. N. Capella oritur, 111. Laribus præstitibus ara posita, 130. Bonæ Deæ sacrum, 148.
2. B. VI. NON. F. Argeste flante (161.) Hyades oriuntur, 163.
3. C. V. NON. C. Floralium ultimus dies, 183. Centaurus, s. Chiron oritur, 379.
4. D. IV. NON. C.
5. E. III. NON. C. Lyra oritur, 415.
6. F. PR. NON. C. Scorpius occidit medius, 417.
7. G. NON. N.
8. H. VIII. ID. F.
9. A. VII. ID. N. Lemuria Manibus sacra, 419.
10. B. VI. ID. C.
11. C. V. ID. N. Lemuria altera, 491. Orion occidit, 493.
12. D. IV. ID. NP. Martis Bisulti, s. Bisultoris sacrum, 545.
13. E. III. ID. N. Lemuria ultima, 491. Pliades oriuntur, 599. æstatis initium, 601.
14. F. PR. ID. C. Taurus oritur, 603.
15. G. ID. NP. Scirpea simulacra in Tiberim missa, 621. Mercurio templum positum ejusque festa dies, 663.
16. H. XVII. KAL. JUN. F.
17. A. XVI. KAL. C.
18. B. XV. KAL. C. Sol in Geminos transit, 693.
19. C. XIV. KAL. C.
20. D. XIII. KAL. C.
21. E. XII. KAL. NP. Agonia altera, 721.
22. F. XI. KAL. (N.) Canis oritur, 723.

23. G. X. KAL. NP. Tubilustrium Vulcano sacrum, 725.
24. H. IX. KAL. Q. REX C. F. Fuga regis sacrorum ex comitio, 727.
25. A. VIII. KAL. C. Templum Fortunæ Publicæ positum, 729. Aquilæ rostrum apparet, 731.
26. B. VII. KAL. C. Bootes occidit, 733.
27. C. VI. KAL. C. Hyas oritur, 734.
28. D. V. KAL. C.
29. E. IV. KAL. C.
30. F. III. KAL. C.
31. G. PR. KAL. C.

JUNIUS. (LIB. VI.)

1. H. KAL. JUN. N. Carnæ Deæ festum, 101. Kalendæ fabariæ, 180. Junonis Monetæ templum sacratum, 183. Martis sacra extra portam Capenam, 191. Tempestatis ædes dedicata, 193. Aquila tota apparet, 196.
2. A. IV. NON. (F.) Hyadum ortus et Tauri cornuum, 197.
3. B. III. NON. C. Bellonæ ædes consecrata, 199.
4. C. PR. NON. C. Herculi Custodi ædes in Circo Flaminio dedicata, 209.
5. D. NON. (N.) Sanco Fidio Semoni Patri ædes posita, 213.
6. E. VIII. ID. N. (Nubere ante Idus non bonum, 223. nec fas Flaminis Dialis conjugi crines detonsos depectere, 229. nec ungues præsecare, 230. nec viro concumbere, 231.)
7. F. VII. ID. N. Arctophylax totus occidit, 235. Ludi Thybridi sacri a piscatoribus celebrati, 237.
8. G. VI. ID. N. Menti ædes vota bello Punico secundo, 241.
9. H. V. ID. N. Vestæ sacra, 249. Jovis Pistoris ara in Capitolio, 349. Brutus Gallæcos vicit, 461. Crassus a Parthis victus et occisus, 465.

10. A.	IV. ID.		N.	Delphinus oritur, 469.
11. B.	III. ID.		N.	Matralia, 473. Matutæ templum a Servio rege positum, 479. Rutilius et Didius cæsi, 563. Fortunæ templum a Servio rege dedicatum, 569. Concordiæ ædes per Liviam consecrata, 637.
12. C.	PR. ID.		N.	
13. D.	ID.		N.	Jovi Invicto templa data, 650. Quinquatrus minores Minervæ, 651.
14. E.	XVIII. KAL.	JUL.	N.	
15. F.	XVII. KAL.		F.	Thyene in Tauri fronte oritur, 711. Stercus ex æde Vestæ defertur, 713.
16. G.	XVI. KAL.		C.	Zephyro secundo flante (715.) Orion oritur, 717.
17. H.	XV. KAL.		C.	Delphinus totus apparet, 720. Postumius Tubertus Æquos et Volscos fudit, 721.
18. A.	XIV. KAL.		C.	Sol Cancrum ingreditur, 725. Pallas in Aventino coli cœpta, 728.
19. B.	XIII. KAL.		C.	Summani templum positum, 729.
20. C.	XII. KAL.		C.	Ophiuchus oritur 733.
21. D.	XI. KAL.		C.	
22. E.	X. KAL.		C.	
23. F.	IX. KAL.		C.	Flaminius ad lacum Thrasymenum victus, 765.
24. G.	VIII. KAL.		C.	Syphax victus, 769. Hasdrubal occisus, 770. Fortunæ Fortis honores, 771.
25. H.	VII. KAL.		C.	
26. A.	VI. KAL.		C.	Orionis zona apparet, 785. Solstitium, 789.
27. B.	V. KAL.		C.	Larium delubra posita, 791. et Jovis Statoris ædes, 793.
28. C.	IV. KAL.		C.	Quirino templum positum, 795.
29. D.	III. KAL.		F.	
30. E.	PR. KAL.		C.	(F.) Herculi et Musis ædes consecrata, 797.

REESE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY
AA 000 404 884 9

University Of California, Los Angeles
L 007 625 711 2

SOUTHERN BRANCH
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY
LOS ANGELES, CALIF.